ANTONII

MORNACII

IN SENATV PARIS. PATRONI,

OBSERVATIONES,

IN LIBRVM PRIMVM CODICIS,

AD VSVM FORI GALLICI.



PARISIIS,
Sumptibus Nicolai Buon, via Iacobæa, ſub ſigno D. Claudij, & hominis ſylueſtris.

M. DC. XVI.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

ILLVSTRISS. D. NIC.

BRVLLARTO, FRANCIÆ CANCELLARIO.

MEMINERO *ſemper, vir Illuſtriſſime, fortunatum illum diem quo non ita pridem de Berniano tuo Pauſylipo interuiſere dignatus et meam in colle obuerſo, proximóque villulam, méq; aſſumere qui tecum aliquamdiu ſpatiarer per ambulationes arboribus infructuoſis opacas, perque circumuiridantia vmbroſi nemuſculi virecta. Decem paulò pòſt verſibus exegi, quoniam ita iuſſeras, quæ ad domus tuæ rutilantes duos apices: ſed longa in hunc diem rerum à te geſtarum ſeries, ſeu ad ea vertatur ſtylus quæ, Senator cùm eſſes, egiſti, ſeu cùm in tertia claſſe Inquiſitionum Præſes, deinde Comes conſiſtorianus, poſteà legatus Herrici III. ad Germanos, & Heluetios temporibus difficillimis, & cùm interitura ferè videretur Reſp. Gallica. Quanta autem in te Herrici Magni fiducia ſemper fuerit, non Gallus modò didicit, ſed Hiſpanus, Italus, Germanus, ac omnes denique qui per annos 20. audierunt hinc illinc de rebus Francicis. Compoſitis propè iam diſſenſionibus ciuilibus redieras in Senatum, in quo, ceu ad honoratiſſimum otium, infulati Præſidis dignitatem tibi dederat Princeps ille Maximus. Verùm vt te diutiùs carere non potuit, reuocatus es iterum ad firmandam patriam. Pax enim Hiſpana, quæ tandem Veruinij compoſita, confectáque eſt anno 1598. ſagaci tuæ prudentiæ, Quintíque illius Fabij Maximi, dom. Belleurei, deceſſoris tui,* qui cunctando ſemper reſtituit rem, *non modò quod in hunc diem fuit, ſed olim etiam, atque in annos longiſſimos debitura eſt: adeò nodis ſtrictiſſimis, ac tenaciſſimis connexam, reuinctámque illam ambo conciliatores, atque* συμφεράδμονες, *tradidiſtis. Quis verò non mirabitur cùm Romanæ tuæ legationis ſucceſſus inſperatos leges, qua nimirùm impetraſti fœliciſſimas tanto Principi nuptias cum Auguſta noſtra Medicéa vnde animoſi duo Principes ſub quibus vel inuita quieſcit vniuerſa Gallia? Particulam eorum refero quæ apud vulgus. Meum non eſt contingere quibus conſiliis, qua arte, & ſolertia ſuperatæ apud exteros tantæ difficultates fuerint. Sopitus verò eſt iterum armorum furor, & poſitis loricis, atque galeis in faciem pacis per vniuerſos Galliæ fines ventum eſt, cùm aliud longè formidarent omnes boni, & tunc maximè cùm ſacrilega infandi parricídæ manu tantus Princeps cecidit: cúmque denuò ſub adultæ, maioriſque ætatis Optimi noſtri Ludoici, cui bene omnes precamur, prima initia, commoueretur cœlum Gallicum. Summouit enim tandem, placidéque diſiecit collectas nubes ſociata tecum Illuſtriſſimorũ Villoregij, & Ianinij, id*

eſt trium Galliæ Neſtorum, aut potiùs ἁρμοςῶν, prudentia. Per benigniora igitur illa tempora, pérque inſomnes vindemiarum plures ferias, accuraui ad quinquaginta Pandectarum libros quicquid mihi electius, atque in tritura fori vſitatius viſum eſt: præſtitíque hoc ipſum ad partes præcipuas Codicis, cuius cùm intentatus ſit primus hic liber interpretibus veteribus, & nouis, venia equidem dignum fuerit ſi quid offendant eruditiores quod minùs arrideat. Peto autem id maximè ab anteceſſoribus Academicis quorum in nodis, ac ænigmatis legum quotidiana opera. Patroni enim ad meras potiùs deciſiones, rerúmque perpetuò ſimiliter iudicatarum auctoritatem, καὶ ἁπλῶς πρὸς τὰς κοινὰς δόξας, μήτε πρὸς τὰ τῆς ἀγορᾶς ἔξωθεν, confugiunt, eáque duntaxat, impenſóque ſtudio ſeu ex Pandectis, & Codice, ſeu ex interpretibus amplectuntur quibus & in publicis cauſarum actionibus, & in perſcribendis ad mutas lites rationibus ſuſceptos clientes iuuent, iudicúmque animos moueant, ſiſtant, auocent: at verò etiam cùm qui primæ famæ ſunt, cominus, ſella poſita, citráque vllius comperendinationis moras, & quaſi ex tripode reſpondent poſcentibus. Denique ſcribo quæ ad forum magis, impedimentáque, & reſponſa forenſia, quàm quæ ad ſcholam. Cætera quæ parata ſunt ad inſequentes libros, Deo bene ita iuuante, emittam ſi fortè quippiam ἐκ τῆσδε τῆς καὶ προκατάρξεως, καὶ ἐπιδείξεως, mereri de publico videar. Qui frontem adducet, quod expecto à longe plurimis, magnam à me gratiam inierit ſi quid ille melius. Coniectura enim in multis ducta eſt, in qua tamen nihil niſi laudato auctore, oppoſitíſque, quod dicitur, bonis pignoribus profero. Quin multa nihilominùs in latiſſimo campo præterierim, præſtari non potuit: ſed boni conſulent, opinor, qui obuias in publico, effuſáſque manu fideli forenſes meſſes taciti, quaſique ab ignoto, χάριτε οὐκ εἰδότες, percepturi ſint. Si legis in Berniano tuo, cuius vicinia fœlicitat meum in agro fraxineo, qui hodie tuus eſt, mapaliorum ambitum, plura aduertes, vt ſpero, ad dignitatem Gallici nominis, ad iura quotidiana, veteréſque rerum noſtrarum origines, ad Spartam tuam. Munera nimirùm pacis hæc ſunt, cuius tam ſuaues notæ in fluuiali Berniani tui exedra vnde factitium tuum flumen conſpicis quo nunc per altos vtrimque ſaxeos muros ſuperbit locus anteà quidem amœno ſitu, & pratorum circumſtantium varietate ſpectandus, illóque nemore quod clariſſ. pater, Senatoriæ Maieſtatis lumen, nempe in agro auito conſeuerat: mirabitur verò impenſiſſimè quiſquis hodie, per tantæ amœnitatis illicia, conſpiciet etiam Herrici Magni triumphalem porticum, Europæ totius illuſtriora càpita, octo ad vmbilicatum ſtagnum circumſtantes, ſupra humanam formam maiores, atque ad vitam inſtituentes ſtatuas, partéque alia candens ex alto Neptuni marmoreum ſignum, quod vt in hortis fontanas aquas diuidit, ita & perpetuam tibi faciem periculorum exhibet quæ terra, maríque pro patriu, Magníſq; duobus Principibus Herrico III. & IV. ſuſcepiſti, & quietem ſimul qua te in agro paterno à continuis, moleſtiſſimiſque negotiis, per effugia, diéſque interciſos tantiſper recreas dum recurrat quod tibi à longis annis pro teſſera, labor ſcilicèt actus in orbem. *Vir Illuſtriſſime, ſi quæ affero fallant etiam otij tantillum in tam amœno pauſylipo, vbi Regium illud iter Burdigalæ, cui te paras, explicitū fuerit, ſíque placitura tibi ſit noſtra hæc prima opera, omnibus placebit. Perſequar autem te hortatore, & auſpice, neque finem laboribus meis faciam quin duodecim libros eo vultu quo primus hic exit, perfecero. Vale, vir Ornatiſſ. Lutetiæ Pariſiorum die 17. Iull. 1615.*

ANTONII

M·ORNACII,

IN SENATV PARIS. PATRONI OBSERVATIONES,

IN LIBRVM PRIMVM CODICIS, AD VSVM FORI GALLICI.

PRIMA CONSTITVTIO, DE NOVO CODICE FACIENDO.

PERACTIS ad libros ferè 24. Pandectarum, qui volumen primum conſtiruunt, annotationibus meis ex vſu quoridiano, ac forenſi, aggredior nunc, Dei beneficio, interpretarionem librorum Codicis duodecim, ſelecturus vt in Pandectis, præcipua cuiuſque legis loca, & capitá quæ ad vſum, mores, & hiſtoriam gentis noſtræ faciant. Negotioſa iſta prouineia, & improbiſſimus labor, onuſque grauiſſimum: præmonet magnus Cuiacius in epiſt. ad Paul. fuxium: fateor verò equidem, manumq́ue iterum, iterumq́ue retuli veritus iniqua arbitria. Sed vt Cuiacio deberur quicquid in Iuriſconſultorum ſchola Laurius, ira & compoſiram à longis annis eam duntaxat ſupellectilem explico, quæ, in rritura forenſi, ad ſingulas ferè leges eollecta eſt, vr peruagato orbem literarum laborioſo cuiq́ue iuueni aperiarur quædam, quæ domum reducat, via. Dixir Homerus ὀδ. υ. de ſuo Vlyſſe:

— ἐπεὶ τόδε κέρδιον ἦεν,
Ει νόστησ᾽ ὀδυσεύς, καὶ ὑπότροπος ἵκετο δῶμα.

Prima igitur hæc conſtiturio triuni anreriorum Codicũ meminir, Gregoriani, Hermogeniani, & Theodoſiani. Gregorianus dictus eſt à Gregorio quodam, viro crudiro, qui redegerar conſtitutiones ab Hadtiano vſque ad Valerianum, & Gallienum. Hermogenianus complectitur conſtitutiones Claudij, Aureliani, Probi, Cari, Dioeletiani & Maximiani: nomenq́; accepir ab Hermogeniano Iuriſc. fortè eo cuius exrant reſpõſa quædam in Pandectis. Theodoſianus eſt Theodoſij iunioris, & plus media parte murilus. Plura in id Cuiacius in præfat. ad Cod. Baſilica digeſta ſunt in 60. libros mandaro Leonis Philoſ. Imperat. circa an. 895. omneſque Imperarorum conſtiruriones, paucis exeepris, conrinent. Codex aurem Iuſtiniani abſolutior longè, ac vilior vbique gentium ira viſus eſt, vt & ipſum hodie Turcos Iudices ſua lingua habere, quinimò & ſe qui in iudiciis teſtetur oeularus reſtis, Ioannes Leunclauius in præfat. antiq. pararitlorum quæ de Græeis nuper edidit: olimq́ue, eius exemplo, plures à variis rotius

Europæ populis, ſed rudes, veréque abortiuos conſcriptos fuiſſe fateri neceſſe eſt. Eiuſmodi enim ferè ſit apud nos liber ille Caroli Magni qui capitularium nomine circumfertur: eiuſmodi & alter qui, ſub Carolo VI. à quodam ſatis erudito, incognito tamen, editus eſt de variis Galliæ noſtrę moribus, & cui propterea titulus, *le grãd Couſtumier de France.* Eiuſmodi etiam Summa Ruralis Io. Butillerij, qui eadẽ illa ætate cõſuetudines varias, legeſq; Franciæ in Codicem, tituloſq; idoneos redegit. Quod & iterum præſtitit circa an. 1330. Will. Brolius, in Pariſ. Senatu patronus, libello apud nos frequentiſſimo qui ſtylus curiæ inſcribitur. Plena enim auctoritate, regiarumque conſtitutionum inſtar, tres illi non Codices, ſed codicilli potius citantur in iudiciis, licèt à priuatis hominibus conditi ſint, quemadmodum & libri duo feudorum, qui perinde allegantur paſſim ad quæſtiones de feudorum iure propoſitas, ac ſi ab Imperatoribus compoſiti, confirmatique fuiſſent. At verò & decretum Iuonis, Burchardi, tandemq; Gratiani, poſteáque liber Gregorij IX. cui vulgò Decretalium nomen eſt. omnia hæc magni iſtius Codicis Iuſtinianei exemplo coagmentata ſunt ad conſtitutionum Eccleſiaſticarum ſynopſim, forique tam Eccleſiaſtici quàm profani, & ſæcularis data iampridem à Pontificibus Romanis iudicia.

---

§. *Quibus ſpecialiter permiſimus, reſecatis tam ſuperuacuis præfationibus quàm ſimilibus & contrariis: illis etiam quæ in deſuetudinem abierunt, certas & breui ſermone cõſcriptas ex iiſdem tribus codicibus, & nouellis conſtitutionibus leges componere, & congruis titulis ſubdere, adiicientes & detrahentes, imò & mutantes verba earum, vbi hoc rei commoditas exigeret: colligentes verò in vnam ſanctionem quæ variis conſtitutionibus diſperſa ſunt, & ſenſum earum clariorem efficientes. Ita tamen vt ordo temporum earum conſtitutionum ex adiectis diebus, conſulibúſque, & ex ipſa compoſitione earum clareſcat. Et licèt quædam ſint ſine die & conſule, tamen omnes vim generalis conſtitutionis obtinere palam eſt, tam quæ ad certas perſonas reſcripta ſunt, vel per Pragmaticam Sanctionem ab initio data.*

Obſeruabitur primùm ex Decio, conſil. 500. Duci ſolere argumentum ex hoc §. in id, vt verba in contractibus adiuuari ſemper debeant interpretatione veriſimili, & quæ ad mentem cõtrahentium faciat nè aliâs inter ſe pugnent. Quò & pertinet gloſſa vltima legis, tale pactum. de pactis.

Diebus, conſulibúſque, &c.

Primùm damnantur à D. Auguſtino ad Pſal. 93. nomina quæ ſingulis diebus à paganis indita ſunt, vt ſcilicèt alius ſit dies Lunæ, alius dies Martis, Mercurij, Iouis, ac Veneris: mauultque vocari inter Chriſtianos, vnam Sabbati, diem Dominicam, ſecundam Sabbati, diem Lunæ, tertiam Sabbati, diem Martis, quartam Sabati, diem Mercurij, quintam Sabati, diem Iouis, ac ſextam Sabati, diem Veneris. *Nolumus vt dicant*, ait ille, *atque vtinam corrigantur vt non dicant. Meliùs de ore Chriſtiano ritus loquendi Eccleſiaſticus procedit.* Oſtendit poſteà Lunam, Martem, Mercurium, &c. eſſe non ſiderum nomina, ſed potentiorum mortalium quibus detulit diuinos honores pagana veterum, maximéque poëtarum, adulatio, *dicentium*, inquit, *quòd illius eſſet illud ſidus, & illud illius.* & pòſt ſubiicit: *hanc opinionem erroris diabolus confirmauit, Chriſtus euertit.* Plura eod. loco. pauca enim hæc de dierum nominibus quæ manſerunt tamen, manebuntque in æuum apud Chriſtianos errore nimirùm inueterato contra pietatem & D. Auguſtini, & cæterorum Eccleſiæ procerum. Quantum autem ad annos, longior multò diſquiſitio, & quæ ad hunc locum interpretatione nonnulla indigeat. Nam vt

quod

quod inſtituti mei eſt in moribus prẹſertim Gallicis exequar, obſeruandũ arbitror computatas olim in Gallia fuiſſe annorũ cõuerſiones ab exceſſu S. Martini vſque ad Pipini, Caroliq; Magni imperia. Ita ſcriptores Gallici, maximè Vinerius in Biblioth. hiſtor. ad annũ Chriſti 401. & Præſes Falcetius, in originibus Gallicis, ac Frãcicis: vnumq; hodie moris illius veſtigium ſupereſt in Miſſa S. Martini, qua in ſingulos annos celebrantur ſupremarum curiarum initia. Computarunt etiam poſteà à Reſurrectione Domini, quam computationem attingit verbis pauciſſimis auctor gloſſæ Pragmaticæ Sanctionis ad fi. tituli, de ſublatione Clemẽtinæ, literis. Reperioq; in antiquis Rotæ Rom. deciſionibus, tit. de iudiciis, deciſ. 17. Gallicum iſtud redigi ad diem 25. Martij, qui Feſto Annuntiationis ſacer: ſed emendatus ille error videtur nouis Rotæ eiuſdem deciſionibus tit. de iudiciis, deciſio. 4. vbi legitur numerari annos ab Anglis, & Franeis poſt menſem Martium, quod neceſſario de Reſurrectione Domini intelligendum eſt: ita enim per octingentos ferè annos in Gallia, nempe ad annum vſque 1563. quo vtilius tandem, commodiuſque viſum eſt vt computatio deinceps à Natiuitate Domini, id eſt à menſe Ianuario fieret: vulgatum hoc ex Ruſcinonenſi edicto art vlt. Hiſpani, ac Itali à Feſto Annuntiationis numerant. In Romana verò euria diſtinctio eſt. Si enim ex camera, ant ex cancellaria ſumatur reſcriptum, computantur ſemper anni à Pontificatu, ſed ita vt conſenſus qui eſt in reſcripti opiſthographo, incipiat à Natiuitate Chriſti, ſi præſtetur in camera: ab Incarnatione autem, id eſt à 25. Martij, ſi in cancellaria. Quantum ad Æram, Hiſpanorum eſt etiam ante Chriſtum, nempe à Romanis Triumviris qui eùm inter ſe partiti fuiſſent Imperij Rom. prouincias, Hiſpania Auguſto ſorte obtigit à quo cœpit illa tunc annorum numeratio tantopere, tamq́ue diu ſeruata Hiſpanis vt non niſi anno 1383. ſublara fuerit à Ioanne I. Caſtellæ Rege. Indictionum etiam vſus cœpit anno 313. die 24. Septemb. quo parta eſt tandem libertas, quieſq́ue vniuerſa Chriſtianis ob deuictum à Conſtãtino Maxentium, gentilitatis profanæ horrendum aſſertorem ac vindicem. Seruatur verò & in hune diem computandi ille mos per indictiones, imò & per æras, in conciliis, aliiſq́ue Eccleſiæ monumentis publicis, ad æternam videlicèt tanræ Chriſtianorum victoriæ memoriam qua euerſa eſt funditus tyrannis gentilium. Vide de his Bedam lib. 1. de ratione temporum, qui & adiieit ſublatas eodem tempore Olympiadas, vide & Didac. Couarruuiam lib. 1. cap. 12. reſolutionum, Baron. in Martyrolog. ad diem 22. Octob. ipſumq́ue Io. Mariana lib. 2. rer. Hiſpanic. cap. 24. vnum ſupereſt de Hegira Turcica, à qua omnes hodie Mahumetanæ ditionis populi in Oriente, Aphrica, & aliis Aſiæ, Europæq́ue partibus annos numerant: nempe à die qua Mahumetes aufugit circa annum à Chriſto 621. in Medinam, vrbem arenoſæ Arabiæ (elaret iſta eius ſepulchro) ex vrbe alia etiam Arabiea cui, nomen, Hamelec, in qua ferè interemptus eſt, fugáque ſibi ſalutem quæſiit ob accenſam nouæ illius impietatis facibus vniuerſam prouineiam: vnde & nomen hegyræ. Lingua enim Arabica idem eſt, hegyra, quod Græcis διωγμὸς, καὶ φυγή. Id eſt, *perſecutio, & fuga*. Vide Ioſeph. Scalig. de emendationib. tempotum, vbi de omnibus his plura.

Per Pragmaticam Sanctionem, &c.

Optimè gloſſa, cùm ait Pragmaticas Sanctiones fieri ſolitas conſilio procerum. Sic enim in gloſſario veteri, Pragmatica, eſt illa conſtitutio quam facit Imperatot habito priùs tractatu cum principibus. Iulianus, anteceſſor Conſtantinopol. verba hæc Nouellæ 7. καὶ πραγματικὸς προσέλθοι τύπος, ita reddit, diuina Sanctione promulgata. Æneas Syluius, apud Gallos, inquit, Pragmatica Sanctio lex eſt quædam de negotiis Eccleſiaſticis. Sic ille, nec immeritò: duas enim poriſſimùm celebramus ad ſtatum, ἢ πρὸς σύνταξιν Gallicanæ Eeeleſiæ: alteram, quæ eſt S. Ludouici an. 1268. alteram verò Caroli VII. an. 1438. Plura de his Nicol. Hotomanus in Senatu Pariſ. Patronus, lib. 1. de Iuribus Eccleſiaſticis. Attingam rurſus ad tit. de diuerſ. reſer. & Ptagmat. Sanction. inf. hoc libto primo.

SECVNDA CONSTITVTIO, DE IVSTINIANEO CODICE CONFIRMANDO.

Conatus eſt hoc ipſum magnus Briſſonius ſtarim atque codicem ſuum Herricianum abſoluit mandato Herrici III. exemplaria enim continuò emiſit ad omnes huius regni ſupremas curias vt confirmarent nouum codicem. Sed parum fœliciter ſucceſſit tanto viro conatus laudatiſſimus Reiecerunt enim omnes, quia adieciſſet ad conſtitutiones, detraxiſſet, imò & earum verba mutaſſet, provt ei viſum fuerat. At verò etiam animaduerſum eſt inſeruiſſe illum fictitias quaſdam conſtitutiones pro veris, exemplo Triboniani qui poſtquàm ius ciuile redactum, manúque extrema compoſitum vidit, protinus Imperatorem impulit vr quicquid exaraſſet, ab omnibus deinceps obſeruaretur, lato in id, promulgatóque edicto de quo hic titulus. Potuiſſet autem hoc Briſſonius apud facilem, literarumque amantiſſimum Principem, niſi bellum ciuile, quod intereà exarſit an. 1585. & ſequentibus, tardaſſet amborum votum, imò & ambos horribili fato ab humanis exemiſſet. Nemo mihi ſuccenſeat cenſuræ huius nomine. Sæpiſſimè enim quod refero ab Illuſtriſſimis dom. Harlæo, Senatus Præſide maximo, & Forgetio, tertio infulato Præſide, accepi ac didici: ipſeq; Briſſonius cùm paulò poſt excuſum ſuum codicem, citari ex eo videret neſcio quid in publicis cauſarum actionibus, à Carpẽtario, cauſidico, comiter, quæ ſumma ſemper eius virtus, illum admonuit nè fulciret cauſas imperfecto, necdum confirmato opere. Totum enim, quicquid in eo ſudauerat, ab edicto pendebat Principis quo codex ille lectus, ac recognitus pleniſſimum Gãllicarum conſtitutionum robur obtineret.

---

§. *Si qua verò Pragmaticæ ſanctiones, quæ minimè in eodem noſtro codice receptæ ſunt, ciuitatibus fortè, vel corporibus, vel ſcholis, vel ſcriniis, vel officiis, vel alicui perſonæ impertitæ ſunt, eas, ſi aliquòd priuilegium ſpeciali beneficio indulgent, omnimodò ratas manere præcipimus.*

Singularis hic §. ad priuilegia ciuitatum, de quibus in l. vlt. inf. de vectig. & commiſſ. Item & corporum, ſeu vniuerſitatum, de quibus in tit. quod cuiuſque vniuerſitat. ff. & tit. 14. de priuilegiis corporatorum vrb. Romæ lib. 11. inf. Deinde & ſcholarum, ac ſcholarium, id eſt aulicorum, quorum alij in literata militia, cuiuſmodi ſunt ſecretarij, & ſimiles: alij in rebus, actuque Reip. militant, agentes in rebus vocabantur, feréque dixerimus nos Galli, *les employez*. De his autem omnibus ſcholoribus aulicis, deq; vndecim ſcholis quæ erant ſub magiſtris officiorum, varij ſunt tiruli lib. 11. & 12. inf. nempe tit. de priuilegiis ſcholarum, tit. de comitibus, & tribunis ſchalarum, tit. de agentibus in rebus, tit. de Principibus agentium in rebus, tit. de primicerio, ſecundicerio, & Notariis, &c. Hodie ſcholarum nomine donantur Academiæ, collegiáque tam artium liberalium, quàm Theolog. Medic. ac Iuriſprud. de quibus in tit. de ſtudiis liberalibus vrbis Romæ, tit. de Metrop. Beryto. lib. 11. Nouel. Friderici, habita. inf. nè filius pro patre, & in epiſtola ad anteceſſor. præfigiſolita pandectis. Perpetua tamen in his regula eſt, vt nullius momenti ſint priuilegia, niſi confirmentur, ſeu, vt loquimur, homologentur à Senatu, vt notaui ad tit. quod cuiuſque vniuerſit. ff. atque à nouo quoque adueniente Principe, vt dicam ad l. 14. ex verbis. de donat. inter vir. & vxo. inf. locus enim magis idoneus. Notat Baldus ex integro hoc textu quod prætereundum non eſſe arbitror, priuilegia nimirùm, & locorum conſuetudines non tolli noua vlla lege, & conſtitutione generali quam Princeps promulgauerit, niſi ſpecialis abrogatio facta ſit, in quo ſingularem textum adnotat ex l. 3. decurionibus. inf. de ſilentiariis, lib. 12. vbi dicam paulò fuſiùs. Hoc enim iure vtimur. Vnum autem ſubiiciam quod malè ſemper habiturum ſit ſtudioſos Academicos, niſi intercedat noua quædam Principis cõſtitutio qua Academici vacantia indiſtinctè, indultis in eorum

gratiam

gratiam quatuor menſibus, beneficia auferant, ſiue per ceſſum, ſiue per deceſſum vacauerint extra curiam, atque etiamſi purè, & ſimpliciter in manibus ordinariorum, quod vulgò dicimus, reſignatio facta ſit, vt olim in mandatariis apoſtolicis ſine vllâ menſium deſignatione ſeruatum eſt, quæcumque ſiue per obitum, ſiue per reſignationem vacatio contigiſſet: in quo tamen & reuocari oporteret Concordatorum clauſulam (ita conuentionem Leonis X. & Francisci I. vocari mos eſt) qua ordinariis admittendi reſignationes puras & ſimplices, conferendíque mera ſit poteſtas ex ſummo iure §. volumus. de collation. Tunc enim, ſíque ex ea interpretatione promulgaretur edictum, foro cederent proculdubio quotidianæ quæſtiones de fraude facta infœlicibus Academicis, quòd ſcilicèt in eorum caput Epiſcopus factam à feminecí, balbutiente, feréque animam efflante beneficiario reſignationem admiſerit, & nominato in aurem, ac efflagitato ſucceſſori, quaſíque hæredi morientis contulerit. De hoc innexarum fraudum more peſſimo conqueruntur liberrima indignatione Rebufus ad d. §. volumus. & Molinæus ad regul. de infirmis reſignantibus, num. 111. 112. 113. 134. & variis aliis locis quibus fauorem conceſſionis illius pontificiæ ambo explicant tum ex cauſa Reip. tum & Eccleſiæ, nè defraudetur inopia ſtudioſi agminis vnde ſuppleantur caſtra militum Chriſti qui fulturas, & munimenta tantò maiora, fortioráq; veteribus, ac ſanctiſſimis pietatis Chriſtianæ nutantibus rectis admoueant. Sæpiſſimè de his cum experientiſſimis fori noſtri patronis contuli ad hemicyclium, percurríque optima Dion. Butillerij ad hanc quæſtionem varia opuſcula, atque illud, inter cætera, cui titulus, Διάλυσις, quo vt ſententiam ſuam fulciat, video penè nihil aliud quàm perpetuum de mandatis apoſtolicis, ſeu gratiis expectatiuis. vt vocant, & de indultis Cardinalium axioma, nè videlicèt regula de infirmis reſignantibus, ſeu de viginti diebus locum habeat aduerſus ordinarios. In quo cùm laudet plures iuris interpretes qui controuerſiam colliſis hinc inde rationibus circumferunt, procliuiores in eam ſententiam complures video, vt dicant reuera opus eſſe edicto in hoc ipſum regio, quale ſuprà delineatum eſt. De arcanis enim domeſticorum Epiſcopalium pactionibus queruntur ſemper Academici. Pernegant verò id Epiſcopi: iudicaturque de more in eorum gratiam fraudata ferè ſemper Academicorum ſpe, quaſi ſtatuarum exanguium. Iudicatum hoc aduerſus Petrum Bon, lytam, ſeu graduatum nominatum, vt vocitant, in quæſtione præbendæ Eccleſiæ Aurelianenſ. quam moriens canonicus eiuratione illa pura ſcilicèt, ac ſimplici reſignaſſe dicebatur penes Epiſcopum menſe Iullio, qui vnus è 4. menſibus conuentionis Gallicæ: Magni Conſilij iſtud an. 1612. die 15. Octobr. iudicatum deinde in quinta claſſe Inquiſitionum, contra Stephanum Vaſſonium, etiam graduatum in quæſtione præbendæ S. Virginis Pontanæ, apud Aruernam, an. 1609. 10. Ianuar. iudicatum & nuper in maiore, ſeu deaurata Senatus decuria, hoc an. 1616. 29. Martij. contra Cl. Bazotium, Theologum ſacræ Societatis Sorbonicæ, virum eruditum, graduatum, in quæſtione prębendæ Eccleſiæ Rhotomagenſ. ſcripſeram in vtraque lite, apprimè autem pro Bazotio contra Dionyſ. Butillerium qui Maretium, litigatorem alterum in ea quæſtione ſuſceperat, fruſtráque hinc illinc laudatæ à me ſunt Rebufi, Molinæíque ſententiæ, petitumque aduerſus eiuſcemodi reſignationes à feminecibus factas argumentum ex vulg. l. filiæ meæ ægræ. ff. ſol. matrim. iudicarunt tamen contrarium eodem hoc anno 1616. 9. Ianuarij, primæ claſſis Inquiſitionum iudices, in ea ipſa quæſtione quam agito: typiſque excuſum Senatuſconſultum væniit per aliquot menſes à propolis forenſibus. Spes equidem incerti boni nomen eſt, dixit Seneca in Epiſtolis, ἀείτε γεωργὸς εἰς νέωτα πλούσιος; ὅσῳ γὰρ τὰ ζητούμενα ἔλαττον, τοσούτῳ καὶ τὰ μέλλοντα μεγάλως ἐλπίζει. In iſtis Suidæ, ac Herodiani vocibus deſinet hocce ad Academicas querelas ſcholium.

TERTIA CONSTITVTIO.

DE EMENDATIONE CODICIS DOMINI *Iuſtiniani, & ſecunda eius editione.*

Tradit Procopius lib. 5. de ædificiis Iuſtiniani, nullum opus quod vnquàm Iuſtinianus inſtituerit, nullúmque eius deſiderium imperfectum fuiſſe. Ratio eſt apud eumdem Procopium lib. 1. de bello Vandalico, quòd ſcilicèt fuerit in perſcrutando ingenioſus, & ad ea, quæ decreuerat, perficienda impiger. Laudat & alibi, nempe lib. 1. de bello Gothorum, animi illius magnitudinem. Alibi, acre in euoluendis Chriſtianorum libris ſtudium: ſcribitque Agathias lib. 5. admirationi fuiſſe qua prudentia, & ingenio vreretur in rebus arduis. Quinimò Platina teſtatur in vita Fœlicis IIII. pontificis, compoſitum ab eo fuiſſe librum ſingularem de incarnatione Domini. Seligi iſta debuerunt ex auctoribus claſſicis aduerſus impoſturam Suidæ qui Iuſtinianũ ſcribere auſus eſt fuiſſe ἀναλφάβητον. Non hæc vna eſt Græculi hominis in narrandis commentis, texendiſque ineptiis audacia, vt cùm de inſpecta à matronis ſancta virgine Deipara, de Pilato, de Caïpha, & aliis plurimis nugatur fabuloſiſſimè.

LEX VN.

Tam quinquaginta conſtitutiones fecimus, quàm alias ad commodum propoſiti operis pertinẽtes plurimas conſtutiones promulgauimus.

Io. Bellouiſius ad cap. Romana. de foro compet. in ſexto, ſingulas illas recenſuit, cùm nec tàm leui opera internoſci poſſint etiam ab eruditiſſimis. Redegit eas iterùm nouiſſimè Fr. Raguellus, anteceſſor Bituricenſis, commentatio adiecto in quo plurima de moribus noſtris, vt & in ſuo iurium regiorum Indiee, congeſſit, conquiſiuit, & applicuit laborioſiſſimè. Profitendum verò eſt per occaſionem aduerſus eos qui tam liberè Triboniano, in hoc ſuo opere regio, detrahunt, manifeſtum fieri plus ſatis ex his 50. deciſionibus quanta peritia, ſtudio, & iudicio reſponſa Iuriſconſultorum veterum, conſtitutionéſque Imperatorias & ille, & decem Comites, ſeu ἐργολάβοι, συνεδρασταὶ, καὶ συμβονθοὶ, quos omnes nominat, obſeruauerint, cùm nihil in hunc diem reperiatur æquius, melius, & perſpicacius, quod etiam Cuiacii, cæterorúmque melioris notæ interpretum teſtimonio permultis in locis confirmatum eſt.

---

§. *Supradictis.* *Sine vlla ſignorum dubietate conſcribi iuſſimus.*

Signa hîc intellige, notas, quas etiam vocat Plutarchus in Cat. maio. σημεῖα, & notarios, σημειογράφους. Sic Galenus in Hippocrat. lib. 3. ἐπιδημιῶν, ſeu morborum vulgarium, inter notas quibus vtebantur medici veteres, ſcribit π̄, literam ſignificare τὸ πιθανὸν: θ, τὸ θάνατον: υ, ὑγίειαν. Signa verò illa omnia, quæ nihil niſi lites innumeras, ex ambiguo ſenſu, intellectúque, creabant, ac ſerebant, iampridem inter Iuriſconſultos ſublata ſunt, ſoliſque indicandis legibus, ac titulis relicta. Vt enim nihil eſt quod conſtitutionem ſeu priuatam, ſeu publicam commendet magis, quodque ſit efficacius ad dirimendas lites, quàm clara, perſpicuáque verborum compoſitio, Matthæ. Affl. magnus in foro auctor, & Neapolitani conſeſſus ornamentum, tota deciſione 239. docet leges, tàm regias, quàm municipales, redigi oportere verbis vſitatiſſimis, laudatque eos qui moribus Neapolitanis perſcribendis operam dederant, quòd facili, perſpicuóque ſermone, non autem ambiguo illud præſtitiſſent. Quàm peccetur tamen in eo à noſtris oſtendunt plus ſatis naſcentia indies ex implicitis conſtitutionum, legúmque prouincialium contextibus varia, ſpecioſáque argumenta litium. Perſequor ad l. 1. in fi. inf. de vet. iu. enucl.

TIT.

TIT. I. DE SVMMA TRINITATE, ET FIDE CATHOLICA, ET VT NEMO PVBLICÈ DE ea contendere audeat.

LEX I.

Cunctos populos, quos clementiæ noſtræ regit imperium, in tali volumus religione verſari quam D. Petrum Apoſtolum tradidiſſe Romanis religio vſque adhuc ab ipſo inſinuata declarat, quamque pontificem Damaſum ſequi claret, & Petrum, Alexandriæ epiſcopum, virum Apoſtolicæ ſanctitatis: hoc eſt, vt ſecundum Apoſtolicam diſciplinam, Euangelicamq́ doctrinam patris, & filii, & Spiritus ſancti, vnam deitatem ſub pari maieſtate, & ſub pia Trinitate credamus. Hanc legem ſequentes Chriſtianorum catholicorum nomen iubemus amplecti. Reliquos verò dementes, veſanoſq́ iudicantes, hæretici dogmatis infamiam ſuſtinere: diuina primùm vindicta, poſt etiam motus animi noſtri, quem ex cœleſti arbitrio ſumpſerimus, vltione plectendos.

Hæc lex Gratiani, Valentiniani, & Theodoſii, promulgata eſt anno Chriſti 382. de qua & vide Theodorit. lib. 4. cap. 8. filia eſt primogenita, aiunt, & ab omnibus interpretibus dotata. Vt autem ſingula eius, atque etiam rubricæ capita attingam paucis, ſeu ad religionem, ſeu ad mores, & quæſtiones quæ fori ſunt, obſeruaui primùm ex ſexta ſynodo in Trullo, can. 64. eiuſque interprete, Theod. Balſamone, vetitos ex ea ratione laicos diſputare de fide catholica, eoſque oportere doceri ab iis qui, per ordinem à domino traditum, docendi gratiam acceperint, quoniam, vt præcipit Apoſtolus, eiuſque interpres Gregorius Theologus, (verba ſunt ſynodi) Apoſtoli omnes eſſe non debeamus, nec omnes prophetæ: nec omnibus propterea interpretari liceat quod ad ſolam eccleſiaſtici Senatus ſcientiam referendum eſt. Hunc ordinem revereamur, ait iterùm ſynodus, hic ſit auris, ille verò lingua, hic doceat, ille verò diſcat, &c. Gloſſa ad l. 3. hoc eod. tit. meritò excipit exercitationes ſcholaſticas, quæ nempe in ſcholis fiunt publicè, diſcendique magis quàm contendendi ſtudio. Sed, vt à ſummis, eruditiſſimiſque interpretibus didici, gloſſæ Accurſianæ hoc deeſt, quòd ſcilicèt ſolis Theologiæ ſtudioſis liceat iſtud publicè, Theologóque præſide, qui explanet quæ obſcura ſint: ita vt poſt colliſas hinc illinc rationes, ſua ſemper nihilominùs eccleſiæ conſtet, maneatq; incõcuſſa nõ modò veritas, ſed auctoritas etiam, ac dignitas, ſeruato in omnib⁹ vniuerſo ad ſingulas cuiuſque loci interpretationes, eccleſiæ totius Spiritu. Vide in id D. Auguſtinũ epiſt. 59. ad Paulinũ, & ep. 56. ad Dioſcorũ. Catholicos quippe Chriſtianos ideò appellat noſtra hęc Imperialis cõſtitutio, quia cùm omnes, qui raro Chriſtiani nomine inſigniti ſunt, ὁμοθυμαδὸν, vt obſeruatur in actis, id eſt vnanimiter de fide ſentire debeant, vna etiam eſſe videatur Chriſtiani populi velut ciuitas, qualem deſcribit Prudentius lib. 2. contra Symmachum, in hæc verba:

— Deus vndique gentes
Inclinare caput docuit ſub legibus iiſdem, &c.
Ius fecit commune pares, & nomine eodem
Nexuit, & domitos fraterna in vincla redegit.
Viuitur omnigenis in partibus, haud ſecùs ac ſi
Ciues congenitos concludat mœnibus vnis
Vrbs patria, atque omnes lare conciliemur auito, &c.

Digitized by Google

Fides catholica, ait Vincentius Lirinenſis, *ita dicitur, quia ſemper, quia vbique, quia apud omnes, quia tempore, loco, multitudine, antiquitate, vniuerſitate, conſenſu, nouitati, porti, & paucorum diſſenſioni antiſtat.* D. Auguſt. ca. 7. de vera relig. *Tenenda eſt nobis chriſtiana religio, & eius eccleſia cõmunicatio quæ catholica eſt, & catholica nominatur non ſolùm à ſuis, verùm etiã ab omnibus inimicis. Velint enim, nolintue ipſi quoque hæretici, & ſchiſmatum alumni, quando non cum ſuis, ſed cum extraneis loquuntur, catholicam nihil aliud quàm catholicam vocant.* Rurſus verò ille ipſe libro vno de vtilitate credendi, contra Manichæos, cap. 17. & contra epiſtolam Manichæi, cap. 4. tom. 6. *Dubitauimus*, ait, *nos eius eccleſia condere gremio quæ, vſque ad confeſſionem generis humani, ab Apoſtolica ſede. per ſucceſſiones epiſcoporum, fruſtrà hæreticis circumlatrantibus, & partim plebis ipſius iudicio, partim conciliorum grauitate, partim etiam miraculorum maieſtate damnatis, culmen auctoritatis obtinuit?* Contra Fauſtum Manichæum lib. 11. duobus locis: eod. tom. 6. *Multa ſunt quæ in eccleſiæ catholicæ gremio me iuſtiſſimè teneant. Tenet conſenſio populorum, atque gentium, tenet auctoritas miraculis inchoata, ſpe nutrita, charitate aucta, vetuſtate firmata: tenet ab ipſa ſede Petri Apoſtoli, cui paſcendas oues ſuas poſt reſurrectionem dominus commendauit, vſque ad præſentem epiſcopatum ſucceſſio ſacerdotum: tenet poſtremò ipſum catholicæ nomen quod non ſine cauſa inter tam multas hæreſes ſic iſta eccleſia ſola obtinuit, vt cùm omnes hæretici ſe catholicos dici velint, quærenti tamen peregrino alicui vbi ad catholicam conueniatur, nullus hæreticorum vel baſilicam ſuam, vel domum audeat oſtendere.* Et pòſt, *Ego verò Euangelio non crederem, niſi me catholicæ eccleſiæ commoueret auctoritas, vt quæ ab ipſis fundatiſſimis ſedibus Apoſtolorum, vſque ad hodiernum diem ſuccedentium ſibimet epiſcoporum ſerie, & tot populorum conſenſione tanquàm in ſede quadam ſublimiter conſtituta ſit eui ſeruiat omnis fidelis, & pius intellectus.* Contra literas Petiliani lib. 2. cap. 51. eod. to. 6. *Cathedra tibi quid fecit eccleſiæ Romanæ in qua Petrus ſedit, & in qua hodie Anaſtaſius ſedet? quare appellas cathedram peſtilentiæ, cathedram Apoſtolicam?* Hactenus Auguſtinus, cuius vt celeberrimum in eccleſia nomen eſt, ita & apprimè in hoc ſemper notauimus quod apud Sulpitium Seuerum, ſaltem vbi vires iam conceptæ, collectæ, firmatæque ſunt: *morte*, inquit Sulpitius, *& exilio mulctati: ſed eò latiùs propagata hæreſis.* Poſt varias, enim & longiſſimas Galliæ clades, factóque per annos 30. & ampliùs, Auguſtinianæ ſententiæ periculo, quæ tandem fuit ep. 48. & 50. vt pœnæ adinouecantur, ſucceſſerunt ad extremum edicta amneſtica, cautumque eſt vt nè quis deinceps per vim fiat catholicus Chriſtianus. Vide quàm egregiè de quæſtione hac D. Chryſoſtomus homil. 47. in Matth. ca. 13. partem recenſeo infrà ad l. 3. de hæret. Sufficiat verò iſta ad Rubricam, & legem opulenta breuitas. Multa enim paucis inuoluo, nè quod inſtituti mei eſt egredi videar.

Quos clementia noſtra regit imperium.

Sic D. Chryſoſtomus ad pſal. 44. in fi. τὰ μὲν τῶν βασιλέων νόμιμα εἴσω τῶν οἰκείων ὅρων ἔχει τὴν ἰσχύν. ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς οὐκ ἂν δύναιτο νομοθετεῖν Πέρσαις, οὐδ᾽ ὁ Περσῶν Ῥωμαίοις. *Iura*, inquit, *ſeu leges Regum vim ſuam intra proprios fines obtinent. Romanus Imperator præſcribere nullas leges poteſt Perſis, neque Perſarum Rex Romanis.* Vt autem regreſſus ad res patrias fiat, eam ſemper fuiſſe Regum noſtrorum curam reperio nè quid de priſco imperii Gallici iure, ac dignitate decederet, vt cùm ſoli Deo acceptum habeant quòd regnent, nihil ferè vnquàm vlli conceſſerint vel in minimis, vnde ſua in populos quos regunt, intraque ditionis ſuæ fines, imminuta, inferiórque dicatur poteſtas. Proinde ex vetere Chronico bibliothecæ regiæ cuius fragmentum nuper T. Gotofredus, in Sen. Pariſ. patronus, edidit, ſeruatum fuiſſe diſcimus, cùm veniſſet Imperator Carolus IV. in Galliam, an. 1377. inuiſurus Carolum V. (ſapientem aliàs vocamus) vt in ingreſſu vrbium neque ei à procedente clero iretur obuiam, neque perſonantibus Nolis memorias martyrum, ſeu eccleſias iniret, nihilque, ait ille ipſe libellus regius, factum in cæteris quod vel tantillum imperii in Gallos argueret. Et cùm Imperator Sigiſmundus, qui etiam anno 1415. Lutetiam aduenerat, deſipiente Carolo VI. orantes in foro Lutetiano patronos de tribunali vnà cum ampliſſimo ordine audiſſet, reſtatur Iuuenalis Vrſinus in hiſtor. Caroli VI. peccatum in eo fuiſſe à noſtris bifariam, primùm quòd occupari ab eo locum ſuperiorem, atque in quo Rex ipſe ſederet, ante Præſidem maximum,

ximum,ſiniſſent: duæque ex eo ad ambos ſupremi tribunalis fines exedræ proſtant in hunc diem loco edito, cancelliſque concluſo, in quibus ſedere ſolent exteri Principes: deinde verò quòd Imperator palam auditorio in medio, perque occaſionem cauſæ quę agebatur, alterum è litigatoribus, qui controuerſo præfecturæ Belliquadranæ (vulgus vocat *la ſeneſchauſſée de Beaucaire*) iure excidebat quia eques non eſſet, mox enſe præcincto, indutiſque aureis calcaribus, equitem per ſe, proque imperio, effeciſſet. Verè tunc cum ipſo Principe deſipiebat Gallia, vt conqueſtos fuiſſe cordatos plures auctor ſubiicit. Quinimò & ſcribunt alii aſſignatam hanc culpam Senatui à Principibus, proceribuſque aulicis mox vt imperatoria hæc leuitas eis renuntiata eſt. Prudentior longè Carol. V. Imperator, qui cùm pariter accenſus fama regionis, per varias orbis noſtri Gallici vrbes, accepta Regis fide, nullo regio ornatu, ſed hominis priuati habitu pluſquàm mediocri, ex Hiſpania in primum Belgium, ſeu Flandriam, tranſiiſſet, poteſtate quidem pluſquàm regia, quantum voluit, vbiuis locorum vſus eſt, ait Ioan. Tillius in Latino ſuo de Regibus Francorum Chronico, ſed hoc ita concedente Franciſco I. qui indulgebat eius deſiderio quicquid maius, ſpecioſius, auguſtiuſque videretur in obſeruanda ſua Gallia, hoſtilis nempe animi parum metuens. De diſtinctis præthereà in hoc ipſum dominiis Principum, déque fulgurante, ac tonante Roma, vulgatæ ſunt conſtitutiones pontificiæ in cap. per venerabilem. qui fil. ſunt legit. & in cap. meruit. de priuilegiis. in extrauag. communib. quo ſecundo textu emendatur cap. 1. de maio. & obed. in eiſd. extr. comm. neque abs re, opinor, fuerit, ſeponere hîc ex immenſo verba ipſa, eaque pauciſſima Baldi, præſtantiſſimi, vt in confeſſo eſt, legum Romanar. interpretis, ad l. 1. Cod. de iu. aur. annul. *Imperator*, ait, *vicarius Dei eſt in temporalibus*. non enim ſolus ille eſt qui ita de culmine regio, Vegetius li. 2. ca. 5. *Cùm quis accepit legitimum principatum, tanquàm præſenti, & corporali Deo fidelis eſt ei præſtanda deuotio.* Animata Dei imago, Rex: dixit Menander:

Εἰκὼν δὲ βασιλεύς ἐστιν ἔμψυχος θεοῦ.

Atque vt ad claſſicos rei eccleſiaſticę auctores deducatur oratio, docēt illi apertiſſimè, & paſſim quanta ſit regia in ſuos poteſtas. Arnobius li. 5. ſub fin. *Dis proximi, atque Auguſtiori, Reges.* Tertullianus in Apologet. cap. 30. *Sciunt quis illis dederit imperium, ſciunt qua homines, quis & animam, ſentiunt eum Deum eſſe ſolum in cuius ſolius poteſtate ſunt, à quo ſunt ſecundi, poſt quem primi, ante omnes, & ſuper omnes Deos.* Idem ad Scapulam cap. 2. *Omnibus maior eſt, dum ſolo Deo vero minor eſt.* D. Hieronymus in epiſtola ad Ruſticum, monachum, ad hæc verba. *Tibi ſoli peccaui. Quia*, inquit, *ſupra Regem ſolus Deus eſt.* Verba Optati Mileuit. hæc ſunt lib. 3. *Meritò Paulus docet, orandum eſſe pro Regibus, & poteſtatibus: etiamſi talis eſſet Imperator qui gentiliter viueret. Quantò quòd Chriſtianus*, &c. verba Anaſtaſii Papæ apud Burchard. lib. 15. cap. 15. *quem velut vicarium Deus præſidere iuſſit in terris.* Sic denique D. Chryſoſtomus homil. 23. epiſt. ad Roman. de obſequio debito poteſtatibus: πᾶσι ταῦτα διατάττεται, καὶ ἱερεῦσι, καὶ μοναχοῖς, οὐχὶ τοῖς βιωτικοῖς μόνον. κἂν ἀπόστολος ἧς, κἂν εὐαγγελιστής, κἂν προφήτης, καὶ ὁστισοῦν. καὶ οὐχ' ἁπλῶς, πειθέσθω, ἀλλ' ὑποτασσέσθω. Id eſt, *Iſta imperantur omnibus, & ſacerdotibus, & monachis, nec ſolùm ſecularibus. Etiamſi Apoſtolus ſis, etiamſi Euangeliſta, etiamſi propheta, & quiſquis tandem fueris. Et non ſimpliciter dicit* (ſup. Paulus) *obediat, ſed, ſubdita ſit.* Longè plura tota illa homil. & apud Iuonem Carnutenſ. in ſingulari epiſt. 171. Sed quotus ferè quiſque eſt qui tinctus vel leuiter literis querelas ſanctiſſimi auctoris, populariſque noſtri neſciat, quòd aliud ætate ſua fieret? Verba enim D. Bernardi hæc ſunt libro 1. cap. 6. de conſideratione ad Eugenium: *Habent hæc infima, & terrena iudices ſuos, & Reges, & Principes terræ. Quid fines alios inuaditis? quid falcem veſtram in alienam meſſem extenditis?* ruſúſque lib. 2. cap. 6. eod. de conſideratione: *vox domini eſt in Euangelio: Reges gentium dominantur eorum.* Et pòſt: *Vos autem non ſic. Planum eſt, Apoſtolis interdicitur dominatus.* Pòſt iterùm: *Forma Apoſtolica hæc eſt: dominatio interdicitur: indicitur miniſtratio.* Plura ille eo loco, & lib. 4. cap. 3. d. lib. de conſideratione. Scio quid in hoc ipſum Io. Faber ad hanc partem legis. Liquet autem plus ſatis ex monumentis Gallicis quo more in hunc diem à temporibus Caroli Calui, Phil. Auguſti, Ph. Pulchri, Car. VI. & Lud. XII. ſua ſemper conſtiterit ſceptro ſenatu Francico integra, ſarta, tectáque maieſtas regia. Et cùm mota eſſet illa quæſtio in Pariſienſ. comitiis an. 1614. & an. 1615. eam prudentiſſimè cogni-

tionis ſuæ fecit Ludoicus XIII. cui hodie patet, benéque indies precatur vniuerſa ſua Gallia. Colit enim, culturíque ſunt chriſtiano ſemper, & catholico obſequio ſanctum Romanæ ſedis tribunal quotquot vnquàm poſteà habituri ſunt Principes imperium Francicum, cui cùm derogaſſet Bonifacius 8. d. cap. 1. aliàs, *vnam ſanctam*. de maior. & obed. in extrauag. commun. ſucceſſit Clemens V. auctor capituli, *meruit*. Qui omnia nouiſſimo eo decreto in priſtinum ſtatum reſtituit ob gentis noſtræ merita in ſedem Apoſtolicam, ait ille. Patiuntúrque Romani pontifices legatos ſuos quos mittunt in Galliam, Lugduni ſemper, atque in hunc diem gradum ſiſtere, donec ſingula legationis capita temperentur à Senatu Francico qui inducit, & cancellat liberè ſi imminutum in aliquo ius in re profana, ſeu temporali, regium viderit. Trado ex auctoribus quæ ad primam noſtræ huius primæ legis quæſtionem pertinere viſa ſunt. Secunda pars eſt, legitimatio, de qua nec abs re etiam dixit Iuſtinianus Nou. quib. mod. natur. efficiantur legitimi, §. ſi verò. eam eſſe & donum patris, & Principis. Nam vt optimè iſtic Bartolus, atque Tiraquellus ad tit. 15. conſuer. Picton. glo. 8. num. 227. legitimatio facta à Principe nihil proficit vt qui ita natalibus reſtitutus eſt conſequatur bona quæ in ditione alterius Principis ſita ſunt: traditque hoc ipſum ſcientiſſimus moris Gallici Io. Faber ad l. Imperialis. de nupt. Exceptio vna eſt, niſi ſcilicèt mutatis ſedibus, ciuitate donetur ab eo ſub cuius principatu perpetuus fiat incola: *naturalizari*, hoc dicimus: Tunc enim legitimus ad percipienda omnia iura æquè habebitur ac ſi Gallus quidam nobilis larem in Italia, alióue apud exteros loco conſtituat. Vt enim durat vbique nobilitas, ita & quæſita ſemel legitimatio: quæ tamen vt à patriis cuiuſque regni, ac ditionis Principibus cõferenda eſt, miror Rebuffum inſeruiſſe titulo, de literis requiſitoriis: Comitem Palatinum legitimare ſolere in Gallia. Nullo enim id teſte, nullóque auctore dicitur, miratíque ſunt mecum nec immeritò viri eruditi credulum ſcriptoris, alioquin diligentiſſimi, ac perneceſſarii animum, narrantis nempe metas in eo fabulas vnde nec ſibi blandiantur ipſi exteri. Quæſitum deinde vtrùm qui in cauſa capitis veniales codicillos à Principe ſuo impetrauit, in cuius ditione crimen admiſſum eſt, poſſit ille ex eadem cauſa damnari in Gallia in quam poſteà ſeſe receperit. Tutum verò eum eſſe omni ratione ſenſerunt experientiſſimi ad Hemicyclium, ſeu columnam conſultoriam, tum quia locus delicti, ac originis, plenáque Principum ad liberandos ſuos poteſtas concurrunt, in vnumque confluunt: tum quia etiamſi deſtitueretur exterus ille reſcripto, tamen nè vel damnetur, vel remittatur è Gallia eò loci vbi deliquerit, obſtant leges patriæ quibus fit liber quiſquis de quacúmque orbis parte ſolum Gallicum, aſili vice, contigit: profert in id Toloſana decreta Ioan. Bodinus lib. 1. cap. 5. de Republ. Docet in quæſtione ſimili Oldradus conſilio 124. remittendum non eſſe è Romana curia in Angliam qui in Anglicis finibus deliquerat, atque id quamuis à Rege ipſo peteretur remiſſio. Conſuetudo enim ea ſemper inualuit in Romana curia, cùm maxima ſit omnium, vt nùmquam remittantur aliò qui ſemel eam acceſſerint, ait ille. Idem verò eſſe & in cæteris quotidiano ex vſu diſcimus, niſi princeps loci vnde aufugit Reus, eum repetat quia ſua interſit vel ob maieſt. crimen, vel ob furtum pecuniæ publicæ, aut ſimilia, vt an. 1609. in fraudatore Pigretio viſum eſt. Cum enim aufugiſſet in Flandriam plenus opum quas foro cedens exportauerat, furto earũ facto principi, & priuatis, requiſiuit prædonem, peculatorem que exulem Henricus Magnus apud Archiducem Belgicum vt pœnas lueret eo loci vbi conuaſauerat. Itavt aliquantò pòſt memorabili iudicio nudus aduſque interulam, impactóque in collum laqueo, per omnes vrbis maiores vias tædam ardentem geſtarit, poſteáque alligatus triremi fuerit. de his plus ſatis. Tranſeo iam ad interpretationes neceſſarias relatiui, de quo hîc. Non enim ſemper reſtringit, ſed demonſtat magis, ac declarat, vt fusè apud Bartolum tit. de iuſt. & iu. ad l. omnes populi. Putà, ſi ſubiiciatur pluribus quæ generaliter, atque in vniuerſum enuntiata ſint. Quod tamen ita intelligit Decius conſil. 529. vt dicat qualitatem (verbum Decij retineo) quæ per relatiuum adiicitur, de vniuerſali, ſeu, vt Græci, καθόλου, accipi oportere. Tradam faciliùs cum Tiraquello ad artic. 15. conſuet. Pictonicæ, glo. 7. in verbo, *expres*. num. 183. relationem nempe eo caſu fieri oportere ad totum, non ad partem diſpoſitionis, id verò cùm omnibus eius qualitatibus, ſic enim ille: eòque ſenſu accipiendum quod dici ſolet à vulgaribus practicis, relatum videlicèt eſſe in referente. Quod ſi plura antecedant, ſcribit Molinæus ad Alexand.

lib. 5.

lib.5. conſil.106. ſatis eſſe dummodò relatiuum conueniat cum vltimo. Tamen in genere natura relatiui hæc eſt, vt & demonſtret, & reſtringat ſi applicetur verbo generali ſine copula, l. ſi debitor. § 1. veriſimile. de contrah. empt. l. ſi certos. de verb. oblig. l. 1. & 7. ſed & ſi. de dote prælег. l. ſed ſi certos. de legat. 1. l. ea tamen adiectio. de leg. 3. Secus ſi adiiciatur copula, eo enim caſu non reſtringit, ſed auget, veluti ſi quis dixerit, quæque eius cauſa parata ſunt: ſingularis in hoc d. lex, ea tamen adiectio. cùm duo illa diſtinguat, ſi videlicèt relatiuum ſit cum copula, vel ſine copula. Verùm & alia rurſus diſtinctio eſt, nimirùm ſi quis dixerit, lego, vel, promitto quod ex eo fundo natum erit: tunc enim & legatum, & ſtipulatio quaſi taxationis vicem obtinent, ait lex, cùm certus numerus. de trit. vin. & ol. leg. cui & adiunge legem, ſi debitor. §. 1. quam citaui ſuprà. Si verò dictum ſit, quotannis, putà ex vino quod in illo fundo naſcetur, hæres meus decem quotannis in annos ſingulos dato: eo caſu ſi legatum non poteſt ſolui ex fructibus vnius anni de fructibus alterius ſupplendum videtur, argumento legis, ex eo vino, de trit. vino. & legis 17. legatum. §. 1. de ann. legat. ff. diſtinguit Cuiacius ad l. firmio. ff. quando dies legati ced. vt ſcilicèt legatũ cõditionale exiſtimãdum non ſit ob deſignationem, ſi certa pecunia ex reditu prædiorũ legetur. l. quidam teſtamento. de legat. 1. quia tunc ſuppletur ex ſequentis anni fructibus, d. l. firmio. ſecus ſi certa fructuum quantitas legata ſit. Tunc enim ſi nihil perceptum eſt, nihil debetur: ſi minus, id quod perceptũ eſt, d. l. cùm certus. quam eo modo cõciliat cum l. firmio. Vide & in hoc ipſum, legem 1. §. vlt. de cõdit. & dem. ff. Vnum verò & adiiciam ex decretis Senatus: ſi nimirum teſtator legauerit, putà libras centum annuas mæuio quas ei debet Titius, hoc adiecto, vt inſtrumenta annui illius reditus tradantur eidem mæuio. Tunc enim ſi inſtrumenta tradita ab hærede fuerint, pleniſſima liberatio eſt, etiamſi poſteà fiat minùs ſoluendo debitor. Ita Senatus an. 1616. 19. Ianuar. etiam in legato pio contra Franciſcanos Ambianenſ. pro I. Cornelio. his ita diſcuſſis quæ niſi cum pudore præteriri non poterant cum expoſtulet hic locus, & ad quotidianas fori quæſtiones inſeruitura ſint, ſupereſt nunc vt ſubiiciam ex Io. Fabro ad hanc l. habendos eſſe omnes pro extraneis, ac peregrinis, qui ex facto fortunarum ſuarum ſedem extra limites, metaſque Galliæ conſtituerunt, niſi tamen ſingulare in id reſcriptum fuerit, quale obtinuit non ita pridem præſtantiſſimus ille eques Sangoardius, Piſanus Marchio, in gratiam filiæ quam Romæ, legatus cùm eſſet, nuptui, apud nobiliſſimam familiam, collocauit. Aut niſi moretur quis apud eos Principes quibuſcum percuſſa ſint pacis, ſocietatiſve fœdera ex conuentionibus publicis, ac niſi id ſpeciali priuilegio conceſſum ſit, cuiuſmodi hodie videmus Brabantios, Lamburgios, Luxemburgios, Arteſios, Sequanos, Hannones, Vltralenos, Namurtios, Hollandos, ſeu inferiores Batauos, Codanonos, ſeu Selandos, Tornacenſes, Salingios, Mechlinienſes, Gandauenſes, de quibus vniuerſis & ſingulis fuſiſſimè Chopinus lib. 1. tit. 11. de doman. & Bacq parte 1. cap. 8. de iure metœciæ, ſeu Albinarus, vt loquimur. Addendi autem Nauarri ex Senatuſconſulto illo celebri anni 1604. 16. Martij, perorantibus Ann. Roberto, & dom. Dolæo, nunc Conſiſtoriano Comite: rurſuſq; ex altero quod in ſubſidiorum curia latum eſt an. 1606. 8. Matt. cauſam agentibus Pet. Germano, & Ab. Sammartano. Potiſſima enim ratio in duabus illis actionibus fuit, quòd toto aduerſante iure naturali, & gentium, Nauarram inuaſerit centum ab hinc annis Ferdinandus qui tandem ſibi conſcius reſtitui eam iuſſit moriens, poſteáque Carolus V. filius, & poſt Carolum, Philippus: ita vt per inexplicabiles ferè iniuſtiſſimæ detentionis nodos, impleatur numquam vltimi, in re aliena, deceſſoris voluntas. Hoc Io. Anton. lopes, hoc Doctor Nauarrus, ac Nebriſſenſis, qui cùm Hiſpani ſint tanto maiorem rei fidem afferunt, quantò & accuratiùs exploratum ab eis fuerat inuaſiſſe Ferdinandum quod alienum ſciret, coloremque in id quæſiſſe ex edicto pontificio, atque ex fœdere quod in hoc vnum, ac ſolum cum Ioanne Fuxio Alebreti filio, Nauarrorum Rege, inierat, vt nè ſcilicèt ei hoſtis eſſet Nauarrus. Legi non ſemel Arnoldi Ferroni hiſtoriam in Ludouico XII. qui nihil inſuper de eo fœdere præter iactatas à Ferdinando minas: quo proinde, vt nec ope Iullij 2. iuuari, defendi, munirique tam iniquam eiectionem non poſſe agnoſcunt perpetuò in hunc diem inuaſores, quique in Hiſpaniis ipſis, ſcribunt viri optimi. Cæterùm de Gallis qui alienas ditiones incolunt, & quatenus eis deferatur apud nos hæreditas, dixi ad l. amiſſione. § 1. de cap.

Google

minut. immenſa eſt quæſtionum, quas interpretes ad hanc legem, ceu de frutieantibus ramis, porrigunt, fœtura, ac feries, ſed ſeligo quæ intra legem ſunt, non quæ extra.

Virum Apoſtolicæ ſanctitatis.

Vidi qui dicerent referendum hoc ad cœtaneos diſcipulorum Apoſtoliei Senatus. Sed cùm quadringentis ferè annis à Reſurrectione lata ſit hęc conſtitutio, vix eſt vt Imperatores Gratianus, Valentin. & Theod. ita ſenſerint. Nimia enim diſcrepantia temporum. Frequens autem titulus ſanctitatis ille eſt in conciliis Græcis, ac Latinis, atque apud ſcriptores Eccleſiaſticos, vbi de Epiſcopo, aur Preſbytero, cuius ingens pietas, mentio incidit. D. Bernardus de Apoſtolis loquens in ſermone Sanctorum Petri, & Pauli: *pro nobis*, ait, *facit eorum vita, eorum doctrina, ac etiam mors ipſa. Iidem in ſermone eminentiam, in paſſione ſua patientiam nobis contulerunt*: ſic ille. Et eùm Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ præeſſet Gregorius Nazianz. vſque adeò Apoſtolicæ iſtius ſanctitatis venerationem Imperatoriæ cuiuſdam imaginis loco eſſe oportere ſcribit epiſt. 78. vt & vocet manum ſuam θυοφόρον, καὶ ἀναίμακτον, Id eſt ſacrificam, & incruentam qua nempe ceu deducebat Aurelium, ſacræ militiæ deſertorem, ad Olympium vt tantò magis ei parceret. Sanctitas denique Apoſtolica verè ea eſt qua Prælati Eccleſiarum hoc vnum in dies, & horas apud commiſſos greges præſtant, vt per ſuos mores, perque indefeſſas hinc illinc conciones iniiciant vbique ſuis populis non ſpontaneum modò, ſed & quaſi neceſſarium vitæ emendatiotis inſtitutum, honorique pontificio partem illam duntaxat tribuant quæ ad componendos mores, ſacrique cultus dignitatem faciat, memores nempe veriſſimæ, diuinæque huius ſententiæ apud D. Chryſoſtomum homil. 2. ad epiſt. ad Titum: οὐ κωλύω δόξης ἐφίεσθαι, ἀλλὰ δόξης βούλομαι τῆς ἀληθοῦς, τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ. *Non prohibeo*, ait, *gloriam appeti, ſed illa volo ambiatur gloria quæ vera eſt, quæ ex Deo eſt.* Cæteras autem ambitionum ſpecies ita auerſatur vt terrorem & iniiciat in hæc verba: ψυχὴ τιμῆς ἐπιθυμοῦσα, καὶ τοῦ δοξάζεσθαι, οὐκ οἶδε τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. οὐκ ἐμὸς οὗτος ὁ λόγος, οὐδ' ἐμαυτοῦ λέγω ῥήματα, ἀλλὰ τοῦ θείου πνεύματος. ἀπέχουσι γάρ, φησι, τὸν μισθὸν αὐτῶν.

Lex 2.

Nicæna fidei dudum à maioribus tradita, & diuinæ religionis teſtimonio, atque aſſertione firmata, obſeruantia ſemper manſura teneat, &c.

Eſt iterum Gratiani, Valentin. & Theodoſ. qui eam promulgarunt an. 383. ſumpta autem ex l. 5. Cod. Th. de hæret. Quantum ad Nicænum concilium, conſtat fuiſſe illud primum vniuerſale, & œcumenicum, idq; pro diuinitate Chriſti contra Arrium an. 328. Syluestro Papa, & Conſtantino Magno Imperatore. Variæ tamen iam anteà locales Synodi fuerant, Antiochena aduerſus Paulum Samoſatenum, ſub Aureliano Imperatore, Ancyrana, & Neocœſariana, ac tres Apoſtolicæ in actis. Imò Tertullianus libro de Ieiunio, & Cyprianus variis locis diſertam conciliorum prouincialium, quæ habita priùs fuerant, mentionem faciunt. Sed ab omnibus orbis vniuerſi finibus congregari Epiſcopos, ante Conſtantinum, non licuit, auerſo à Chriſtianis, ante Conſtantinum, imperio. Ad Nicænam ergo Synodum, & cæteras œcumenicas decurrimus, vbi de fidei Chriſtianæ doctrina quæritur: Tridentinoſque canones venerari ſe profeſſa ſemper eſt Gallia, niſi in quantum ſeruatis ab antiquo Eccleſiæ Gallicæ conſuetudinibus aduerſentur, aut S. Ludouici, Caroli VII. ac Franciſci I. ſanctionibus pragmaticis. Cuiq; enim nationi, ac prouinciæ ſuos mores illibatos, καὶ τὰ πρεσβεῖα, relinqui oportere ſanxit ipſa Nicæna Synodus in hæc veaba: ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις τὰ πρεσβεῖα σώζεσθαι ταῖς ἐκκλησίαις. Sanxit hoc

ipſum

ipſum Epheſina, quæ habita eſt an. 431. ſic enim in can. vlt. ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ, καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ, σώζεσθαι ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ καθαρὰ, καὶ ἀβίαστα τὰ αὐτῇ προσόντα δίκαια αὐτῇ ἐξ ἀρχῆς ἄνωθεν, κατὰ τὸ πάλαι κρατῆσαν ἔθος. Iura nimirùm cuiuſque prouinciæ violanda nunquam eſſe vult, ſi longiſſima in Eccleſiis conſuetudo corroborauerit. Ferè id vno verbo, πρεσβεῖον, patres Nicæni Concilij dixerant. Eò & ſpectant Gregorij Magni epiſtolæ, nempe quadrageſima-prima, ſeptuageſima-quinta, in regiſtro, lib. 1. atque triceſima-ſeptima, lib. 2. nec alia maior, efficaciórque ratio reddi poſſit, quàm quæ à Tertulliano traditur cap. 3. de corona militis, cùm ait ideò tenendas eſſe vetuſtas Eccleſiæ conſuetudines, quòd de traditione ſine dubio manarint. Stat igitur clerus Gallicus, hæretque tam tenaciter in iis quæ de iuribus Eccleſiaſticis, per decurrentes ætates, ſeruata ſunt, vt, nè vnquam inuertantur mores in quibus conſenuerit Gallia, profiteri ſemper Gallorum Reges in ipſa inauguratione ſoleant defenſuros ſeſe iura, ſtatutáque antiqua Eccleſiæ Gallicæ: priſciſque in hunc diem literis ſacramentum Philippi Valeſij legitur ſub eius ſtatua pro foribus fani Senonenſis, hoc diſticho:

Regnantis veri cupiens ego cultor haberi,
Iuro rem Cleri, libertatémque tueri.

Tractarunt hæc ex profeſſo viri doctiſſimi, & pientiſſimi, P. Pithæus, Nicol. Hotomanus, in Sen. Pariſ. Patroni, Natalis Brullartus, Procurator Regis Catholicus, Bapt. Meſnilius, fiſci in eod. Senatu Patronus celeberrimus, Io. Tillius, receptiſſimus Gallicarum originum, morumque interpres, Falcetius, in monetarum curia Præſes, Vid. Conchylius, Niuernenſ. Patronus, totius, quamdiu vixit, prouinciæ oraculum. vide rurſus ad Nou. Frid. Caſſa, & irrita. inf. de ſacr. Eccleſ.

Lex 3. al. 4.

Nemo clericus. *Iniuriam facit iudicio reuerendiſſimæ Synodi* (ſup. Calcedonenſis) *ſi quis ſemel iudicata, ac rectè diſpoſita reuoluere, & publicè diſputare contenderit.*

Hæc igitur ad auctoritatem conciliorum quæ œcumenica, vniuerſaliáque fuerint. Iulianus, Epiſcopus Coüs, qui legatus fuit Leonis I. Papæ, in concilio Calcedonenſi, ſcribit in hæc verba ad Leonem Imperatorem: vbi congregata fuit tantorum multitudo pontificum, & ſanctorum præſentia Euangeliorum, & frequens ſimul oratio, illic creaturæ totius opificem, inuiſibili virtute, credimus fuiſſe præſentem. D. Auguſtin. lib. 2. de baptiſmo contra Donatiſtas, cap. 1. quod, inquit, per vniuerſæ Eccleſiæ ſtatuta firmatum eſt, vel vnius Epiſcopi iudicio, vel vnius prouinciæ concilio præferendum eſt. Denique, vt olim ſcripſit Simeon Stelites epiſt. ad Baſil. Antiochenum Epiſcopum, apud Niceph. lib. 5. cap. 19. quid ſanctius, & verius, quàm quod in ſanctis illis patrum Eccleſiæ comitiis decernitur, quorum in medio ſtiturum ſe promiſit ille qui mentiri neſcit?

Lex 4.

Inter claras.

Obſeruabitur primùm in inſcriptione, Ioannem Epiſcopum vrbis Romæ, poſtponere nomen ſuum Imperatori, vt & in can. dilectiſſimis. 12. q. 1. Clemens Pontifex poſtponit nomen ſuum etiam fratribus & condiſcipulis quibus ſcribit. Panormit. ad proœm. decretal. in verb. Gregorius II. in pr. notat ſeruari hodie cõtrarium de ſtylo curiæ. Cæterum Romani Pontifices vocabantur olim modò Romani Epiſcopi, vt in Sardic. Synodo, can. 3. & in Conſtantinopol. Synodo, can. 3. modò etiam dicebantur Papæ, vt in Carthagin. Synodo, in princip. Papam enim & Epiſcopum pro eodem accipi apud veteres, conſtabit plus ſatis ex variis epiſtolis apud Sidonium, quod nec prætermiſit doctiſſ. Sauaro, eius interpres ad epiſt. 1. lib. 6. & aliis lociis, atque ante eum

Corraſius lib.5. miſcellan. cap. 15. Nomen autem Papæ deſiit tribui Epiſcopis circa annum 850. quo peculiare illud factum eſt ſoli Romano Pontifici: teſtatur Baronius in Martyrologio ad diem 10. Ianuarij. Vnum ad inſcriptionem legis iſtius ſupereſt: ſuſpectam nempe fuiſſe adeò nonnullis hanc Ioannis Papæ epiſtolam, vt detrahendam omninò de hoc titulo dicerent, contra quos propreteà ſcripſerunt Alciatus lib.4. parerg. cap.23. &, qui familiam ducit, Cuiacius lib.12. obſeruat. cap.26.

Edocti Eccleſiaſticis diſciplinis Romanæ ſedis reuerentiam conſeruatis, & ei cuncta ſubiicitis, & ad eius deducitis vnitatem, ad cuius auctorem, hoc eſt Apoſtolorum primum, domino loquente præceptum eſt: paſce oues meas: quam eſſe omnium verè eccleſiarum caput, & patrum regulæ, & Principum ſtatuta declarant, &c.

Vt Petrus appellatur hic Apoſtolorum primus, ita & apud D. Chryſoſtomum homil. 55. in Matthæ. τί οὖν ὁ στόμα τῶν ἀποστόλων ὁ Πέτρος, ὁ πανταχοῦ θερμός, ὁ τοῦ χοροῦ τῶν ἀποστόλων κορυφαῖος, &c. *Vocat nempe Petrum, Apoſtolorum os, & cœtus Apoſtolorum verticem.* Verè autem eſſet, adiuuare ſolem facibus, ſi quis probare inſtituat Romanum pontificem eſſe & epiſcoporum primum, & totius eccleſiæ caput. Hoc enim D. Cyprianus, Tertullianus, D. Hieronymus, D. Auguſtinus, D. Ambroſius, D. Chryſoſtomus, & vetera paſſim concilia. Loca ex eorum ſcriptis deſignant Alciatus ad hanc l. atque ex profeſſo Onufrius tractatu in id elegantiſſimo, Boërius, præſ. Burdig. conſil. 20. & alii plurimi. Quod autem fuerit inſtar omnium, ſcribit D. Auguſtinus epiſt. 165. ad Generoſum, in hæc verba: *Si ordo epiſcoporum ſibi ſuccedentium conſiderandus eſt, quantò certiùs & verè ſalubriter ab ipſo Petro numeramus, cui totius eccleſiæ figuram gerenti dominus ait, ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam*, &c. Imò & proſper Aquitanicus lib. 1. cap. 16. de voc. gent. Romam ita exhibet: *Roma per Apoſtolici ſacerdotii principatum amplior facta eſt arce religionis, quàm ſolio poteſtatis*, & cùm agit ille ipſe aduerſus Pelagianos: *Peſtem ſubeuntem prima recidit ſedes Roma Petri quæ paſtoralis honoris facta caput mundo quicquid non continet armis, religione tenet.* Tamen vt finem facit Chopinus libris de Domanio, in dominatu pontificio aduerſus Principes, ita & ſeruata in hunc diem Francica præſidia, ac iura, docebit ſingularis equidem libellus Ioannis Feraltii, regii apud Cœnomanos procuratoris, qui longè anteà in lucem prodierat de priuilegiis regni Franciæ. Quinimò & verba Codicis libert. eccleſ. Gallic. hæc ſunt: *Regum Franciæ, eiuſque pertinentias dare in prædam Papa non poteſt, neque eo Regem priuare, aut alio quouis modo diſponere*, &c. Notum denique ex omni Gallorum hiſtòria quid ad Romanos imperus præſtiterit firmata armis, & conſilio longa ſatis Regum noſtrorum ſeries, nempe Lud. Pius, al. le Debonnaire, Car. Caluus, Lotharius, Philippus Auguſtus, Philip. Pulcher, Ludou. XI. Ludou. XII. nouiſſimè autem Henr. 3. & 4. quorum dignitatem & iura vindicarunt, inter ardentis Galliæ ignes medios, acerrimis in hoc ipſum decretis ampliſſimi ordines, Pariſienſis, Cæſaroduni Turonum, an. 1591. 10. Iunii, & rurſus Cathalauni, vbi alterum tanti Senatus examen conſidebat eodem anno 1591. 29. Aug. deinde Neuſtrinus, Cadomi eodem anno, 13. Aug. Toloſanus Biterris, in colle Septumaniæ ad Obrim fluuium munitiſſimus: atque ita ferè per vniuerſam Galliam.

Scriptum eſt enim, labiis regit Rex. & iterùm: *Cor Regis in manu Dei eſt, & vbi voluerit, inclinabit illud*, &c.

Præcipua hæc ſunt inter preces inaugurationis regiæ, quas egregia ſerie componit Io. Tillius in commentariis rei Franciæ, cap. de ſacris Regum, ac Reginarum inaugurationibus. Docent verò etiam cenſendos numquàm à populo mores Principis, qualeſcumque illi ſint, armáque in eum multò minùs mouenda. Solus enim Deus iudex Principum, aiebat Marcus Aurelius apud Xiphilinum. Ad improbum verò, & rebellem

Digitized by Google

lem populum ait Deus, Oſeæ 13. Dabo tibi Regem in furore meo, & auferam in indignatione mea. Denique cum immenſum illud ſit, verba diui Ambroſii hæc ſunt ad pſalmum 50. verſ. Tibi ſoli peccaui: Rex vtique erat, nullis ipſe legibus tenebatur. Sic ille Longè autem anteà, patet omnis virtutis, Homerus, (ita enim Iuſtinianus noſter) cùm Vlyſſem profert monentem Græcos nè iram accendant Agamemnoni, ſubinde adiicit formidandos apprimè iratos Reges, eùm alumni ſint Iouis, & ab Ioue ſit honos quem eis ſubditi deferunt: Homerici verſus ſunt, ἰλ. β.

Θυμὸς δ᾽ μέγας ἐστὶ διοτρεφέος βασιλῆος;
Τιμὴ δ᾽ ἐκ διός ἐστι, φιλεῖ δέ ἑ μητίετα Ζεύς.

Debetur autem id maximè illis ipſis quos natura, non fortuna, ediderit. Quod ſi in vllis vnquàm, at in Francis maximè, vt apud quos regnandi vices perpetuas obtineant conſanguinei ſemper Principes. Anaſtaſius, bibliothecarius Adriani ſecundi in hæc verba loquitur: Genti Francorum moris eſt domnum, id eſt Regem, ſecundum genus principari. Inſtar verò omnium fuerit quod Agathias, patronus Conſtantinopolitanus, notat lib. 1. Inter cæteros enim Francorum mores optimum hunc ſeligit, ſolere apud eos regna ex parẽtibus ſuſcipi. In quo & Deum habuere ſemper adiutorem ac vindicem. Experti enim id olim Britanni, pulſi tandem virgineæ virtutis miraculo. Experti & nuper Hiſpani, ſuperati heroicis armis Henrici IV. qui tunc, heu, ab humanis exemptus eſt, eùm, pacatis Gallis, firmatóque tribus filiis regno, noua longiùs, procedente iam Laureato exercitu, meditaretur imperia.

Archimandrita ſanctorum monaſteriorum, &c.

Abbates intelligit, quòd monachi primùm ἐν ταῖς μάνδραις, id eſt, ſeptis, caulis, ſpeluncis ſylueſtribus habitarent. Ita enim Heſychius, μάνδραι, ἕρκη, φραγμοί, ὗλαι. Fiebat id maximè in Palæſtina, & Syria, vnde & Palæſtinos Archimandritas vocat Sidonius lib. 8. epiſt. 14. dicique poſſet de iis iure optimo quod Plin. lib. 5. cap. 17. de Eſſenis in hæc verba: gens ſola, & in toto orbe præter cæteras mira, ſine vlla fœmina, omni Venere abdicata, ſine pecunia, ſocia palmarum. In diem ex æquo conuenarum turba renaſcitur, largè frequentantibus quos vita feſſos ad mores eorum fortunæ fluctus agitat: ita gens æterna eſt in qua nemo naſcitur. Tam fœcunda illis aliorum vitæ pœnitentia eſt. Hactenus Plinius. Hodie, per opes nimias, ſancta illa priſcæ pietatis aſceteria in Commendarum nomen, ac titulum tranſierunt ad partem maximam. Modo nimirùm excogitato, ait Corraſius rectiſſimè in paraphr. ſacerd. parte 1. cap. 6. quo clerici hoc prætextu fructibus eccleſiæ perditè luxurientur, cum canonico titulo illas poſſideant, quibus proptereà nihil ad mores, diſciplinámque monaſticam conceſſum eſt. Hoc excepto, poſſunt cætera quoad dignitatem Abbatum: præſidendi enim ius eſt in eccleſia, non in capitulo. poſſunt etiam ſolennibus, aliiſque diebus Miſſas in choro monaſtico facere: & quod ſupererat dubium, conſenſus eorum in nouitiis admittendis neceſſarius eſt. Ita enim obtinuit nuper Abbas Commendatarius contra Abbatiæ Liuericæ monachos, cum iam anteà idem conſecutus fuiſſet contra S. Ioannis Sueſſionenſis cœnobium Cardinal. Gondius iure tamen Cardinalitio.

---

§. *Suſcipimus ſancta 4. concilia: Nicænum, in quo damnatus eſt Arrius: Calcedonenſe, in quo Eutyches: Conſtantinopolitanum, in quo Macedonius: Epheſinum, in quo Neſtorius.*

Compone legem 8. quicumque. Inf. de hæret. can. ſunt igitur. 15. diſt. & can. quidam. 34. q. 3. nota autem obiter Epheſinam ſecundam ſynodum damnatam fuiſſe vt impiam. Cur hoc, aperiunt acta concilii Calcedonenſis, & epiſtolæ Leonis Papæ, volumine primo conciliorum. Cur etiam præter concilia generalia, & œcumenica, haberi, cogíque ſoleant prouincialia, tradit, inter cæteros, Wil. Bened. ad cap. Raynuntius. in verbis, & vxorem nomine Adelaſiam, num. 234. & 235. Concilia enim ge-

netalia temperanda ſunt in iis quæ ad mores, pro tempotibus, & locis, addendo ſcilicèt vel detrahendo, vel modum, aut formam adhibendo, vt attigi ſuprà ad l. 2. ex Epheſino æcumenico, atque ptagmaticis huius tegni ſanctionibus. Eadem ratione videmus ius ciuile, ſeu Romanum ideò vocari commune, aut etiam, dixerimus, æcumenicum, quia, vt præfatus ſum ad l. 1. de iuſt. & iu. ff. ius illud omnium propè chriſtianarum gentium vſu, & approbatione admiſſum eſt, quaſi fuſus ſenſim pet omnes rerum naturæ pattes ſpiritus, καὶ διήκουσα διὰ πάντων τῶν πολιτευμάτων ἔμψυχος οὐσία, quod fetè de anima mundi Ariſtoteles libro de mundo, cap. 4. tamen vt ſuus cuique genti, & loco naturalis ſemper genius, habent prætereà ſingulæ prouinciæ ſuos mores, titus, & conſuetudines, ἔθη, καὶ ἤθη, à quibus numquàm tecedunt. Prouincialibus igitut conciliis opus eſt, de quibus, & œcumenicis hoc ynum adiicio: illa nimirùm cogi non poſſe niſi ex reſcripto Principis, hæc autem à Romano pontifice & cogi, & confirmari.

TIT. II. DE SACROSANCTIS ECCLESIIS, ET DE REBVS, ET PRIVILEGIIS EARVM.

Obſeruabitur primùm ad fori diſceptationem, capellas contineri ſub nomine eccleſiæ, ſeu beneficii ſimplicis, proindéque referendas eſſe ad ius collationis tegiæ, ſeu, tegaliæ eccleſiaſticæ, vt loquimur, vide actio. dom. Seruini, volum. 2. vbi notandum in id Senatuſconſultum traditur. In quo & monebo, ὡς ἐν παρόδῳ, atque in tranſcurſu, præclaram quidem eſſe eorum obſeruationem qui capellam, & Capellanos deducunt à Cappa S. Martini, vel quòd capella pro capſa dici debeat in quo oſſa martyrum conderentur, vt in capitularibus Car. magni, & apud Marculfum: ſed cùm res in propinquo ſit, fruſtrà nos in abſtruſis eruendis torſerimus: vetè enim dicere ſolebat Cuiaci⁹ Gallos in ea dictione, vt in aliis plutimis, ἑλληνίζειν, ſeu affectare Græciſmos. Ἀπέλλαι enim apud Heſychium ſunt σηκοί, ἐκκλησίαι, fana & ſacta, ita vt ſolum, C, præpoſitum ſit à noſtris.

Lex I.

Habeat vnuſquiſq; licentiam ſanctiſſimo, catholico, venerabilique concilio decedens bonorum quod optauerit relinquere: & non ſint caſſa iudicia eius. Nibil enim eſt quod magis hominibus debeatur, quàm vt ſupremæ voluntatis, poſtquàm iam aliud velle non poſſunt, liber ſit ſtylus, & licitum, quod iterùm non redit, arbitrium.

Primùm quicquid comminiſcatur Molinæus ad Decium, conſil. 489. de anno huius legis, conſtans omnium ea ſententia eſt, latam fuiſſe à Conſtantino anno 321. qui tacitè abrogauit conſtitutionem Diocletiani, & Maximiani in l. 8. collegium. inf. de hæred. inſtit. Hi enim, vt infenſiſſimi chriſtianis, vetuetant paulò antè nè quis chriſtiano collegio, tanquàm illicito, hæreditatem, legatúmue relinqueret. Imò & prohibitum fuiſſe hoc ipſum à principibus chriſtianis teſtatur D. Hieronymus epiſt. ad Nepotianum, quia & iam conceſſione illa legandi, & inſtituendi, facta morientibus, abutebantur clerici. Nec de lege conqueror inquit, ſed doleo cur meruerimus hanc legem, prouida, ſeueraque legis cautio, & tamen nec ſic refrænatur auaritia. Per fideicommiſſa (ſup. tacita) legibus illudimus, & quaſi maiora ſint Imperatorum ſcita, quàm Chriſti leges, timemus, Euangelia contemnimus. Indignationem verò iſtam D. Hieronymi iuuabit peropportunè apud Gallos quod ſcribit Argentræus ad conſuet. Armor. art. 79. tit. *dés droicts du Prince*, in verbis, *ſes proches parents ordonneront.* Sic enim ille: extant libelli aduerſarii controuerſiarum Petri Cunerii, Franciæ olim cancellarii, & epiſcopi Heduenſis, quibus, inter alia, Cunetius obiicit quòd mortuos inteſtatos non aliter ſepeliri

peliri paterentur, quàm de ſuis ſuppoſuiſſent aliquem qui vice defuncti teſtaretur, & quippiam eccleſiæ, aut loco pio relinqueret. Hactenus Cunerius de more illo improbo quem adeò tenaciter hæſiſſe tradit Io. Gallus num. 106. vt areſto, quo penitus antiquaretur, opus fuerit: tandémque ſucceſſit Aurelianenſis conſtitutio art. 27. quæ presbyteros ab eius teſtamenti, cui ſubſcripſerint, quodque exceperint, legato penitus, indiſtinctéque ſummouet vt omnis clericis fraudandi ſpes præcîdatur. Naſcuntur ex eo, dixit D. Ambroſius lib. 3. cap. 9. de offic. aucupia quæſitæ hæreditatis, continentiæ, atque grauitatis ſimulatione captatæ. His ergo animaduerſis quæ olim in frequentiſſimo vſu fuerunt apud clericos, iam ſubiicio in genere pauca quædam ex Tiraquello in tractatu, *le mort ſaiſit le vif*, declaratione quinta, parte 7. num. 10. vocat ille, argumento huius legis, teſtatores defunctos, miſerabiles perſonas, quia nimirùm deſtituti ſunt omni auxilio, & iam aliud velle non poſſint. Quò proinde & faciunt iſta D. Auguſtini, tractatu, de omnibus, cap. 13. tomo 9. *Si aliter filios tuos diuiſuros noueris quàm diſpoſueris, doles*, &c. *ardentibus febribus prementi morbo, ipſique morti vrgenti, quantum potes, reſiſtis, anhelans verba extrema vt impleas teſtamentum: quot Iuriſperitos conſulis, quantas fraudes vt teſtamentum tuum ſtet contra ipſam legem Imperatoris requiris.* Finem denique facio ex ſingulari, tametſi pro malitiis hominum ſæpiſſimè irrito conſilio Vuil. Benedicti, ad cap. Raynutius. in verb. ſi abſque liberis. 1. num. 27. vſque ad fi. in 2. parte: vult enim deberi quæ relicta ſunt pro exoneratione conſcientiæ, etiãſi adita non ſit hæreditas: deinde executores, & tutores poſſe, ſine vllo ſpeciali mãdato, reſtituere vſuras, & cætera malè ablata: quin & eiuſmodi relata pro malè ablatis poſſe imminuere filii legitimã. Plura eo loco.

Stylus.

Styli teſtamentarii libertas ea fuit Romanis moribus, vt non modò hæredẽ omnem inſtituere, vel legare cuilibet, ſed etiam increpare alios in teſtamentis, maledicere, & liberam, de quibuſcumque vellent, vocem edere liceret. Ita explicat Caſaubonus hunc locum Sueton. in Auguſto cap. 56. de *inhibenda teſtamentorum licentia*, *nè Senatus quicquam conſtitueret*, *interceſſit*. Vide etiam de eadem ſtyli vltimi libertate apud Tacitum lib. 14. Nullum enim maius ſolatium mortis, quàm voluntas poſt mortem: dixit Fab. decl. 308. Deſciuerunt autem in eo Romani à Græcorum inſtitutis, quibus prohibita erat hæredis quæcumque inſtitutio, apud Plut. in Sol. & Demoſth. πρὸς Λεωχ. deſciuimus & nos Galli à Romanis, præſertim in ea parte regni quæ perſcriptos mores admittit. Teſtandi enim libertas, vel in gratiam eccleſiæ, intra certos fines coërcita eſt quos egredi eſt nefas. Cæterùm de ſtylo forenſi, quando ſequendus ſit, & quando mutandus, vel non, vide Rebuf. tract. de conſuetudine, art. 2. glo. 13. & 23. de ſtylo etiam ferreo cuius parte altera ſcribebant veteres, parte altera delebant, pulchrè D. Auguſtin. lib. de vera relig. cap. 20.

Lex 2.

Nemo Apoſtolorum vel martyrum ſedem humandis corporibus exiſtimet eſſe conceſſam.

Arguit maniſeſtiſſimè hæc lex iam ex temporibus Gratiani, Valentin. & Theodoſii Chriſtianos ſibi permiſiſſe hinc illinc gratia, vel pretio ſepulturas in eccleſiis. Edicta enim vix eſt vt promulgentur niſi ad reprimendum quod licentioſius, arg. l. 1. ff. ad Maced. Exiſtimabant verò qui tunc moriebantur, ſe tantò beatiores fore quantò propiùs ſepulchra martyrum contingerent, vt ſcribit D. Auguſt. lib. 8. de Dulcitii quæſtionibus, q. 2. Scripſiſſe autem ſe ex ea cauſa librum, de cura pro mortuis agenda, notat lib. 2. cap. 64. retractationum. Atque vt de verbis noſtri textus agamus, durauit in hunc diem error in Codice Iuſtinianeo, vt legatur paſſim, humanis, cùm vera lectio ſit, humandis, ex Cod. Theodoſ. lib. 7. tit. 17. l. 6. ſedes etiam intelligenda eſt de ſepulchro, ſeu conditorio: docuerunt plurimi. Pet. Burgius, vir pereruditus, li. 1. electorum, cap. 4. tradit in hoc veterem inſcriptionem cuius verba ipſa neque ex eo, opinor, ſu-

perciliοſi reſpuerint quòd forſan & variis aliis locis comperiri dictitent. Sic ergò priſc. marm. *M. Aurelius, Eutycheus Sera Vicelta Ruſcn. hanc ſedem viui ſibi poſuerunt.* & alibi: *Donatus Aug. lib. & Aunia primitiua hanc ſedem fructum laboris ſui, viui ſibi poſuerunt.* Cæterùm vt percurramus ea duntaxat quæ ad maiorem legis intelligentiam conferanr: certum eſt martyrum reliquias ſeruatas ſemper fuiſſe precioſiſſimè à chriſtianis, adeò vt eas capſulis huc & illuc deferrenr, captiuo adhuc Chriſti, ſub Imperarorum monſtris, imperio: quod vr ridet, iniuriiſque, & contumeliis, quibus poteſt, laceſſir impius Eunapius in vita Ædeſii Sophiſtæ, ſub finem, ita nec chriſtianum hunc morem, aliudue de cætetis vel tantillum commemoraſſe Senecam ſuſpicatur D. Auguſtinus cap. pen. lib. 6. de ciuir. Dei, *nè*, inquit, *vel laudaret contra ſua patriæ veterem conſuetudinem, vel reprahenderet contra propriam forſitan voluntatem.* Inualeſcente autem religione ſub Conſtantino, & aliis, condi cœptæ ſunt in ciuitatibus: ædiculæque ad eas conſtruebantut quas propterea martyria, & memorias nuncupabanr, vnde & fluxit in quibuſdam locis noſtræ Galliæ vernacula hæc templi denominatio, *le martroy.* Præclarè iterùm D. Auguſtinus lib. 8. cap. vlt. de ciuit. Dei, in hæc verba. *Quis audiuit aliquando fidelium ſtantem ſacerdotem ad altare etiam ſuper ſanctum corpus martyris ad Dei honorem, cultúmque conſtructum, dicere in precibus: offero tibi ſacrificium Petre, vel, Paule, vel, Cypriane, cùm apud eorum memorias offeratur Deo qui eos & homines, & martyres fecit, & ſanctis ſuis Angelis cæleſti honore ſociauit: vt ea celebritate & Deo vero de illorum victoriis gratias agamus, & nos ad imitationem talium coronarum, atque palmarum eodem inuocato in auxilium ex eorum memoria renouatione adhortemur?* &c. Sic Auguſtinus loquirur. Plura de his Concilium Nicænum Oecumenicum, can. 7. Abdias lib. 6. Simeon Meraphraſtes in vita S. Iulianæ, Gennadius, epiſc. Maſſil. lib. de venerario. reliq. cap. 40. & alii ſcriprores eccleſiaſtici. Vt enim pieratis affectus nullis meris coërcetur, ſuperbas ædes continuò per vniuerſum orbem condere, & ſacrare orſi ſunt Imperarores, innumerique porenriores, ac diuires, ſedéſque in eis honorificentiſſimas corporibus Sanctorum ira conſtituere, vt nemini, nè quidem Imperarori, putaretur dandus locus intra ſepta Martyrij. In valuis, ac veſtibulis ſepeliti, maximo, quaſique diuino honori ducebant. Poſteà Epiſcopis, principibus, viris meritiſſimis, rupto ſenſim ambitione, gratia, & pecuniis Imperiali hoc edicto, condiroria paſſim, ac promiſcuè in mediis baſilicis tributa ſunt, imò & quaſi intetdicta retinendæ poſſeſſionis (dicimus nos Galli, *droicts de former complainte*) ſi qui de hac, vel illa familia per longos annos, empta, aut donata, aut alio quouis titulo conceſſa ab æditiuis, ſeu marriculariis ſede, in aliquo fani angulo ſepulti ſint: vel ſi aut Eccleſiæ, aur ædiculæ, capellæue, vt vocamus, extructæ, aut dotatæ ſint, exemplo, dixerimus, eorum qui vrbes condidiſſent. Illis enim in eminentiore, & clariore vrbis loco erigebatur tumulus, vt annotauit Seruius ad finem eclogæ nonæ, vbi ſic Virgil.

Hinc adeò media eſt nobis via: nanque ſepulchrum
Incipit apparere Bianoris.

Ita obrinuit ex iudicio curiæ, dom. Fayi, inſulati nuper Præſidis, vidua, an. 1609. 20. Iulij, perorante Lud. Roberto, Annæi filio, cuius præmarurum, acerbumque ſuis, & foro ipſi fuit fatum. Cætera in hoc Senatuſconſulta redegit Loëtius, eiuſque ſcholiaſtes ad lir. E. num. 9. vbi de Eccleſiarum ſcamnis, ac ſepulchris quæſtiones agitatas in auditoriis, decuriiſque Inquiſirionum, deciſaſque ad plenum reperies. Quantum ad priſca antiquitatis Chriſtianæ rudera, atrigit paululùm ad hanc l. Alciatus, aduerſus quem optarim ſibi temperaſſer ad eamdem ipſam legem Molinæus, ſi tamen Molinæi commentarius ille eſt, cùm nulla in parte ſuorum operum, eius meminerit: interpolatum enim iſtud à Thraſone quodam literario arbitror, aut ſi Molinæus exarauir, damnaſſe eum veriſimilius eſt abortiuum fœtum tumulo: nihil enim tanto viro indignius: typographiſque propterea, nè cum cæreris eius operibus, quæ fori pretioſa quædam κειμήλια ſunt, excuderent, conſilium dederam. Qui denique vetuſtares iſtas ſepulchrales diligentiùs, abundantiuſque congeſſerit, maximè ex conciliis Gallicis, quæ proinde hîc ſubticeo, ſolus è noſtris Chopinus lib. 2. monaſtic. tir. 1. Gloſſa cùm minùs caperet quid ſit, ſedes, protulit & eò deciſionem huius legis, vt dicat commiſcendos non eſſe laïcos in ſedibus clericorum dum officium Eccleſiaſticum peragitur. Senrentiam autem gloſſæ, aut veterem potius regni Gallici ſanctionem apud Car.

Ma-

Magnum lib. 1. tit. 17. & lib. 7. tit. 134. & 291. in capitulat. quibus locis præcipua eſt aduerſus mulieres illa prohibitio, confirmauit Senatus Pariſ. an. 1611. 14. Iullij ſecundum Aruernæ Eccleſiæ Canonicos aduerſus vniuerſum tribunalis Claromontani conſeſſum, quem aliâs Præſidalem dicimus. Iudicatum enim eſt Seneſcallo Aruerniæ, Proſeneſcallo, Præſidi præſidali, & quæſtori criminum locum non competere in ſuperioris chori ſedibus niſi poſt dignitates Eccleſiæ, & canonicos. Tres ferè iudicum ſeſſiones in diſceptatione illa exemptæ ſunt. Dicebam pro Seneſcallo, & vniuerſo iudicum Præſidalium collegio, Pet. Martellerius pro canonicis. Quod & ipſum deciſum anteà fuerat an. 1585. pro Eccleſia Tricaſſ. ſeu Trecenſi, vt vulgus vocat, contra Præſidales etiam iudices.

LEX 3.

Nemo martyres diſtrahat, nemo mercetur.

Edicto huic imperatorio cauſam dederat ſacrilega quorumdam perditæ mentis audacia qui quaſi venales omnibus habebant ſanctorum reliquias. Rurſus autem prohibendum hoc fuit Lateranenſi Concilio, 3. can. 62. Conſtantienſi, ſeſſione 10. Narbonenſi can. vlt. & Tridentino, ſeſſione 25. quæ fuit 9. ſub Pio IV. bonum dolum tamen aliquando tolerandum eſſe ſi exportentur clam, ac latenter, eæque per furti cuiuſdam Pii ſpeciem, ex vno loco vt ſanctè, ac piè recondantur poſteà in martyrio altero, diſcimus ex ipſo D. Hieronymo lib. 3. epiſt. in fine vitæ S. Hilarionis. Quod & ipſum de S. Martini corpore vulgatum eſt ex eius notiſſima vel imperitis hiſtoria. Queruntur verò in hunc diem Caſtrenſiani de commento Corbolienſium, ob retentas oppidani patroni conceſſas reliquias, quæ ad iuuandam epidemetici morbi profligationem, emendicatæ, beneficii loco, in paucos dies, fuerant. Vide tamen quid in eo Io. Lucius de auaritia ſuæ ætatis ſacerdotũ, lib. 1. tit. 3. placitorum curiæ. In commercio denique haberi tantæ ſanctitatis pignora nefas eſt ex hac ſanctione, & chriſtianis moribus: redimi poſſe teſtabitur, inſtar omnium, quod de venerandis toto orbe paſſionis dominicæ inſtrumentis palam eſt, quæ ſanctum palatii ſacellum, celebrata vbique fama, commendant. Scripſerunt enim piiſſimi, eruditiſſimíque auctores tranſlatum eſſe, iſto S. Ludoici cum Venetis commercio, in celeberrimam Gallorum arcem quod olim maximo Conſtantinopolitanis ſolatio fuerat. Vide, ſi lubet, Chopin. lib. 3. de ſac. polit. tit. 5. ſub fin.

LEX 4.

Non plures quàm nongenti quinquaginta decani ſacroſancta huius ampliſſimæ vrbis deputentur eccleſiæ: nulliq́; his addendi, vel mutandi, vel in defuncti locum ſubſtituendi pateat copia: nulli alii corporatorum præter dictum numerum, per patrocinia immunitate conceſſa, negataq́; omni nouationis facultate ſimilia vendicandi iis quæ in honorem, vel neceſſaria obſequia ſacroſanctæ eccleſiæ indulta ſunt.

Patrocinia hîc intellige, ſuffragia, & impetrationes. Vetat enim Imperator numerum decanorum eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, nempe S. Sophiæ, augeri deinceps, aut certè ſi qui ſint quibus indulgeatur decani titulus, vt nullis propterea priuilegiis, ac immunitatibus fruantur. Inde igitur eliciunt interpretes forenſem hanc regulam, ſupernumerarios videlicèt non gaudere priuilegiis. Quod maximè in honorariis dignitatibus, cuiuſmodi hodie videmus plurimas. Vide de iis Briſſonium in verbo, honorarii. Inanes enim vmbræ ſunt, caſſæque imagines dignitatum, ſine ſalariis, ſolatiiſue, aut ſtipendiis priuatis, vel publicis, numquàm in actu, numquàm in albo, cùm ſoli codicilli præſtentur ad ambitionem impetrantium qui ſæpè homines nihili ſunt, ſolóque honoris inani apiculo conſpicui. De decanis etiam, de quibus hîc, diſſentientes ſententias

reperio. Quæ prima eſt, & receptiſſima omnium, nititur Nouella 43. & 59. nititur & gloſſario veteri, vbi decani vocantur νεκροθάπται, κοπιᾶται, id eſt viſpelliones, lecticarii, qui nimirùm efferendis, humandíſque corporibus vacabant Conſtantinopoli. Aliis verò vt Alciato, & Gregorio lib. 15. cap. 21. non ſit veriſimile vt conſtitutio hæc intelligatur de huiuſmodi viliſſimis viſpellionibus, cùm nongentos quinquaginta decanos eſſe velit in celeberrima illa S. Sophiæ eccleſia, eóſque immunitatibus ita decoratos, vt plures & hunc titulum ambirent. Maluntque propter eà de canonicis, ſeu clericis textum intelligi, vt ſcilicèt dicerentur omnes decani, quòd in decanias eſſent diuiſi, ait Alciatus, id verò αὐτονομαστικῶς, & nomine honorario, quemadmodum videmus canonicos eccleſiæ Lugdunenſis appellari omnes, Comites, quòd eccleſiæ illiùs patrimonium titulo comitatus inſigniri voluerint ab antiquo Principes. Similes ſunt, in maioribus aliis Italiæ, Germaniæque eccleſiis, tituli. Qui igitur accedunt magis ſecundæ huic, de S. Sophiæ Conſtantinopolitatæ decanis, ſententiæ, aduertunt maximè ad dignitatem ipſius dictionis, vt quæ ſemper imperium aliquod, ſeu magiſtratum quemdam domeſticum denotet, ita enim docet fuſè ſatis D. Auguſtinus lib. 1. de moribus eccleſiæ catholicæ, cap. 31. tomo 1. atque inter noſtros Cuiacius ad rubr. tit. de primicerio, ſecundicerio, & notariis, lib. 12. & tit. de decanis, eod. li. 12. maximeq; Molinæus ad regul. de infirm. reſignantib. vbi decanatus eccleſiarum compræhenduntur concordato Franciſci I. ex vſu. nituntur verò etiã canone, Innouamus. diſt. 60. vbi honos decanatus conferri prohibetur adoleſcentibus, & infra ſacros ordines conſtitutis, ſed iis tantùm qui prudentia, & merito vitæ clareſcunt, verba ſunt textus, ex quo potiſſimum placuit decanatum Eccleſiæ Turonenſis malè conceſſum fuiſſe à capitulo nobili adoleſcenti Io. Subræo, clariſſimi equitis Egid. Subræi, iuuentæ regiæ moderatoris, filio, quòd annos tantùm 12. natus eſſet, deteriuſq; multò confirmatam eiuſmodi electionem fuiſſe & ab Archiepiſcopo, & pòſt à Romano Pontifice qui, per modum poſtulationis, etiam confirmauerat. Cauſam agebant dom. Dolæus, hodie conſiſtorianus Comes, & Iul. Brodæus, an. 1607. 8. Mart. Quinimò & decanus Eccleſiæ Tricaſſ. contendere auſus eſt aduerſus quæſtorem criminum, antecedere ſe debere magiſtratum hunc regium in exequiis publicis: & cùm patroni, Tubæus, atque Teuenellus dixiſſent an. 1612. 14. Maij, Senatus deliberandum amplius exiſtimauit. Decani enim & Epiſcopos, & Abbates referunt apud Aimoin. li. 5. ca. 41. & 42. vide & gl. Pragm. ſanct. tit. quo modo diuin. officium ſit celebrandum, in fi. in verbo, decanus, vbi interpres loquitur in hæc verba: ferè in omnibus Eccleſiis regni Franciæ hoc obtinet conſuetudo, vt decanis Iuriſdictio competat in capitulum, & in aliquam partem cleri. Iſta igitur ad decanorum dignitatem, prærogatiuas, καὶ τιμὰς ἀεὶ πρεσβευμένους, in toto noſtro iure Gallico. Tamen vt nihil à me, quà fieri poſſit, peccetur, in eruditæ antiquitatis veſtigia, amplector longè magis eorũ ſentẽtiam qui decanos in hoc textu περὶ νεκροθαπτῶν, ſeu de ſepelientibus intelligunt. Doctiſſimus Io. Meurſius, qui & nouum hodie Belgij ſui iubar, diſertiſſima in id ex Corippo, Chryſoſtomo, & Baſilio Diacono teſtimonia in gloſſario ſuo colligit: nihilque planius, & clarius in duabus Nouellis quas recenſeo ſuprà. Deinde verò cùm ætate Imper. Honorij, & Arcadij, auctorum huius legis, atque adeò Iuſtiniani, verè eſſet ἐπιδημία τῆς οἰκουμένης, populiſque innumeris abundaret Conſtatinopolis, vexari eam præterea ſæpiſſimè contagionibus certiſſimum eſt: nullumque in vrbe fuiſſe cœmeterium tradit Chryſoſtomus Homil. 74. in Matthæum, adeò vt opus eſſet longè plurimis qui vt præſto erant ſemper ſepeliendis, efferendiſque extra vrbem mortuis, ita & alliciendi quoque fuerũt priuilegiis ad obeundum munus tam neceſſarium. At verò & veriſimile eſt, honeſtiori etiam nomine, putà decanorum, vocatos eos fuiſſe, cum Chriſtiani illud tunc pro vili non ducerent, exemplo Thobiæ, & cæterorum in ſacris literis: vide etiam epiſt. primam Clementis ad Iacob. fratrem Domini, vbi refert verba D. Petri nouiſſima de ſepeliendis mortuis. Vnum iam mihi ex textu ſupereſt de Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ nomine: dictam enim fuiſſe Sanctam Sophiam tradit Th. Balſamo ad Synodum ſeptimam, can. 12. circa finem ſcholij, quòd in honorem Saluatoris noſtri, qui ex Dauide, & Salomone ſecundum carnem natus eſt, veráque, & ſola ſophia, ſeu ſapientia eſt, ingens, ac mirabile, ſupra cæteras orbis ingenioſas moles, conſtructum fuerit Templum cuius figuram præſti-

riſſet

tiſſet olim Salomonicum. Deſcribit illud, ad miraculum, Procopius lib. 1. de ædificiis Iuſtiniani. Tantæ molis, tantæque amplitudinis fuit, vt & centum millia hominum concipere, complectique potuiſſe didicerim à ſummæ nuper dignitatis viro qui cùm per 4. menſes moratus eſſet Conſtantinopoli, vnum id maximè obſeruauerat memor Homiliæ 88. D. Chryſoſtomi in Matthæ. qua diuino illi Conſtantinopolitano Archiepiſcopo obtigit vt inter concionandum diceret in hæc verba: τῇ τοῦ θεοῦ χάριτι εἰς δέκα μυριάδων ἀριθμὸν οἶμαι τοὺς ἐνταῦθα συναγομένους τελεῖν. Id eſt, *gratia Dei centum millia hominum congregata hic eſſe arbitror.* Puduit ergo & barbaros Iuſtinianeum iſtud tantæ vrbis miraculum diruere, at verò nec vlla, vt ferunt, reciſa parte, vel minima, lædere. Moſquæam regiam hodie vulgò nuncupant mutato S. Sophiæ nomine, conuerſoque ad impuritates Mahumeticas Chriſtiano miniſterio.

LEX 5.

Placet. *Prædia vſibus cœleſtium ſecretorum dedicata ſordidorum numerum face vexari, contumelia eſt. Proinde nihil extraordinarium ab hinc* (id eſt, deinceps,) *ſuperindictúmve flagitari oportet: nulla tranſlatione ſollicitudo ſignetur. Tamen canonica illatio penſitanda eſt,* (dicimus, *le ſubſide ordinaire*) *& quam aduentitia neceßitatis ſarcina repentina popoſcerit,* (veluti cùm peſtifera contagia populantur vrbes, &c.

Obſeruabitur primũ verba hæc: nulla tranſlatione ſollicitudo ſignetur. intelligi de nouis deſcriptionibus, vt in l. vn. de collatione donatorũ & tranſlatorũ, tit. 28. lib. 10. Cod. dicimus, *changer vn ſubſide en vn autre.* Quantum verò ad deciſionem textus, vide, pro iuſto commentario, Cuiacium, ad tit. 1. de iis qui feudum dare poſſunt, lib. 1. feud. §. ſi quis de mãſo. docet enim ex capitularib⁹ Car. Magni, Aimonio, & aliis, tributum fuiſſe ſingulis Eccleſiis manſum vnum, nè inopia coacti miniſtri diuini cultus, in eo ſegniùs elaborarent: adiectúmque fuiſſe vt nullum pro manſo illo Eccleſiæ ſeruitium, nullúmque cenſum ſenioribus præſtarent. Si quid autem eo amplius poſſiderent, vt ceſſaret eatenus immunitas: quæ conſtitutio facta eſt in diæta Imperiali apud Wormatium, vbi Carolus Magnus primum regni diadema ſuſcepit. Notat etiam Molinæus ad tit. 50. de conſtitutionibus, parte 3. ordinationum regiarum, in ſtylo ſupremæ curiæ, quod & ipſe Cuiacius loco ſupradicto, exſcriptam nempe fuiſſe illam conſtitutionem in cap. 1. de cenſib. ext. tacito tamẽ ac ſuppreſſo Car. Magni nomine. Immunitas igitur clericorũ etiam priſco illo iure ad ſolas beneficij Eccleſiaſtici poſſeſſiones coërcenda eſt: quod ſi priuatas, profanaſque res ſoli poſſideant, ſecus: tunc enim, pro modo prædiorũ, tributis ſubiiciuntur: ita Chopinus lib. 2. monaſt. tit. 3. num. 4. atque ille eſt iudicandi mos in ſubſidiorum curia, quicquid olim de ſuæ ætatis moribus ſcripſerit Benedictus ad cap. Raynutius. in verb. ſi abſque liberis moreretur, 7. num. 26. vult enim eos non teneri ad vlla laïcorum onera, ratione ſuarum poſſeſſionum, quæcumque illæ ſint, niſi cum aliquo onere legatum quippiam eis fuiſſet. Fatemur enim bona Eccleſiæ nullis tributorum oneribus ſubiacere, cùm ſint bona Dei, ait Synodus 7. quæ alias ſecunda Nicæna dicitur, can. 12. vbi fuſiſſimè in hoc Th. Balſamo. Sed ſi quid aliunde, ſiue paternum & auitum quod feudale non ſit, ſiue laboribus propriis, aut frugalitate quæſitum poſſideant, profanorum, ſeu laïcorum more vti eos oportere, canonicaſque illationes penſitare contẽdunt hodie regij cognitores, maximè ſi colant ipſi fundos proprios, ſecus ſi aliis fruendos locauerint: quam diſtinctionem à Car. Liliæo, fiſci, in ſubſidiorum curia, patrono accuratiſſimo accepimus: iudicatumq; eſt ex eo iure in eadem curia, an. 1612. 9. Mart. ſecundum Cl. Guilleriũ, publicanum Carnutenſem, præſtanda eſſe ab Egidio Maſſonio, Eccleſiæ Carnutenſis Preſbytero, iura Octauæ, & decimæ vini quod & ipſe vendiderat, & ex vitibus de nouo quæſitis perceperat, litiſque impendiis erga publicanum mulctatus eſt. *Si Imperator*

petit tributum, non ei negamus, agri Eccleſiæ ſoluant tributum, ita D. Ambroſ. in can. tributum. 23. q. 8. plus verò ait Caſſiodorus lib. 1. Var. epiſt. 26. *Ea quæ à tempore beneficij ad Eccleſiam veſtram ab aliquibus eſt tranſlata poſſeſſio, commune cum omnibus poſſeſſoribus onus agnoſcat, & eius ſubiaceat functioni cuius nacta eſt iura dominij*. ſic ille. Bartolus tradit ad hanc l. ſeruari hoc ab antiquo in vniuerſa Italia, Roma excepta, ſe tamen conſuluiſſe, deberi immunitatem paterno clericorum, auitóque patrimonio: ſentitque hoc ipſum ad eamdem hanc l. Baldus, ſed ratione quæ aduerſatur noſtris Gallicani huius regni moribus. Tuetur enim ſententiam Bartoli ex eo quod tributa indici, imponíque non poſſint niſi ſubditis, at verò liberum eſſe omni profanorum, ſeu ſecularium dominatu ſacrum illud collegium. Quin ita ſit, ſola exceptio Cleri Gallici hæc eſt, vt pleniſſima in bonis omnibus præſtetur immunitas, quòd nimirùm nouo tributi genere pendant hodie decimas omnes beneficiarij clerici, licèt tamen priſcis illis ſeculis aliud in eos ſeruaret vniuerſa Gallia. Generalis hæc quæſtio cùm diu ſatis patronos occupaſſet quorum expectabantur actiones an. 1613. in ſubſidiorum curia, tranſlata tandem eſt in conſiſtorium principis, nihilque hactenus ſancitum decreto regio. Agitatum eſt in eadem ſubſidiorum curia an. 1616. die 11. Mart. perorantibus Hiet. Bignonio, & Io. Nigro, vtrùm titulus ſacerdotalis pati debeat iuris Octauæ tributum, placuitque iudicibus immunitas: tamen hoc adiecto, *fore ſcilicèt iudicium ſine exemplo, atque ob cauſam*: vel, vt loquimur, *ſans tirer à conſequence & pour cauſe*. Nempe enim, vt accepi à iudicibus, obſtitit quippiam ex hypotheſi, quominus pronuntiaretur in genere, quaſique ex theſi. indeciſa autem manet hactenus ea quæſtio in d. curia. Vide propterea tract. de bonor. publicationibus cap. 23. apud Præſ. Mag. vbi tradit prehendi, oppignerarique poſſe, firmatque id Senatuſconſultis. Et cùm propoſitum à me fuiſſet peritiſſimis ad columnam conſultoriam illud ipſum de octauæ tributo quod ſuprà memini, deberi omnes ex ea ratione dixerũt quòd nempe non Eccleſiaſticum, ſed profanum ac ſæculare eſſet patrimonium. Aliò enim ſpectat quod de eiuratione, ſeu reſignatione tituli ſacerdotalis refert Ann. Robertus lib. 3. tit. 2. ret. iudic. cùm non ſecularis, ſed mere ſacra, & Eccleſiaſtica eſſet poſſeſſio. Profeſſus enim erat poſſeſſor, cum Preſbyter factus eſt, habere ſe beneficium, de quo ibi agitur, vice ſacerdotalis tituli, id eſt patrimonialis cuiuſdam, hæreditariique fundi, aut reditus qui ad conſequendum Preſbyteratus ordinem exigitur, nè mendicet indecorè Preſbyter.

Lex 6.

Omni innouatione ceſſante vetuſtatem & canones priſtinos Eccleſiaſticos, qui vſque nunc tenuerunt, ſeruari præcipimus. Si verò quid dubietatis emerſerit, id Antiſtiti Conſtantinopolitano, & conuentui ſacerdotali, ſanctóque iudicio ſeruari oportet.

Repetio vnum è noſtris obſeruaſſe legis iſtius promulgationem circa annum Chriſti 413. ſed percurioſum id magis quàm neceſſarium. Deciſionem meram elicio, paucis conciſis quæ ſententiam nihil immutant. Quod enim interiicitur Conſtantinopolim lætari prærogatiua Romæ veteris, hoc explanat Conſtantinopolitana Synodus can. 3. in hæc verba: *Conſtantinopolitanus Epiſcopus habeat priores honoris partes poſt Romanum Epiſcopum, eo quod ſit ipſa noua Roma.* Quod etiam remittendas eſſe vult textus dubitationes de religionis ſacris ad Eccleſiæ proceres, dixi ſuprà ad l. 1. de Summa Trinit. Adiicit Bartolus cauſas vſurarias & matrimoniales, ſi non ſit facti quæſtio. Seruamus, verò id quoad matrimonia duntaxat, non autem quoad vſuras. Dari enim ſolent à principe iudices qui fœneratores mulctent, atque coërceant pecuniaria infamia, vt ſæpe cognouiſſe vidimus, modo Magni Conſilij conſeſſum, modò etiam tributum eſſe hoc primæ Inquiſitionum decuriæ. vide plura ad rubr. tit. de vſur. ff.

Lex 7.

Ad inſtructiones itinerum, pontiúmque, etiam diuinas domos, & venera-

venerabiles, Eccleſias tam laudabili titulo (ſup. tributi) *libenter adſcribimus: quia non eſt inter ſordida munera numeratum.*

Similis textus in §. ad hæc. de Eccleſ. tit. in Auth. itinera autem hic intellige vias publicas quæ vel coaceruatis, congeſtiſque lapidibus, ſaxis, glateis, omnibuſque rudetum impedimentis ſubſtruuntur, ac marginantur, (quod ait Liuius lib. 1. dec. 5.) vt commeari poſſit commodiùs, & tutiùs per loca paluſtria: quinimò & ſternuntur extra vrbes ſilice in locis plurimis, non ad ornatum, ſed quia neceſſarium. Omnium enim cauſa eſt, neque viarum munitiones tam perſonarum ſunt quàm locorum, ait lex 14. honor. §.1. de munerib. & honor. eò ſpectant titulus, de via publica, & itin. publ. refic. tit. nè quid in loco publ. vel itin. fiat, tit. de ripa munienda. at verò etiam ratio legis 1. §.1. de his qui deiec. vel effud. ff. vbi dicitur publicè vtile eſſe, ſine metu, & periculo, per itinera commeare. Deciſionem hanc porrigunt interpretes ad portus, & aquæductus vt in l. ad portus. inf. de op. publ. & in l. vlt. ff. de riuis. Porrigunt deinde ad muros qui conſtruuntur, aut reſtaurantur, reparantúrve ex neceſſitate belli, vt per vniuerſam ferè Galliam factum eſt an. 1589. & quatuor ſequentibus. Porrigunt præterea ad puteum publicum, de quo Vidus Pap. q. 444. & Speculator tit. de cenſib. §. nunc dicendum. Cuius verba hæc ſunt: quædam vicinia habet puteum, clibanum, vel porticum communem quæ eget refectione, vel purgatione, omnes compellendi ſunt. Collectio enim non fit propter perſonas, ſed propter domos, nec eſt à perſonis, ſed à domibus facienda. Rudiuſculus textus, à quo tamen recedendum non putaui, nè quid auctoris ſententiæ deeſſet. Exceptio verò eſt in curione parœco inter Eccleſiaſticos: Ita enim Senatus an. 1584. 24. Iullij, agente Io. Eſcorceuelio pro oppidanis qui curionem ad refectionem mœnium teneri contendebant. Altera exceptio eſt in equitibus Melitenſibus, quos oppidani Columerienſes vnà cum cæteris ad eamdem murorum cauſam complexi fuerant. Ita iterum Senatus an. 1586. 5. Martij. Cæterum de primi ſilicis impenſa, à quo illa debeatur, aut, vt vulgò dicimus, *de la deſpenſe du premier paué*, dixi ad l. ſi pendẽtes. §.3. de vſufr. ff. quantum etiam ad collationem pontium, cùm eadem prorſus ſit ratio quæ in itineribus, ſi videlicet vrgeat cõmunis, publicáq; neceſſitas, vide cætera ad l. cùm in plures. §. vehiculum. ff. loc. obſeruabis autem quod nec tam grauatè forſan auditura ſit de quinque Lutetianorum pontium duobus excultiſſimis ſtudioſa poſteritas: Ille enim & famæ vrbis particeps, quem vocitant pontem minorem, extructus eſt quadrato lapide circa annum 1314. mulctatitia Iudæorum pecunia, ſcribit Io. Galli q. 328. Alter verò qui maximum Sequanæ alueum ſublicis defixis, gratiſſimi inſtar, tenidentiſq; oppiduli, amplectitur, delibato ditiſſimi vnius duntaxat ciuis patrimonio qui hocce in charam patriam beneficium contulit, quantus quantus hodie, atque in longiſſimos annos futurus eſt, operoſas, ingenioſo vultu, compages ſuas obtinet. Iam anteà & de iſto vrbis nouiſſimo ornamento diximus ad l. creditor. §. vlt. ff. de act. empti.

LEX 9.

Qui ſub pretextu decanorum, ſeu collegiatorum, cùm id munus non impleant, aliis muneribus conantur ſe ſubtrahere, ſeq́; ſub nuda appellationis velamine, collegiatos, ſeu decanos appellant, eorum fraudibus ſic obuiandum, vt alij ſubrogandi ſint.

De decanis fusè ad l. non plures. ſup. hoc tit. ad quam & de honorariis dignitatum titulis attigimus. Fraudulenta verò eiuſmodi nudæ appellationis velamina quàm irrita eſſe debeant, docet aliunde hic textus, & lex vn. de collegiat. lib. 11. quæ omninò ſimilis eſt, atque etiam lex vlt. de ſeru. fug. ff. addit Bartolus legem, ſemper. §. pen. de iu. immunit. ff. vbi ſingularia hæc obſeruo: *Nec omnibus promiſcuè qui in his collegiis aſſumpti ſunt, immunitas datur, ſed artificibus duntaxat*, id eſt, vt eodem §. interpretor, *qui neceſſariam operam vtilitatibus publicis exhibent*, vel, vt ait lex 5. §. negotiatores. de iu. immunit. qui ſunt in actu, dicimus nos Galli, *qui ſont employez*: eóque ſenſu acci-

piendus eſt tit. de agentibus in rebus, lib.12. Cod. populariter ita Bartolus: Qui eſt in matricula alicuius artis, & non exercet, non gaudet priuilegio illius artis. Memini, cùm primùm in forum veni, certatum fuiſſe ex his acerrimè in publicis cauſarum actionibus an. 1580. vtrùm Ludouicus Adiacetius frui deberet ſecretariorum priuilegio, liberamque omni laudemiorum, ſeu εἰσβατικῶν feudalium iure ſuam Comitatus Caſtrouillani emptionem conſequi, cùm liquidò conſtaret emptum fuiſſe ab eo ſecretarij munus quaſi pridie maximæ illius emptionis cuius quinta pars debebatur Scotorum Reginæ, tunc Caluimontani Baſſinei Comitatus fructuariæ, (feudale enim ius illud eſt ex prouinciæ moribus) itavt non tam priuilegium, quod agnoſcebat Regina, quàm mera, & cōquiſita fraudis occaſio τὸ κρινόμενον, ſeu ſtatum cauſæ cōſtitueret. Placuit tamen nihil deberi, cùm Adiacetius nihil niſi ciuiliter egiſſet, comparato nimirùm ſecretarij regij munere antequàm Comitatum emeret: quem bonū dolum potiùs quàm fraudem meritò quis dixerit, vt perſequitur effuſo ſermone Molinæus ad conſuet. Pariſ. §.23. perorabant Lud. Buiſſonius, & Ren. Chopinus, duo tunc fori noſtri lumina. Quæſitum verò eſt in maiori auditorio an. 1615. 30. Iull. vter Graduatorum (ita priuilegiarios ſtudioſos vocamus qui gradum aliquem in Theologia, vel iure pontificio conſecuti ſunt) præferendus eſſet in Meldenſis Eccleſiæ præbenda quæ non in altero menſium qui ad Graduatos nominatos ſpectant, vacauerat, ſed in menſe Graduatorum ſimplicium. Licèt enim menſes duo qui Graduatis ſimplicibus deſtinati ſunt, vocari vulgò ſoleant menſes gratificationis, quoniam penes Epiſcopum ſit conferre ei Graduatotum quem gratiorem habuerit, tamen quia compertum eſt alterum litigatorum gradum Bacalaureatus accepiſſe in iure pōtificio, menſe vno duntaxat priuſquàm ei collatio ab Epiſcopo fieret, citráque vllum iuris illius ſtudium, quod ex conſcriptis inter Leonem X. & Franciſc. I. tabulis (concòrdata vulgò dicimus) quinquennale eſſe oportet, atque in hoc vnum vt ſubitaneo illo gradu fraus graduatis fieret ab adoleſcente qui vix dum annum 19. attigerat, qua arte deinceps, ſi toleraretur, ſtudiorum labor ſtudioſis omnibus qui in Academiis conſenuerunt, irritus, per auaras Epiſcoporum ambitiones, fieret, Senatus oſtenſionali illo gradu ſtudij iuſuperhabito, præbendam Datanio, plurium annorum in iuris pontificij ſcientia graduato, viro alioqui benè de literis merito, quíque per annos ſeptem in Academia Pariſ. docuerat, addixit controuerſum beneficium. Rector Academiæ interceſſit in cauſa, Latinóque ſermone dixit pro Datanio, vt in iure quod aduerſus quotidianas Epiſcopotum iniurias tutandum eſſet pro veris ſtudioſis. Aduerſarius, qui cauſa cecidit dicebatur Barreus, filius nēpe Epiſcopalis iudicis cui de publico ſtudioſorū peculio largiri iſtud Epiſcopus voluit. Adiectum etiam eſt de Rhemenſi Academia, ex qua titulus ille quaſi Comicus, ad ſuſtinendam Baccalaurei in theatro iudiciali perſonam, anticîpatus fuerat, probatum nempe admiſſumque à Senatu hucvſque neminem qui teſtimoniales anteceſſorum huiuſcemodi ſcholæ ſeu in iure ciuili, ſeu pontificio literas proferret: Deinde verò quamuis & reliquis huius tegni celebribus Academiis annumeranda eſſet Rhemenſis, anteponendum tamen ſemper fore Datanium ob Academiæ Pariſienſis prærogatiuas, reliquarum, vt in confeſſo eſt, Principis, vt perſpicuè commonſtrauit non ita diu deciſa quæſtio inter Graduatum Pariſ. & Andenſem, vter alteri in conſequendo Archipreſbyteratu Burgolienſi præferendus eſſet. Pariſienſis enim aduerſus Andenſem, tametſi antiquiorem, ſuperior in publicis cauſarum actionibus fuit. Egerunt in cauſa hac, quàm de Meldenſis Eccleſiæ præbenda recenſeo, Pet. Martellerius, Io. Muſigotius, & Iobertus.

Lex 10.

Iubemus nullam nauem, vltra duorum millium modiorum capacem, ante fœlicem embolam, vel publicarum rerum tranſuectionem, aut priuilegio dignitatis, aut religionis intuitu, aut prærogatiua perſonæ, publicis vtilitatibus ſubtractam excuſari poſſe: nec ſi cæleſte contra proferatur oraculum, ſiue annotatio ſit (dicimus, *lettres de cachet*)

ſiue

ſiue diuina Pragmatica Sanctio, prouidentiſſimæ legis regulas excuſare debebit, &c.

Idem omninò textus in l.2. de nauib. non excuſ. lib.11. vbi Cuiacius pauca de ſacta embola. Briſſonius doctiſſimè omnium explanauit. docet enim, inter cætera, embolam dici παρὰ τὸ ἐμβάλλεσθαι ταῖς ναυσὶ τὸν σῖτον, ab iniecto nimirùm, ſeu impoſito nauibus frumento, vt quæ fuerit publicarum ſpecierum, ſeu annonarum tranſuectio delata quotannis ex Ægypto Conſtantinopolim. σιτοπομπίας propterea vocat Iuſtin. in edictis: dixerimus nos Galli, *vne flotte, ou vn enuoy*. Nec abs te etiam appellatur præſtatio fructuum, ſeu rei frumentariæ annua, lib.1. cap.4. de ceſſione in iure. Molinæus ad conſuet. Pariſ. §.30. num.72. ſcripſit fuiſſe Imperialem exercitum ingredientem, vel erumpentem: ſcio & idem rurſus alibi eum ſenſiſſe. Sed condonandum tanto viro, cui in cæteris debetur quicquid ferè ad diſceptationes fori quotidianas comminiſci poſſit humana ingenij ſagacitas: quam gloriam & ab exteris ferè omnibus extorquent vtiliſſima eius opera, quin & ab ipſo Didaco Couarruuia, tanto Hiſpaniarum magiſtratu, variis locis, licèt deceſſiſſe illum non Catholicum Chriſtianum crederet, cum tamen ex fœlici vitæ clauſula quam habuit, depoſitum in ſacra D. Andreæ Pariſ. area teſtentur libitinarij Eccleſiæ illius codices. Praxis denique huius legis eiuſmodi eſt ex Bartolo, aliiſque barbari ſeculi interpretibus vt, vbi de publico agitur, nè naues quidem Eccleſiæ, aut animalia, & vehicula excuſentur. Plura ex Baldo, Salieeto, Paul. Caſtrenſi, & aliis id genus prætermitto, cùm ſint mera ad ſententiam Imperatoris ſomnia, de quibus non immeritò dicere ſolebat Cuiacius, aliud agi ſæpiſſimè quàm quod ipſi agant. Iunge l. ſeq. decîdit enim hoc ipſum in præſtationibus, ſeu angariis terreſtribus aduerſus priuilegiarios quoſlibet.

LEX II.

Neminem ab angariis, vel parangariis, vel plauſtris, vel quolibet munere excuſari præcipimus, cùm, ad fœliciſſimam expeditionem noſtri numinis, omnium prouincialium per loca, quà iter accipimus, debeant ſolita nobis miniſteria exhiberi: licèt ad Eccleſias poſſeſſiones pertineant.

Hodie hæc fiunt maximè vbi agitur de conuehendis ad obſidiones vrbium, exercituſue inſtruendos tormentis æneis, puluere bellico, pilis, globiſque tormentariis, & aliis eiuſmodi impedimentis militaribus, aut etiam de annonis, pabuliſque equorum, & ſimilibus caſtrorum ſubſidiis. Nè autem in angariorum voce hæreas, vide Briſſonium in verbo, Angarias, & Hotomanum in verb. Angarus. Prouidendum tamen eſt, ait Caſſiod. lib. 5. var. epiſt. 10. nè aut exercitus penuria inconſulta fatigetur, aut vaſtationem noſtræ videantur prouinciæ ſuſtinere. primus enim proſperitatis gradus eſt, ſuis non eſſe damnoſum: vt pro quorum compendio laboramus, eorum non videamur afflixiſſe fortunas. Verba Caſſiodori refero, qui & idem perſequitur epiſt. 13. eod. lib. 5. & epiſt. 36. lib. 4. vbi & hæc adiicit: tranſiens noſter exercitus, more fluminis, dum irrigat, opprimit.

NOVELLA FRIDERICI ÆNOBARBI

IMPERATORIS.

Caſſa, & irrita. *Caſſa, & irrita denuntiari per totam Italiam præcipimus omnia ſtatuta, & conſuetudines contra libertates eccleſiæ, eiuſq. perſonas inductas aduerſus canonicas, vel imperiales ſanctiones,*

& ea de capitularibus penitus aboleri mandat noua conſtitutio.

Lara eſt hæc conſtitutio an. 1220. die S. Martini: notauit vnus interpretum. Capitularia intelligenda hic eſſe de libris ſtatutorum aduertit Alciatus. Bartolus libertates eccleſiæ redegit ad priuilegia conceſſa eccleſiis, ſeu eccleſiaſticis perſonis à Papa, vel Principe. Habent autem Galli non modò priuilegia plurima tam ex pragmatica ſanctione S. Ludoici quæ perpaucis capitibus continetur, & pragmatica Caroli VII. quàm ex Concordato Franciſci I. Leoniſque X. ſed iura etiam, atque conſuetudines ex œcumenicis eccleſiæ decretis, prouincialibuſque antiquiſſimas, quas auferri ſibi à curia Romana numquàm paſſi ſunt, niſi in Armorica, quæ ex eo, *patria obedientia*, in hunc diem dicitur: tantóque æſtu certatum ſemper eſt & pro priuilegiis, & pro iuribus Galliæ, vt appellationes tanquàm ab abuſu interiici conſueuerint, ſi quid in contrarium Roma proferat. Dixi longè plura ad l. 2. de ſumma trin. ſuprà.

AVTH.

Ingreſſi monaſteria ipſo ingreſſu ſe, ſuaque dedicant Deo. Nè ergo de his teſtentur, vtpote nec domini rerum.

Hoc ipſum in Græcis monachis tradit Th. Balſamo ad ſynodum 7. can. 17. & cùm legerim non ſemel Io. Fabrum ad vulgatiſſ. hunc textum, reperio morem ſua ætate ſimilem in noſtra Gallia. Maſuerius celebris etiam fori Gallici practicus, qui poſt eum ſcripſit, loquitur in hæc verba, tit. de locato, & iu. emphyt. num. 22. In hoc regno Franciæ, inquit, numquàm fit tacita bonorum dedicatio, citatque Cynum ad hanc auth. idem Chaſſaneus ad conſuet. Burg. rubr. 7. §. vlt. idem Molinæus conſil. 15. ita vt ſi quis rogatus fuerit reſtituere, ſi ſine liberis deceſſerit, conditio illa procul dubio deficiat ſtatim atque votum à rogato eiuſmodi hærede emiſſum eſt, vt longiori ſermone explicatur eod. conſ. 15. tradit tamen idem Faber ad tit. per quas perſonas. § item vobis. in inſtitut. legari poſſe monacho veſtiaria, & alia eiuſmodi quæ ad alendum corpus faciant. Quò & pertinet decíſio Io. Galli q. 62. in fi. & doctrina Innocentii ad cap. inſinuante. ext. qui clerici, vel vouentes. Hoc & cenſet Boërius q. 20. in princip. eum ſcilicèt qui ingreditur monaſterium, poſſe reſeruare bonorum quippiam, etiamſi Benedictinæ, Auguſtinianæue regulæ ſe ſubiiciat, dummodò id permiſſu abbatis fiat, nec per modum pacti. Vſque adeò autem verum eſt religioſos, ipſo monaſterii ingreſſu, ſe, ſuaque Deo non dedicare, vt, traditis etiam poſſeſſionibus intra annum probationis, auferenda eſſe quæ monaſterio donata ſunt, ſtatuerit perpetuis in hunc diem decretis ordo ampliſſimus. Solenne ad eas quæſtiones Senatuſconſultum pronuntiari in purpuris vidimus an. 1612. 7. Septemb. à dom. Virdunio, hodie Senatus Lutiani principe, aduerſus Carthuſianos Lugdunenſes quibus Io. Scarronius, cùm annorum 30. eſſet, atque in præſidali Lugdunenſium conſeſſu iudex, domum, quam ex hæreditate patrui poſſidebat, ipſumque iudicialis ſui muneris pretium donauerat, ſeruato parentibus non modò ædium donatarum vſufructu, ſed & pretii illius, quod ex alienato iudiciali munere redactum eſſet, interuſurio. Omnia in ſpeciem iuuabant Carthuſianos. Donatio enim facta fuerat extra monaſterium in priuati amici ædibus, ſecutaque inſinuatio apud acta tribunalis Lugdunenſis intra tres menſes, pater deinde probauerat: eóque defuncto paulò pòſt per amiſſi filii tædium in quo defigebat ſpem agnationis, mater, vidua cùm eſſet, ratam habuerat donationem anno 1600. locationéſque domus donatæ, atque iudicialis pecuniæ vſuras, per annos octo, perceperat, quibus ita exactis reſcriptum nihilominus à principe aduerſus ratihabitionem impetrat, vt quam ſui non ſatis compos ob amiſſionem filii, feciſſet. Probabilis ergo videbatur Carthuſianorum depulſio, vicerantque apud Lugdunenſes. Sed cùm appellaſſet mater Senatum, ſuperior tandem ipſa euaſit infirmata ſententia, & donatione ex Galliæ moribus, quibus abrogata eſt tam ſeuerè hæc Authentica, vt cap. 28. conſtitutionis Blæſenſis, an. 1579. veti-

tum

tum ſit ingredienti monaſterium auita vlla bona, vel quæ ſint de latere, donare eidem monaſterio, ſeu directa, & aperta donatione id fiat, ſeu obliqua, atque indirecta, vt loquimur. Cauſa autem Senatuſconſulti ea fuit potiſſimùm, vt poſtridie ab ampliſſ. Præſide, qui pronuntiauerat, didici, quòd Carthuſianus ille minùs ex officio egiſſet, exhæredatis nempe parentibus, vt inſtitueretur monaſterium. Rurſus verò cùm in publicis cauſarum actionibus diſceptaſſent Carmelitæ Pariſienſes aduerſus P. Duboys, de mercedibus locationis domus Lutetianæ, quæ ducentarum quinquaginta librarum erant in annos ſingulos, priuatoque cuidam Carmelitæ, nomine, Duboys, legatæ à patre fuerant, an. 1587. ita vt non ſolum ex teſtamento, ſed & ex tranſactione Carmelitam percepiſſe ab eo anno, poſſeſſione ſemper libera, eiuſmodi redituum conſtaret: tolerauit quidem Senatus legatum, vt qui de vſuft. ſolo eſſet, iuſſit verò præſtari eum deinceps non priuato illi Carmelitæ, vt priùs, ſed procuratori monaſterii, diſpenſandum poſteà iuſſu, & arbitrio prioris. Ex quo diſcimus legari poſſe prædii cuiuſlibet vſumfr. Carmelitis, non quidem vt ſingulis, ſed vt vniuerſis, argumento legis, annua. §. 1. ff. de ann. leg. quã & in hoc citauit dom. Bretius, fiſci patronus. Perorabãt Vid. Fauerellus, & Pet. Manguinius an. 1615. 17. Feb. idem verò pronuntiatũ iamdiu in purpuris fuerãt an. 1584. prid. aſſumpt. virginis in legato facto Iacobitæ, ſeu dominicano, vt latius apud Rob. lib. 4. rer. iudic. Chop. lib. 3. tit. 1. de ſac. polit. & lib. 1. monaſt. tit. 1. atque in Loërianis poſtumis. lit. L. num. 8.

Lex 14.

Iubemus. Nulli archiepiſcopo, nulli œconomo, cui res eccleſiaſtica gubernanda mandatur, res immobiles, aut annonas ciuiles, ſub cuiuſcumque alienationis ſpecie, alienare licet, &c. *Ea enim tanquam ipſa ſacroſancta, & religioſa eccleſia, intacta conuenit venerabiliter cuſtodiri: vt ſicut ipſa religionis, & fidei mater perpetua eſt, ita eius patrimonium ſeruetur illæſum. Si quis audaci ſpiritu, & mente ſacrilega, temeranda hæc crediderit, emptor pretium amittat, & munera quæ, eius gratia, data fuerint œconomo, ſiue aliis quibuſcumque perſonis, & fructus etiam totius medii temporis. Item œconomus qui hoc fecerit, aut fieri paſſus eſt, commiſſa ſibi œconomatus adminiſtrationi priuabitur, hæredeſque eius tenebuntur: quin & ipſi tabelliones, qui huiuſmodi contractus vetitos auſi fuerint conſcribere, & iudices qui huiuſcemodi donationum, vel contractuum geſta confecerint,* (glo. id eſt confici mandauerint) *bonorum omnium ſpoliatione damnabuntur. Poteſt tamen ab œconomo certarum poſſeſſionum, atque prædiorum eccleſiæ temporalis vſusfructus præſtari* Iungenda eſt auth. ſeq.

Avth.

Sed hoc ſi debitum vrgeat, nec ex mobilibus ſolui poſſit: nec creditor velit accipere pignori prædia, quorum fructus ſibi reputet tam in ſortem quàm in vſuras vſque ad quartam centeſimæ. Tunc enim ad extremum, ordinator domus (gl. id eſt abbas) *apud eum à quo ordinatur,* (glo. id eſt epiſcopum) *habitis abſque diſpendio geſtis* (glo. id eſt nulla re data tabellioni pro ſcriptura) *iurare debet,* (*maiore parte ibidem ſeruientium conſentiente*) *& debitum exiſtere, nec ex mobilibus*

ſolui poſſe. Quo ſubſecuto per 20. dies rem eccleſiæ venalem eſſe, publicè notum ſit, vt plus offerenti detur, pretio modis omnibus pro debito dando, aliter enim res emptori non conceditur: & hoc inſcribatur, nihil eſſe factum in ea re ad damnum diuinæ domus.

Iſta & nunc ſeruamus niſi in eo quod de œconomis, tabellionibus, iudicibuſque adiicitur, de quibus ſingulis adnotabo quædam infrà. Primùm enim ſubeſſe debet debitum quod vrgeat. Si ſecùs faxit qui cum eccleſia contrahit, nihil agit, nè quidem ſi permutet. Ita didicimus in publicis cauſarum actionibus an. 1608. 6. Iunii, cùm incidiſſet quæſtio de iugeri triente (quartarium terræ dicimus) quem Cœnomanus quidam ex permutatione acceperat à Culturæ (vulgus vocat, *l'abbaye de la Coulture*) longè plurimis monachis vt horto ſuo adiungeret. Dederat enim multò ampliùs, probatumque id quadraginta quinque religioſis ritu antiquo, & ſolito congregatis fuerat, poſſeſſione inſuper annorum ferè quindecim adiecta quæ collocaſſe videbatur in tuto quicquid ambigeretur in poſterum. Lis tamen à religioſo vnico, & ſolo aduerſus poſſeſſorem, quindecim ferè poſt annis inſtituta eſt, vt quod monaſterii erat reſtitueret, appellauitque tanquàm ab abuſu quòd præſcriptæ à iure formulæ defuiſſent, & quòd citra vllius æris alieni moleſtiam alienaſſent religioſi cæteri vetus illud, tametſi modicum, monaſterii patrimonium. Reſciſſa denique permutatio eſt, Girardo, & Germano perorantibus. Alienationes enim rei eccleſiaſticæ omninò prohibitæ ſunt niſi vrgeat neceſſitas, æſtuſque accedat creditorum: quo caſu conuenire oportet canonicos, aut religioſos, in locum ſolitum, & diſpicere quid alienari priùs debeat, mobile, vel immobile: deliberationem hanc, tractatum vocat canon, ſine exceptione. 12. q. 2. Quantum ad mobilia, ſi quædam pretioſa ſint, ſuperflua tamen, nec tam comparata ad officii quotidiani miniſterium, ſuadet lex, ſancimus, cum auth. ſeq. inf. hoc tit. pontificiæque noſtrorum conſtitutiones, quæ non ita diu typis excuſæ ſunt, vt diſtrahantur ea potius, quàm quippiam aliud immobile. Quod ſi ad immobilia deueniendum eſt, delegari, amandarique debent duo, aut plures de conuẽtu eccleſiaſtico, vel monaſtico in diſceptata priuatim loca, & prædia, obſeruaturi quid è re eccleſiæ ſit, vel non, ſi magis hoc, vel illud, quàm aliud quiduis, alienari oporteat. Deinde verò renũtiatione eorũ facta conuentui, vel capitulo, adeundus cõfeſtim iudex, qui mox ad cognitorẽ, ſeu procuratorẽ regium poſtulationem ei oblatam remittat. Ille verò inquiret iterum quid idoneum magis, minuſue damnoſum. Imò & iis qui cautiores fuerint, Senatus, in omni eo negotio, auctor eſt, qui poſtquàm diuendi quod poſtulatur conceſſerit, aut iudex patrius, tunc publicanda eſt paſſim futura alienatio à curionibus, inter Miſſarum ſolennia, per vicinas parœcias, affigendæque proſcriptiones, ac libelli, qui complectantur loca, & prædia quæ alienare conſentiens canonicorum, monachorumue vniuerſitas ſtatuerit. Conſequuntur poſteà auctiones quibus addicatur palam, ac publicè pro tribunali vænale prędium. Nec verò vlla epiſcopi confirmatione, ſeu, vt, loquimur, homologatione opus eſt, niſi epiſcopus ipſe ſit canonicus, & ingrediatur decanica, aut, vt vocant, capitulum. Confirmatio autem procerum ordinis ſemper neceſſaria eſt ſi de monaſterii patrimonio alienare vel particulam velint monachi. Vidimus præſcriptas à prælatis formulas in omnibus rerum ſacrarum alienationibus quæ Carolo IX. ad bellum ciuile, & ſacrum, indultæ à Rom. pontifice fuerant: cauebatur verò ipſis præcipuè nè addiceretur fundi eccleſiaſtici vlla pars ſine aliquo cenſu annuo erga beneficiarium de cuius beneficio fieret addictio: quod quia Priori S. Iulliani, in Lugdunenſi prouincia, ſeruatum non fuiſſet, infirmauit Senatus addictionem, ſolumque id pretium reſtituere Prior damnatus eſt quod in peræquatæ, ſeu, vt loquimur, taxatæ pecuniæ ſolutionem verſum fuiſſet, compenſatione inſuper facta vſurarum, ac fructuum. Agebam pro priore appellante aduerſus I. Caponium, Lugdunenſem, cui Fr. Alemanus aderat an. 1600. 21. Ianuar. in maiore auditorio.

His ita diſcuſſis ex vſu Gallico, cùm nec ſolennitatis huius Authenticæ habeatur ferè vlla ratio noſtris moribus, quod nec prætermiſit Pet. Rebuſus in prœmio conſtitutionum, glo. 5. num. 26. & in compendio alienationis eccleſiaſticæ, notanda primùm eſt gloſſa canonis, ſine exceptione 12. q. 2. quæ vult alienationem rei ſacræ eſſe nullam, ſi

Digitized by Google

lam, ſi forma deſit, quicquid in cætero cõſentiant clerici quorum intereſt. Scripſit Molinæus ad eum canonem, iudicari ſemper ex gloſſæ illius ſententia in Senatu, quod & nos perpetuò vidimus: nec vlla conſuetudo, quæ aduerſetur canoni, ſeruanda eſt, ſi ex ea damnum capiat eccleſia: verba ipſa ſunt Panormitani ad cap. nulli. de reb. eccleſ. non alien. nulloque tempore excuſatur eiuſmodi ſolennitatum defectus, ait Chaſſaneus ad conſuetudin. Burgund. rubr. 9. §. 9. in conſilio Rolini commendatarii S. Martini Auguſtodun. vſque ad finem 5. vbi de his plura. Chopinus lib. 3. tit. 6. 7. & 8. de ſacra polit. abundè explicat ex quibus cauſis res eccleſiæ alienare liceat, vel non. Vidus autem papa q. 592. accuratiùs quàm cæteri enumerat modos quibus tutæ emptiones illæ ſint: primus eſt ob neceſſitatem. 2. ob pietatem. 3. ob redemptiones captiuorum, & alendos pauperes. 4. ob commoditatem, ſi fortè res ſit ſterilis. 5. ob vtilitatem, ſi meliora proſpiciat. In quo tamen, inquit, alienare debet epiſcopus cum conſenſu totius capituli, vel partis maioris: quod ſi ſint terrulæ, & viticulæ, ſolus epiſcopus alienare poteſt ſine fratrum ſuorum conſenſu, dummodò tamen expoſcat neceſſitas, qua ceſſante, nè quidem & iſta alienari poſſunt ab epiſcopo ſine conſenſu capituli: ſpectandam autem imprimis conſuetudinem, modumque vtendi ſubiicit, atque opus eſſe probatione clariſſima qua conſtet de conuerſo in vtilitatem eccleſiæ pretio. In quo & monet Chopinus lib. 3. tit. 8. de ſac. polit. quem citaui ſuprà, iudici inquirendum priùs eſſe de qualitate, & æſtimatione fundi eccleſiaſtici vænalis, quàm ad eius publicationem progrediatur. vetitum enim codicillis pontificiis, edictiſq; recentioribus, nè inſigniora primùm eccleſiæ latifundia, etiam ob neceſſitatem, væneant, ſed viliora, minuſque commoda, vt latiùs eodem titulo perſequitur.

Ad eam partem legis quæ eſt *de œconomis eccleſiæ.*

Vt œconomi propriè ſunt diſpenſatores facultatum eccleſiæ, ita & ab naſcentis illius, diteſcentiſque initio, inſtitutos, præfectóſque fuiſſe ex ordine eccleſiaſtico, cleróque proprio, nè videlicet decoqueretur quicquàm, alióue traduceretur, planũ fit non modò ex hoc textu, ſed ex Græcis etiam ſcriptoribus plurimis. Verba enim Balſamonis hæc ſunt: ἔχει τῶν ἐκκλησιαστικῶν κτημάτων τὴν διοίκησιν ὁ μέγας οἰκονόμος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας. *Adminiſtrat*, inquit, *bona magnæ eccleſiæ, putà Conſtantinopolitanæ, magnus œconomus.* Addit Curopalates, καὶ οἰκονομεῖ τοῦ ἀρχιερέως, καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ. Id eſt, *diſpenſat omnia patriarchæ, & eccleſiæ.* Honoratiſſimus verò totius illius eccleſiæ cùm eſſet, τιμιώτατον enim μεγάλης τῆς ἐκκλησίας vocat Malaxus in hiſtor. patriarchar. vendicarunt tandem patriarchæ, ſanciente ita Iſaacio Comneno Imperatore, quicquid poteſtatis, dignitatiſque illius fuerat, vt diſcimus ex Zonara in Iſaacio Comn. ſubiectique deinceps fuere epiſcopis œconomi, vt conſtat ex concilio Chalcedonenſi, can. 8. ita vt nihil agere poſſet œconomus in adminiſtrandis rebus eccleſiæ niſi cum arbitrio epiſcopi, vt ſtatuitur eod. concilio Chalced. can. 26. quod meminit Gratianus can. quoniam. diſt. 89. & can. quoniam. 16. q. 7. Vetat autem Greg. magn. in regiſtro, epiſt. 66. lib. 7. nè in poſterum ſecularibus viris committantur bona eccleſiaſtica, ſed bonis clericis: ſunt eius verba. Perpetuaque cùm ſit illa prohibitio ex Græcis, Latiniſque conciliis, nempe Calchedonenſi, quod citaui ſuprà, Nicæno ſecundo, al. ſynodo ſeptima, in can. 11. & 12. vbi & videndus Balſamo: Toletano 4. can. 47. Hiſpalenſi 2. can. 9. Colonienſi 4. can. 12. Pariſienſi 3. lib. 1. can. 15. Alia tamen longè hodie eſt ætas, aliiq; mores, quibus ita cõſenſit Tridentinum cõcilium, vt can. 16. ſeſſ. 24. de reditus epiſcopalis œconomis ſtatuat, non quidem viuo epiſcopo, ſed ſi deceſſerit, & tunc cum ſedes vacat, vt nimirùm eo ſolo caſu œconomus vnus, vel plures, decernantur à capitulo. At nec in eo etiam ſeruamus omninò concilium Tridentinum. Tunc enim regia illa eſt adminiſtratio, iuſque planè, ac abſolutè regium in noſtra Gallia, ita vt ſtatim atque ſedes vacare incipit, conferantur beneficia à Principe, vice epiſcopi. Intercalares autem patrimonii epiſcopalis reditus relinquuntur ſacelli palatii Pariſienſis clericis, donec ſacramentum fidelitatis præſtetur à nouo epiſcopo, manumq; ſuſtulerint ratiociniorum regiorum magiſtri: ita quotidiano ex vſu: diutiſſimumque eſſet ſacelli illius palatini

collegium, niſi fucum ei porentiores facerenr, vt qui maximos ferè ſempet epiſcopatus, archiepiſcopatuſque à Principe impetrenr, ac ius regium, aut, vt vocant, Regaliæ donum, donec, accepto diplomate pontificio, & iureiurando præſtito, manuque, quam dixi, ſublata à tegii patrimonii arbitris, veri ſinr epiſcopi. Arcent verò, & amoliuntur inrereà, quantum in illis eſt, œconomos, qui ſæpè nihilominùs dantur vacanti eccleſiæ, ac prouentus omnes percipiunt, ſtatuque, qui anre epiſcopi alterius obitum fuit, ſic inuiolabili, ac immoto, vt nè mutare quidem colonos priores liceat. Et quamuis nonnulli auſi iſtud fuerint, coërcuit tamen eorum auaritiam, ſeu magis τὴν πλεονεξίαν ordo ampliſſimus an. 1568. prid. Id. Sextiles, Vulcotio, & dom. Briſſonio, tunc cauſarum communium patrono, dicenribus. Notandum autem eſt, non licere œconomis locare vllos fundorum epiſcopalium reditus niſi in annum: ira Senatus an. 1597. 7. Auguſt. Martino, & Monſtrolio perorantibus: additumque eſt vt qui ad epiſcopatum Antiſiodorenſem, de quo diſceptabatur, nominatus à Rege fuerat, acciperet, intra ſex menſes, teſcriptum pontificium: aliâs, & niſi parerecur, erogandos eſſe fructus pauperibus. Obſeruarur prætereà quotidie numquàm admitti œconomos ad cauſas agendas eo nomine, ſed vel eccleſiarum, abbatiarúmue collegia, aur procuratorem regium: & quoties tentatum hoc in maiore auditorio, toties & reiectum à dom. Harlæo, hodieque à dom. Vırdunio, præſ. max. vidimus. Diſpenſatores enini ſunt tantummodò, animaduerſumque eſt plures qui nominati eſſent ad epiſcopatus à Principe, vti per longos annos œconomorum miniſterio, ac viduatas intereà paſtoribus eccleſias, neglecto tamdiu pontificis Romani imperio. Iſta de œconomis temporalibus. Oeconomos enim ſpirituales quamuis aliquandò conceſſerint Romani pontifices, vt in cap. auaritiæ. quod & Gtegorii IX. de elect. in 6. & in cap. eccleſiæ. de ſuppl. negl. prælat. eod. ſexto, quæ eriam eſt doctrina Innocentii ad cap. examinata. de iudic. Numquàm tamen admiſir Gallia, niſi cum intetceſſerunr cum pontificibus diſſidia publica: quod ſub Car. VI. nuperque ſub Herr. III. & IV. Tunc enim geſſerunt ſe adeò pro epiſcopis œconomi, vr, ſi ſacerdotes forent, poteſtas eis non quidem à Senatu, ſed à conſilii magni iudicibus facta ſit conferendi omnibus, qui à Rege nominarentur, beneficia, officia, & dignitates vacaturas in vacuis archiepiſcopatibus, epiſcopatibus, monaſteriis, prioratibus, & aliis quibuſlibet electiuis beneficiis quorum regia eſſet nominatio: ita Cæſaroduni Turonum an. 1590. 5. Septembr. vide cætera de œconomis apud Chopin. lib. 3. tit. 3. de ſac. polit. ex vario vſu tam veterum, quàm eo qui & apud nos, & apud exteros hodie obtinet.

Differre eos à Vicedominis in eo vult Speculator, tit. de œconomo, quòd Vicedominus præſit rebus epiſcopalibus, citatque in id canonem, volumus, & can. ſeq. 89. diſt. atque can. ſaluator. 1. q. 3. circa medium, qui textus ſunt expreſſiſſimi. Secundas enim partes eccleſiaſticæ adminiſtrationis ſub epiſcopo agebat: dignitaſque ea in hunc diem apud nos ſupereſt, vſu deſito. Vocant vulgò, *Vidame*. Vide rurſus Speculator. tit. de Vicedomino, Cuiacium ad lib. 1. tit. 2. de feud. Steph. Paſquierium, in Gallicis originibus, Chop. lib. 1. tit. 5. cap. 48. num. 5. ad conſuet. Andenſ. Pet. Pithæum in gloſſar. ad capirul. Car. magni, in verb. Vicedominus. atque in tractaru de Comitibus Campanis, & Btigienſibus, lib, 1. & Car. Loyſeau, rractatu *dés ſeigneuries*, cap. 7. Audiui ſæpiùs quatuor tantùm Vicedominos ſupereſſe in Gallia, Carnutenſem, Ambianenſem, Cœnomanenſem, & Gerbtoicenſem. Alii & fuerunt defenſores eccleſiæ modò aduerſus potentiores, modò etiam aduerſus quoſcumque litigatores, ita vt in quocumque monaſterii ſui negotio adeſſent apud iudices: vocabanturque proptereà aduocati, vernaculo noſtro, *auoüez*, &, *voüez*, feudaque eiuſmodi eccleſiaſtica, Aduocatiæ, quas & hodie dicimus, *auoüeries*, &, *voüeries*. Singularis de his eſt canon 70. ſynodi Carthag. latéque Chop. lib. 1. rit. 7. num. 8. de ſac. polit. ac Pet. Pithæus libello, quem citaui ſuprà, de Comitibus Campan. & Brig. De priſco autem profanorum abbatum in monaſteriis dominatu ex conceſſione ipſa principum, præclarè Cuiacius, ad lib. 1. tit. 1. de feud. ex Aymoino, aliíſque chronographis Gallicis.

Annonas ciuiles.

Sunt

Sunt propriè reditus quos dicimus, *rentes en bled*, licèt generaliter pro reditu omni annuo accipi ſoleant. Vide, pro iuſto commentario, Molinæum ad conſuet. Pariſ. §. 57. & 58. Ibi enim latiſſimè de omni genere redituum quos vulgò appellamus, *rentes conſtituées, & volantes, rentes foncieres, rentes en aſſiette, & antichreſes.* Longus ſatis titulus eſt in Cod. Theod. de annonis ciuicis, & pane gradili. De quo Turnebus lib. 26. cap. 34. aduerſarior. in hæc verba: *Panem eum gradilem fuiſſe interpretor qui in gradili templo genii publici viritim diuidebatur. Vt enim voluerunt forum eſſe aliquem publicum, ſic nõ tãtùm cuique priuatim ſuum attributum putauerunt genium: verùm etiam populo, quem genium publicum vocauerunt*: citátque in id duo loca ſingularia Ammiani, alterum ex lib. 20. alterum ex lib. 23. ſed reuera depreſſit longè altiùs aratrum Cuiacius quem vide ad l. 1. de conditis in publicis horreis lib. 10. Cod. dixerimus hodie panes eiuſcemodi gradiles, *aulmoſnes publiques.*

Ita eius patrimonium ſeruetur illæſum.

Cenſet Io. Faber ad auth. hoc ius porrectum. epiſcopum, vel abbatem qui ſuos ditat, vel bona eccleſiæ ad vſus profanos applicat, ſimilem eſſe Iudæ qui loculos de bonis domini ſuos faciebat. Mera illius verba refero. Gloſſa pragmaticæ ſanctionis, tit. de annatis. §. item quod ſi in eccleſia. in verbo, acquiſitos. ſcribit, licèt generalis ſit conſuetudo in hoc regno, vt fructus eccleſiaſtici acquiſiti tranſmittantur ad hæredes, tamen Hoſtienſem non credere generalem conſuetudinem tutari clericos, quin, animaduerſionis diuinæ Rei ſint, ſi, cùm moriuntur, prouentus omnes quos habuerunt ab eccleſia donauerint, vel reliquerint conſanguineis diuitibus. Minatur enim dominus cum ait, Oſee, 4. peccata populi mei comedunt. Plura in hoc Proſper Aquitanicus lib. 1. de contemplatione vitæ. D. Ambroſ. lib. 1. offic. cap. 30. Saluian. lib. 1. ad eccleſ. cathol. apud canones Apoſtol. can. 76. & in capitular. Car. mag. lib. 1. cap. 156. conuenientiſſimum autem eſt euerſo huic noſtro ſeculo quod D. Hieronymus in Sophoniam prophetam, cap. 3. Comparat enim iſtiuſmodi diſpenſatores lupis Arabiæ. Vertunt, inquit, in lucrũ ſuum quæ in donaria Dei conferuntur, nec habent pauperes quod manè comedant. Indulgetur deniq; hoc vnum ex concilio Toletano 2. & ab Alexandro III. in cap. relatum. 2. de teſtament. vt remunerentur ſeruos non effuſè, ſed habita ratione miniſterii, ac meriti. Perſequor cætera ad auth. quibuſcumque. inf. hoc tit.

Emptor pretium amittat, & munera quæ, eius rei gratia, data fuerint œconomo.

Molinæus ad Alexandrum lib. 3. conſil. 4. Seruamus, ait, omninò pretium reſtituendum, ſi contractum fuerit cum habente legitimam adminiſtrationem. Tamen vide quæ adieci ad l. ſi quis domum. loc. & ad l. 5. §. ſi ei quem. de inſtitot. ff. ad quem §. applicui paulò fuſiùs quæſtionem de arrhis, & muneribus quæ dantur, emptionum, locationumue rei eccleſiaſticæ nomine. Vulgò dicunt noſtri, *deniers à Dieu, & pots de vin.*

Ad eam partem eiuſdem legis, quæ eſt *de Tabellionibus, & Iudicibus.*

Nihil hodie in caput Tabellionum, niſi vbi de falſo agitur. Nihil & ferè in iudices, niſi arguatur ſordium frequentiſſima in iudiciis vilitas. Tamen vt in obtinendis beneficiis eccleſiaſticis, eatur & falſo, & fraudibus, quà fieri poſſit, obuiam, notandum hîc obiter, atque in tranſcurſu, veritum eſſe ſenatoriis, magnique conſilii pluribus decretis nè quis deinceps fungatur vnà, ac ſimul trapezitæ, tabellioniſq;, ſeu notarii Apoſtolici ſociato munere. Eóq; nunc iure vtimur ad religionem maiorem conſtitutionis anni 1550. latæ aduerſus fraudes in reſignationibus beneficiorum per breuiſſimam dierum mutationem fieri ſolitas: *paruas datas* dicimus.

AVTH.

Multò magis prohibetur ipſius monaſterii alienatio qua redeat in antiquum ſtatum, & ſecularem vſum.

Rectè Paul. Caſtr. cùm ait eò pertinere hanc Auth. vt dicamus: ſi priuilegia quæ bonis eccleſiaſticis, nè alienentur, dari intelligenda ſunt propter eccleſiam, multò ergo magis prohibetur alienari ipſamet eccleſia. Quod autem vult Faber epiſcopum cum capitulo poſſe mutare locum religioſum in ſæcularem, ſi non reperiantur religioſi, & econtrà: hoc hodie ſolus Romanus pontifex, cui tamen & in hoc obrepitur ſæpiſſimè per trapezitarum cuiuſque prouinciæ redemptam operam: perque fraudes varias de quibus fuſas incaſſum querelas plurimas vidimus. Obſeruandus verò & hîc titulus libri tertii decretal. de ſta. monachorum, & canonicorum regularium. Canonicus enim, & regularis cùm ſint ζωπάλιγα, vſu tamen ita differunt, vt canonicus ſimplex ille ſit, qui nunquàm fuit obnoxius regulæ monaſticæ: ſed canonicus regularis eſt qui à regula monaſtica tranſiit ad ſecularem: eiuſmodi ſunt canonici S. Martini Turonenſis, Canonici Lucionenſes, & Maleacenſes in Pictauia, Canonici S. Mauri, prope Lutetiam, & alii plurimi. De feudo etiam eccleſiaſtico, quòd, cùm alienatum fuerit, redit poſtcà ad eccleſiam, quatenus videlicèt feudales omnes notas, naturamque feudalis ſecularis exuerit, nec nè, dixi ad l. ſi vnus. §. quod & in ſpecie. de pact. ff. vide etiam Chopin. lib. 3. tit. 6. num. 20. de ſac. polit.

AVTH.

Quibuſcumque Interdicitur œconomo, eiuſque cognatis res eccleſiæ accipere.

Gloſſa celebrat hunc textum in prælatos, qui præuaricantur aduerſus eccleſiam vt ex eius bonis conſanguineos ditent, opibuſque non ſuis augeant. Fruſtrà ad eiuſmodi alienationes conueſtitus inuolucris pùblicis dolus eſt: affluunt enim artes plus ſatis, vt eadem gloſſa perſequitur: latéque hoc Rebuſus in compendio alienationis rerum eccleſiaſticarum, ad can. ſine exceptione. 12. q. 2. Inſtar verò omnium Th. Balſamo ad ſynodum 7. al. ſecundam Nicænam, can. 12. vbi multa in id notatu digniſſima. Vide & ad l. iubemus. in verbis. ita eius patrimonium. ſup. hoc tit. Bartolus excipit, niſi cognati illi ſint pauperes, quibus tamen nihil aliud concedendum putat præter emphyteuſim, feudumque perpetuum. Patrimonia enim pauperum facultates ſunt eccleſiarum: & ſacrilega eis cupiditate ſurripitur quicquid ſibi miniſtri, & diſpēſatores, non vtique domini, vel poſſeſſores vltra victum accipiunt & veſtitum, ait D. Bernard. de contemptu mundi ad clericos. Præclarè hoc ipſum Ambroſ. lib. 1. offic. cap. 30. Excipit etiam Baldus, niſi agatur de collato, vel eiurato, aut reſignato, vt loquimur, beneficio eccleſiaſtico. In quo ſingularem reperies epiſtolam 22. D. Hieronymi ad Heliodorum, lib. 2. vbi & hoc probat, dummodò conſanguineus mereatur, vt Nepotianus ille Heliodori epiſcopi nepos ex ſorore, de quo ſcribit epitaphium.

AVTH.

Si quas ruinas habeant diuinæ domus, quas reædificare non valeant, hæ in emphyteuſim dentur perpetuam: emphyteuta vſuro materia depoſita domus, vel habitationis: vt penſio diminuatur in tertiam partem ab ea quæ, ſtantibus adhuc ædificiis, colligebatur: aut priuatus ædificante eo, ex adiectis illi per æſtimationem penſionibus, medietas detur religioſæ domui.

Pro

Pro commentario vide Chopin. lib. 3. tit. 7. de ſac. polit. docet quidem Vidus Pap. q. 149. 156. & 157. res Eccleſiæ poſſe alienari à priuato, nec ſeruatis ad plenum formulis, ſi ſint minus vtiles, & incultæ, pluſque incommodi afferant quàm commodi, aut ſi ſint maioris ſumptus quàm reditus, dummodò tamen tractatus habeatur cum cõſenſu capituli iuxta canonem, ſine exceptione. 12. q. 2. ſeruanda ſunt tamen ex vſu Gallico quæ adieci fusè ſatis ad l. iubemus. ſup. hoc tit. diſceptatum eſt in maiore auditorio vtrùm capitulum Eccleſiæ Tullenſis in Lotharingia, cogi poſſit conferre, pro modo emolumenti, ad inſtaurationem tectorum, concamerationum, ſeu fornicum fani illius cuius cauſa percipiebãt decimas: cogi autem poſſe cenſuit Senatus, an. 1604. 18. Maij, Dagueſio, & Marcheſio patrocinantibus. Perſtringo hæc, quia longè plurima reperies in Loëtianis poſtumis, ad lit. O. num. 6. & lit. R. num. 50. vbi & multa Brodæus. vide & act. 1. dom. Bretij, cùm fiſci cauſas ageret in ſubſidiorum curia.

AVTH.

Sed & permutare principi licet pro re maiori, vel æquali, ſi reſpublica, (id eſt, Cæſar) *hoc expoſcit, pragmatica forma ſuper hoc procedente.*

Hanc Auth. citat Bacquetius cap. 3. de iuſt. & iu. in hoc, *que l'alienation du domaine du Roy ne ſe peut faire ſans lettres patentes verifiées en Parlement.* Seruauit verò hoc ipſum Catharina Medicea, Regum Franciſci II. Caroli IX. & Herrici III. Mater, cùm regnante Carolo filio, ingens illud palatium, quod hodie eſt Illuſtriſſ. Sueſſonij Comitis, in puellarum Pœnitentium monaſterio, condidit, tranſlatis illis in Maglorianum aliud in quo & hodie circumcluſæ ſunt.

AVTH.

Qui rem conductam, vel in emphyteuſim acceptam fecerit deteriorem, aut emphyteuticum canonem per biennium non ſoluerit, repelli poteſt, & ſoluere tenetur totius temporis penſionem, atque id reſarcire in quo Eccleſiam læſit: nec repetere poteſt ſi quid impendit nomine meliorationis.

Obſeruabitur primùm amitti non poſſe emphyteuſim ex decreto bonorum emphyteutæ. Ita placuit an. 1612. 14. Mart. pro Eccleſia S. Aniani, Aurelianenſ. Feronius agebat. Tiraquellus deinde §. 1. glo. 14. num. 84. de retractu, docet retractui locum non eſſe in emphyteuſi, ſeu locatione perpetua. Neque enim ad eum qui poſſidet, neque ad genrem res vnquam pertinuit. Tertiò, quod adijcitur in textu, expelli poſſe emphyteutam qui malè verſatur, hoc intellige ſi modò admonitus nõ deſtiterit. Tunc enim ſententia declaratoria rantummodò opus eſt: eòque temperamento admittimus legem 2. inf. de iu. emphyteut. Notandum etiam ex Loëtianis poſthumis ad lit. E. num. 11. emphyteutam, finita emphyteuſi, non teneri ſarta tecta præſtare ædificia quæ, gratuita impenſa, cirràq; obligationem, extruxerit. Repetere autem non poteſt quod in extructionem impenſum eſt, ſi ſciens, prùdenſque, & contra leges dictas inſtrumẽto emphyteutico, in re aliena ædificauerit, maximè vt ex ampliatis ædibus præcluſus perpetuò eſſet reditus dominis ob teſtituendæ pecuniæ inopiam. Imò nec deponere tunc licet ædificia, materiamque, tigna, lapides, & cætera quibus conſtent, exportare, præſertim in oppidis. Hoc enim ita obtinuerunt Paſſiani Eccleſiæ Geruaſianæ preſbyteri an. 1597. 2. Mart. contra Fraguerij cuiuſdam Pharmacopolæ Pariſ. hæredes qui, annis plus minus ſexaginta ante finitam emphyteuſim, pretioſum in via mortelleria ædificium à fundamentis ipſis excitauerat. his in ambientes lapides ferè paſſim inciſis, *c'eſt mon plaiſir.* Cauſæ interfui, peritaſeſque præcipuas recenſeo, quas dom. Loëtius, qui nondum deauratæ decuriæ auditorium maius è quinta conſcendebat, prætermiſit

lit. E. num. 10. perorabant dom. Iſac. Arnaldus, hodie conſiſtorianus Comes, Egid. Molinæus, & Cl. Duretus. Alia quædam in hoc ipſum recenſeo ad l. Senatus. ff. de contr. empt.

LEX 16.

Decernimus. *Quæ innouata ſunt tempore tyrannidis contra venerabiles Eccleſias, quarum ſacerdotium gerit Epiſcopus patriarcha noſtræ pietatis,* (id eſt, Conſtantinopolitanus) *pater Acatius, & contra reliquas, necnon earum antiſtites, debent reſcindi.*

Referri huc poſſit quod de aduocatis, ſeu defenſoribus monaſteriorum, cæterarumque Eccleſiarũ dixi ſuprà ad l. iubemus. vbi ago de œconomis. Cùm enim Eccleſiæ, maximè verò monaſteria opprimerentur à tyrannis plurimis, aduocabant in ſuam opem, & auxilium potentiorem aliquem, ſub cuius tutela & manu quieſcebant, præſtitis quibuſdam iuribus, ac prerogatiuis in recognitionem protectionis, atque adeò in modum feudi. Sic dicebatur *l'auoué de Theroane, de Tournay, de Bethune,* &c. feudáque ipſa, dicebantur, *auoüeries.* Multa fit de his mentio in capitularibus Caroli Magni. vide & lib. 2. cap. 28. *du grand Couſtumier de France,* & ibi ſcholiaſten. Eò ſpectat quod de Hugone Capeto legitur. Abbatem enim S. Martini Turonenſis, id eſt protectorem fuiſſe eum conſtat, cùm regni Francici diadema, ſuffragio, & ope nobilium, apud Nouiomum ſortitus eſt. Citaui locum Cuiacij ſupra in fine tractatus de œconomis. Singularis ergo hic textus, vt nulla admittatur præſcriptio quamdiu, per dominãtis alicuius imperium, ac tyrannidem, agi non poteſt, vt in tit. de infirmandis his quæ ſub tyrannis geſta ſunt, Cod. Th. & in glo. pragm. ſanctionis, in verb. hoſtilitatis tempore. de pacific. poſſ. ſic & eximendum eſſe tempus prælati, qui bona Eccleſiæ ſuæ diripit, docent Alexander lib. 3. conſil. 9. ac Molinæus in notis ad illud conſilium. Atque vt agamus præiudiciis, Vid. Papa q. 150. tradit concluſum fuiſſe in Curia Delphin. vt præſcriptio contra Eccleſiam non incipiat à tempore Prælati malè alienantis: ſed tantùm à tempore ſucceſſoris, ſubducendumq́; eſſe totum illud tempus quo decoctor Prælatus beneficio incubuit. Hoc ipſum Matth. Affl. deciſ. 77. in Neapolitano conſilio. Hoc verò etiam iudicauit Senatus Pariſ. an. 1594. 17. Sept. ſecundum religioſos de Leſpau, in quinta claſſe Inquiſitionum, tam ex hac l. quàm ex can. ſi ſacerdotes, 16. q. 3. dom. Loëtius refert iudicium ad lit. P. num. 1. eóque perpetuo iure vtimur.

LEX 19.

Illud. *Donationes ſuper piis cauſis factæ vſque ad 500. ſolidos, etiamſi intimatæ, ſeu inſinuatæ non fuerint, conualeſcunt.*

Aliud ſeruamus ex conſtitutione Molinenſi, cap. 58. vbi dicitur irritas eſſe donationes, quæcumque illæ ſint, & cuiuſcumque rei factæ ſint, niſi intra 4. menſes ſubſequatur inſinuatio. Dubitabatur de Eccleſia, vt cuius mentionem non faciat conſtitutio: pronuntiatum verò eſt in purpuris an. 1598. 23. Decemb. ad ferias natalitias, comprehendi & Eccleſiam. Agebatur de donatione facta inter viuos Eccleſiæ Andenſi, citatuſque eſt Decius conſil. 35. vbi decidit, etiam in cauſa Eccleſiæ, adeò neceſſariam eſſe acceptionem, vt ſine ea conualeſcere non poſſit donatio, quicquid dicat Paulus Caſtr. ad l. decernimus, num. 3. ſup. hoc tit. relicta nimirum, ſeu donata Eccleſiæ, vel pauperibus iccirco non egere acceptatione, quia cùm Deo donata intelligantur, Deus vbique eſt, debetq́ue eius præſentia replere acceptantis prælati, vel adminiſtratoris abſentiam, vt in ſimili de eremodicio ait lex, properandum. §. cùm autem, de iudic. inf. Bacquetius tit. de iuſt. & iu. cap. 21. num. 375. tradit aliud iudicatum fuiſſe an. 1592. pen. Ianuarij, in eadem prorſus ſpecie donationis inter viuos factæ Turnonenſi Xenodochio, nec inſinuatæ, citatq́ue hanc ipſam legem, illud. Sed vide apud dom.

Loëtium

Loëtium in lit. D. num. 3. quibus rationibus, quibuſque regulis, ratis & certis fulciat illud ipſum Senatuſconſultum purpureum quod recenſeo. Oſtendit enim primum ex facto donationem illam caruiſſe decreto, & homologatione: (verbum ὑπαλλάξας retineo,) Homologationem autem, quæ, in profanis, inſinuatio eſt, adeò eſſe neceſſariam, vt ea ſola formam induat donationi, ſeu dotationi, vel, vt loquimur, fundationi. Reuocata igitur fuerat illa donatio antequàm homologata, ſeu inſinuata fuiſſet, & tamen exactis à reuocatione facta annis 24. impetrauerat clericus in curia Romana beneficium. Difficillima autem fuit quæſtio ob Imperatoriam hanc conſtitutionem, atque, vt veriſimile eſt, ob areſtum illud anni 1592. ita vt duplicem Senatum habuerit, quod teſtatur idem Loëtius.

LEX 21.

Sancimus. Excepta cauſa captiuitatis, & famis, alienare non licet, nec pignori obligare ſacratiſſima, atque arcana vaſa, cæteraq; donaria quæ ad diuinam religionem neceſſaria ſunt. Iunge Auth. ſeq.

AVTH.

Præterea ſi habeat Eccleſia ſuperflua vaſa, cùm debitrix ſit, nec aliunde ſoluere poſſit.

Fuſiſſimè dixi ad l. iubemus. ſup. hoc tit. vbi ago de cauſis alienationis bonorum Eccleſiæ. Locus verò celebris in hoc ipſum, & quem omitti nefas, vt loco idoneo, eſt apud D. Ambroſium, lib. 2. offic. cap. 28. ornatus, inquit, ſacramentorum, redemptio captiuorum eſt. Et verè illa ſunt pretioſa vaſa quæ redimunt animas à morte. Ille verus eſt theſaurus domini qui operatur quod ſanguis eius operatus eſt. Tunc vas dominici ſanguinis agnoſco cū in vtroq; video redemptionē, vt calix ab hoſte redimat quos ſanguis à peccato redemit. Sic Ambroſ. Vide etiam Chopi. li. 2. tit. 14. nu. 2. & paſſim, de domanio. Habeo penes me typis excuſas leges præfinitæ alienationis rerum Eccleſiæ quæ Herrico III. à ſummo Pontifice conceſſa eſt an. 1587. exſcribo partem ex illis neceſſariam ad l. ſi quis ſepulchrum. §. vlt. ff. de relig. & ſumpt. fu. quam vide.

LEX PENVLT.

Sancimus, Si quis decurio, vel curialis donet aliquid vel donatione inter viuos, vel teſtamento Eccleſiæ, vel xenoni, vel monaſterio, à lucratiuorum inſcriptionibus liberum eſt, & immune, neque curia quartam detrahit.

Baldus vno verbo, Eccleſiæ lucratiuam deſcriptionem non ſoluunt. Ratio eſt in textu: *Cur enim*, ait, *non faciamus diſcrimen inter res diuinas & humanas? & quare non competens prærogatiua cæleſti fauori conſeruetur?* Hactenus verba huius legis penult. ex qua magnum argumentum eſt ad ius manus mortuæ, ſeu admortiſſamentum, vt loquimur, id eſt ius conceſſum à principe clericis, vt poſſidere poſſint in hoc regno prædia. Aliâs enim poſſidere illis non licet, quicquid ſtatuatur in cap. 1. de immunit. Eccleſ. latiùs hæc in libello Egid. magiſtri, maximi quondam curiæ noſtræ Præſidis, cui titulum fecit, *des amortiſſemens*, & apud Chopinum lib. 1. tit. 1. cap. 37. ad conſuet. Andenſem. Docet prætereà ipſemet Chopin. lib. 1. tit. 3. num. 10. ad conſuet. Pariſ. collegia Eccleſiaſtica ideò vocari manus mortuas (dicimus, *gens de main-morte*) *pource que leur main comme morte, ne peut prendre, ny rendre ſans l'auctorité du Roy qui amortit: ny pareillement rendre, ou quitter ſans l'auctorité du ſuperieur Eccleſiaſtique.* Ita Chopin. vel vt loquitur idem Magiſter, cap. 1. libelli quem citaui ſuprà, appellantur eo nomine apud nos

Digitized by Google

eiuſcemodi vniuerſitates, & collegia, *pource que iamais elles ne meurent, & les heritages ne changent iamais de main.* Itaque cùm maioribus noſtris placuiſſet Eccleſias eſſe oportere fundorum incapaces in Gallia, fuiſſentque aliquamdiu, prærogatiua iſta cœleſti fauori conſeruata eſt vt poſſederint tandem omni iure, ac libero, impetrata tamen ſemper poſſidendi à principe venia, atque perſoluto indemnitatis iure patronis feudalibus quod vt varium hinc illinc reperio ex legibus prouincialibus, ſeu quoad feudalia, militariaque prædia, ſeu quoad paganica, & plebeia, rotaria, vt loquimur, vide omninò Raguellum in indice, & Bacq. tractatu, *du droict de nouueaux acqueſts.* Quinimò vt iura feudalia in tuto ſint Principi, patroniſque, ſeu dominis feudalibus, cautum eſt variis prouinciarum conſuetudinibus de homine exhibendo à clericis cuius morte præſtari debeat hominium, vocatur vulgò, *homme viuant & mourant*: placuit in eo vicarij vocabulum Aurelianenſibus, ac Blæſenſibus, vt videre eſt art. 44. Bleſ. conſuet. & 99. conſuet. veter. Aurel. excipit Bacquetius, *ſil n'y a amortiſſement fait en particulier, ou en general*: vide apud eum plura tractatu, de iure manus mortuæ, cap. 50. digitum enim intendo duntaxat ad fontes. Prohibitoria autem icirco fuerunt aduerſus ſacras poſſeſſiones edicta, nè proceſſu temporum omnia ſua facerent Eccleſiaſtici, atque ita cæteri Francicæ ditionis incolæ ſenſim, & ſine ſenſu, quaſi extorres, nullarumque poſſeſſionum domini fierent. Pauca hæc è multis quæ apud Chopin. lib. 1. tit. 13. de doman. apud Molin. ad cõſuet. Pariſ. §. 41. à num. 90. ad finem vſque §. apud auctorem magni conſuetudinarij Franciæ, lib. 2. cap. 23. Io. Paponem ad conſuet. Borbon. art. 479. ad quem longiuſculus in hoc, vtiliſque commentarius, Bened. ad cap. Raynutius. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam, Conchylium ad conſuet. Niuern. tit. de cenſib. §. 8. Magiſt. & Bacquetium, tractatibus expreſſis. Omnes hi fusè oſtendunt quanta cura, & ſtudio proſpectum, laboratumque ſemper fuerit, nè quid decedat patronis feudalibus quominus habeant quod ſua intereſt ex cauſa iurium vtilium, & quicquid percæpiſſent veriſimiliter ſi res penes priuatos poſſeſſores manſiſſet: hoc nuncupamus, indemnitatem, vt dixi ſuprà. & cum circa annum 1303. interceſſiſſẽt plurimi nè clerici, vniuerſitateſq; Eccleſiaſticæ acquirere poſſent redimere, aut retrahere, vt loquimur, in ſuorum feudorũ, cenſuumq; finibus (dicimus, *retirer par puiſſance de fief*) tandem nihilominus conceſſum illud eſt à Philippo IIII. ſeu Bello, vt vocamus: habentque in hunc diem, niſi vetet conſuetudo, vt apud Borbon. art. 379. ſique per annos 40. Eccleſia poſſederit, aut ſi, vt attigi, Princeps vtrumque expreſsè remiſerit, conticendum eſſe deinceps iubent Senatuſconſulta varia obſeruata ſtudioſiſſimè ab eodem Bacquetio, cap. 60. tractatu de iure manus mortuæ, ſeu admortiſſamenti, vt Gallica inſcriptio eſt. Et vt nè quis forſan exiſtimet actum in eo grauiùs, acerbiuſque olim cum clericis, quod ſcilicet poſſidere nihil poſſent niſi permiſſu principis: de mero iure Romano petitum & iſtud docebit ſingularis textus, quem & citant noſtri, in l. vlt. ff. vt in poſſeſſ. legat. vel fideicommiſſ. ſeruand. cauſ. eſſe liceat, vbi dicitur, bona nulla, preſertim immobilia, conſecrari poſſe publicè niſi permittente principe, quem propterea vnum, ac ſolum poſſe libera, ſolutaque omni manus mortuæ iure prædia efficere quæ Eccleſiæ donauerit, ita vt nihil debeatur præter ius clientelare, ſeu feudale in quibuſdam, affatim, longiorique ſermone reperies apud eund. Chop. lib. 3. tit. 1. de ſac. polit. Quod ſi priuatus donauerit, onus illud ab hærede ſeu Principi, ſeu patrono feudali præſtandum arguit perſpicuè lex pen. §. alumno. de legat. 3. qua nihil in foro, ad eiuſmodi diſceptationes, vulgatius. Quæſitum verò eſt, ſi Eccleſia immune, nulliſque factis obnoxium legatum acceperit, quale illud eſt quod Io. Vocius, Pariſ. Senator, Carthuſianis reliquit an. 1612. vtrùm ſeu ius manus mortuæ, ſeu indemnitatis luere ipſa debeat, an hæres. Diuiſas in eo conſultiorum patronorum ſententias vidimus. Alij enim ab hæredibus præſtandum dicebãt, ex veriſimili mente teſtatoris, ſeu cum onere, ſeu ſine onere legauerit, quam coniecturam ſequendam eſſe cenſet Io. Galli q. 91. profert verò Præſes Mag. ſingulare in id, curiæ placitum, cap. 7. de iure manus mortuæ: alij ab Eccleſia, vel eò maximè quòd Molinæus ad illam Galli quæſt. 91. addiiciat, hæredes non teneri niſi conceptis verbis teſtator iuſſerit, ſeque ita conſuluiſſe cum fori peritioribus. Imò & Bacquetius cap. 63. de iure manus mortuæ, refert longiſſimo ſermone, ita iudicatum contra Euſtachianos æditues, 13 Ianuar. 1593. hæſerunt igitur Carthuſiani, & hæredes aliquamdiu anxij, ceuque in triuio, nùm progredi, an regredi foret melius. Rogarunt

garunt enim vtrimque conſultos : tandem verò diuiſum inter eos præſtationis onus eſt conuentione amica, nè fortunæ iudiciorum committe-retur anceps controuerſia. Atque vt nè quis eos malè forſan inſimulet quaſi tanti legati immemores quod ſupra 20. aureorum millia: præfixo id marmore epitaphio, ab ipſo Eccleſiæ limine, teſtantur. Quæſitum etiam an religioſis, aliiſve Eccleſiaſticis liceat ſibi recipere vel cenſum, vel fidem, aut hominium, iurâque ἀναχωρήσεως, ſeu releuij, vt loquimur, in re quam eis alienare ius eſt vel edicto pontificio, & regio, vel ex cauſa quauis alia quæ improbari non poſſit: licere autem iſtud cõſtat plus ſatis ex præſcriptis alienationum Eccleſiaſticarum legibus artic.17. quæ vt euulgatæ ſunt typis publicis, ita & eas numquam non probat Senatus vbicunque de his quæſtio incidit.

Lex vlt.

Vt inter diuinum, publicúmque ius, & priuata commoda competens diſcretio ſit, ſancimus ſi quis aliquam reliquerit hæreditatem, vel aliud quid donauerit, aut vendiderit Eccleſiæ, xenoni, monaſterio, &c. *necnon iuri ciuitatum: nulla temporum ſolita ſit præſcriptio, niſi centum annorum curricula exceſſerint. Nobis quidem cordi erat nullis temporum metis huiuſmodi actiones concludi. Sed nè videamur in infinitum hanc extendere, longiſſimum vitæ hominum tempus eligimus.*

Præcipua hæc ex textu. Iunge Auth. ſeq.

Avth.

Quas actiones. *Actiones quæ loco religioſo competunt, quadraginta annis excluduntur: ſola Romana Eccleſia gaudente centum annorum ſpatio, vel priuilegio.*

Condita eſt hæc lex vltima, quaſi legibus Reip. obligari non debeant Eccleſiaſtici, maximè verò iis quæ præſcriptiones induxerunt nè dominia ſint in incerto, cùm tamen reſpublica non ſit in Eccleſia, ſed Eccleſia in republica, id eſt in Imperio Romano, dixit Optatus lib.3. Proinde mirum non eſt ſi querelæ confeſtim ortæ ſunt apud Imperatorem, ſique mox noua lege emendatum fuerit quod Suidas, atque Harmenopulus notant emiſiſſe Tribonianum. Suidas enim in verb. παρίοικος Ἐμεσηνὸς, ſcribit factum id fuiſſe in gratiam clericorum Emeſenæ Eccleſiæ, vt eo modo, citràque vllum præſcriptionis obicem, vti poſſent Mamæani cuiuſdam teſtamẽto quod Priſcus, egregius falſarius, exarauerat: Harmenopulus etiam in prochiro, ſeu promptuario, lib. 1. tit.1. num.10. liberiùs paulò agit aduerſus Tribonianum, nec tamen ex auctore aliquo qui ante eum ſcripſerit, ſed ex fama. Ait enim concîdiſſe illum leges accepta pecunia, contorſiſſe, mutaſſe, miráque ingenij ſolertia ſtatuiſſe quædam minus aperta, obſcura, & vergentia ad ſenſum duplicem, idq; vt lectores in controuerſiã adduceret, vel vt loquitur ſignificantiùs, ὡς ἂν οἱ ἀναγινώσκοντες ἐμπίπτωσιν εἰς διχόνοιαν. Doleo autem tãti viri vexatam à duobus illis famæ ſcriptoribus memoriam, cùm aliud mereatur de publico. Ferè idem de quodam Gallo adiectum eſt ad conſuet. Niuern. cap. 24. artic.1. vindicatum tamen à Conchylio eodem loco. Nec verò ab Emeſenis illis tam abſimile eſt quod magnus quidam interpres perſtringit ad leges pontificias. an verè, alij viderint. Vt enim querebatur non ita diu Comes Italus de prolatis in lite à potente religioſorum conuentu inſtrumentis, quippe infuſcatis, & numquam anteà viſis, deque atramento vetuſtates ementito plurimas, habere eos ſcilicèt ætatum omnium atramenta, & membranas, ita & accuratus ille interpres notauit, ὡς ἐν παρόδῳ, ad tit. de fid. inſtr. ideò ferè numquam deſiderari in monaſteriis titulos ad ſua dominia idoneos, ac veteres, quia confingatur mira arte ſi quid neceſſarium: quod detexiſſe ſe frequenter ex fide hiſtoriæ ſubiicit.

Iuri ciuitatum.

Hodie priuilegium hoc, ac ſingulare patrimonij coronæ ius eſt, vt, quia ſacrum, & inalienabile, vendicari vſque ad centum annos poſſit aduerſus priuatos: patrimonium verò Cæſaris, vel bona nondum applicata fiſco præſeribuntur per 40. annos. Latè de his Bacquetius cap.7. *du droict de deſerance*, Chopin. lib.3. tit.9. de doman. Molinæus ad conſuet. Pariſ. §.7. num.14. vbi & iſtud in eiuſmodi, quæ memoriam excedunt, longiſſimis poſſeſſionibus axioma conſtituit, centum nempe annorum præſcriptionem numquam cenſeri excluſam per legem prohibitoriam, ſeu in Eccleſia, ſeu in principe. Longè plura ille toto eo §. & Didac. Couarruuias ad cap. poſſeſſor malæ fidei. de reg. iur. in 6. ſecundæ parris ſelectionis. Attingam rurſus ad tit.38. nè rei dominicæ, vel templorum vendicatio longi temporis exceptione ſummoueatur, lib.7. & ad tit. de iu. ſic. lib.10.

Longiſſimum vitæ hominum tempus, &c.

Componenda lex 8. ſi vſusfructus municipibus. ff. de vſufr. leg. & lex 63. An vſusfructus. ff. de vſufr. ad quam fusè dixi. In quo tamen aduertendum eſt ex vſu, & placitis curiæ, emphyteuſim poſſe quidem dari ad tres vitas, ſed non ad annos 300. quoniam vbi de vita hominis agitur, vix eſt vt ex millibus plurimis inueniatur qui centum annos impleat. Quæſitum, quando qui diu abſuit præſumi debeat mortuus: & an in dubio decurrendum ſit ad huius legis præſumptionem quæ eſt, vt quis exiſtimandus ſit viuere vſque ad centum annos. Præclaræ autem ſunt in eo obſeruationes Bartoli in tractatu teſtimoniorum, in verbo, mortuum, num.37. in paruis, inquit, vbi leuis momenti res eſt, veluti ſi de aperiendo teſtamẽto agatur, aut de re ſimili, leuis præſumptio mortis ſufficit. Vbi verò res maioris momenti eſt, vt ſi de hæreditate, vel alio quouis arduo, & graui negotio quæramus, tunc non leui, ſed valde veriſimili, probabilique opus eſt: putà ſi qui abeſt conſcendit nauim, & tempeſtate orta reuerſus non ſit tempore congruo, imò nec inuentus in iis omnibus locis in quibus eum eſſe veriſimile fuerit: at verò ſi nec nauis ipſa inuenta. Item ſi in exercitum ierit, nec, pugna commiſſa, redierit, viſuſque à nemine fuerit, licèt hinc illinc, & vbique locorum veſtigatus. obiiciebatur hoc ipſum ab Hiſpanis nuper impoſtori ignoto qui aſſerebat, ſigniſque velut indubitatis quaſi efficiebat vt crederetur Sebaſtianus ille Rex Luſitaniæ, ſeu portugaliæ, vt dicimus, qui communi omnium fama ferebatur occiſus, nec repertus poſt Mauritaniæ Tingitanæ pugnam toto orbe celeberrimam. Planè tamen huic eximia tandem laborioſiſſimi, audaciſſimique mendacij merces fuit, triremis vinculum cui alligatus eſt Hiſpano iudicio: quemadmodũ & olim laqueus Pſeudobalduino, impoſtori alteri qui, cùm Balduini, Conſtãtinopolitani Imperatoris corpus, interfecti, per hoſtes medios, in myſia Europea, quæ hodie Moldauia dicitur, numquam comparuiſſe videretur, Galliam adiit, & Philippo Auguſto Balduinum ſe eſſe mentiri auſus eſt. Refert Villahardinus mendacij audaciam, ac pœnam. Perſequitur Bartolus præſumptiones cæteras de morte abſentis qui, per loca inſidioſa, vel non inſidioſa cùm tranſiiſſet, viſus ampliùs non eſt: putatque, ſi vitæ ſit honeſtioris vir, famam imprimis de interitu ſpectari oportere. Quod ſi, inquit, ſenex aliquò abierit, tamdiuque abſit, vt, ſi numquam locum natalem, ac patrium reliquiſſet, centum annorum eſſet, famæ etiam & eo caſu ſtandum eſt. In iuuenibus verò, ſi errones, ſi milites, ſi denique vitæ ſequioris, &, quod ait poëta, fruges conſumere nati, ſufficere exiſtimat, dummodò quinquennalis duret rumor eos obiiſſe, & exploratores miſſi ſint ab eo cuius intereſt in ea loca quibus mortem contigiſſe relatum eſt. Hodie expectatur ſeptennium, aut etiam decennium, quibus exactis, fiduciaria ſit bonorum abſentis inter propinquiores diuiſio: Imò ſeptennium Cœnomanis, Andibuſq; magis placuit. Dubitatum, à quo die debeantur fructus prædiorum abſentis, &, per conſtantem plurium annorum famam, mortui. Itum verò eſt ab omnibus ſori conſultiſſimis in eam ſententiam, cùm propoſita fuiſſet quæſtio ad columnam baſilicæ Pariſienſis conſultoriam, vt reſtitui debeant hæredi mobilium ab eo die

die quo primum qui mortuus ita eſt, abeſſe cœpit à prouincia, idq; argum. l. in omnibus. de captiuis. ff. dicam rurſus ad l. ſi quidem. ſol. matrim. inf.

TIT. III. DE EPISCOPIS, ET CLERICIS, ET ORPHANOTROPHIIS, BREPHOTROPHIIS, ET PTOCHIIS, ET XENODOCHIIS, ET ASCETERIIS, ET *Monachis, & priuilegiis eorum, & Caſtrenſi peculio, & de redimendis captiuis, & de nuptiis clericorum vetitis, ſeu permiſſis.*

Clericis.

Obſeruabo ab ipſo limine diſtinctionem clericorum, qui vt omnes olim ſub iuriſdictione epiſcopi, ita &, facto delectu, nonnulli ſemper fuerunt ab eius conſiliis, ambientc ædium vicinia, & ſacti cuiuſdam Senatus inſtar, ſine quo ſerium nihil in rebus diœceſanis ageret. Primam eorum ſpeciem tradit D. Auguſtinus libro, de vita, & honeſtate clericorum Canonici poſtcà vocati ſunt, ædéſque eis ad epiſcopium circumpoſitæ, (clauſtra hodie dicimus) de quibus verba hæc ſunt concilii Turonenſis, 3. can. 23. canonici, & clerici ciuitatum qui in epiſcopiis conuerſantur, conſiderauimus vt in clauſtris habitantes ſimul omnes in vno dormitorio dormiant, ſimulque in vno reficiantur refectorio, &c. victum, & veſtimentum iuxta facultates epiſcopi accipiant, &c. hoc ipſum & concil. Senonenſ. cap. 4. parte 3. Deſita autem ferè omnis illa epiſcopi iuriſdictio eſt per exemptiones à ſummo pontifice conceſſas omnibus penè collegiis, ſeu capitulis eccleſiarum cathedralium nè vexarentur diutiùs ab epiſcopis malè vlciſcentibus liberiora forſan in ipſos iudicia, & ſuffragia ante abrogatum electionum apud nos morem. Hæc ex priuatis eccleſiarum plurium archiuis. Ex ſcriptoribus enim Gallicis attigit nemo, quod ſciam, præter Bacquetium, cap. 18. de iuſt. & iure. Habuerunt verò etiam ſemper epiſcopi duos preſbyteros in comitatu, & miniſterio, ἀκολούθους, vitæque ſuæ teſtes, vt ait canon, cùm paſtoris. 2. q. 7. imò & ſimul aliquando tres diaconos, vt in can. iubemus. diſt. 1. habéntque in hunc diem duos canonicos, aut vnum, qui, ex ea cauſa, fructus præbendæ integros percipiunt, perinde ac ſi intereſſent quotidianis eccleſiæ ſuæ ſacris. Confirmata ſunt in id à Senatu capitulum, de cætero. & cap. ad audientiam. de cleric non reſid. an. 1606. 6. Februar. perorantibus Pet. Germano, & dom. Mareſcotio, hodie conſiſtoriano Comite, inter canonicos eccleſiæ Meldenſ. & Io. Cheualerium, eiuſd. eccleſiæ cancellarium.

Orphanotrophiis.

Textus alius nullus in iure ſeu ciuili, ſeu canonico, ex quo probetur ptochotrophia, xenones, ſeu hoſpitalia, vt dicimus, frui oportere priuilegiis eccleſiarum, cenſeríque conditionis eccleſiaſticæ. Inaudiui hoc ſæpiùs à Dionyſ. Butillerio, patrono conſultiſſimo, reíque pontificiæ ſcientiſſimo. Cæterùm vt orphanum, & orbum eiuſdem ſignificati eſſe docent gloſſæ veteres, maximeque Beati Germani gloſſarium, ita & vtraque vox intelligenda eſt non tantùm de eo qui vtróque parente orbatus ſit, ſed & qui alterutro. Prima quidem acceptio generalis eſt, ſcribente Heſychio, ὀρφανός, ὁ γονέων ἐστερημένος, καὶ τέκνων. quò & pertinet iſtud auctoris Etymologici, ὀρφανὸς, ὁ μὴ ἔχων τινὰ βοηθόν, eoque ſenſu accipitur toto hoc tit. & tit. de ſacr. eccl. Secunda autem acceptio, ſpecialis, de orbitate, nimirùm vel patris, vel matris. Sic apud Feſtum orba ea dicitur quæ patrem amiſit, aut matrem: ſic & apud Eurip. in Hippol. Theſeus dum mortem, vxoris ſuæ queritur, ἔρημος οἶκος, καὶ τέκν' ὀρφανεύετ'). apud Sophocl. in Aiac.

Χείρεσι πρὸς ἐχθροῖς, παῖδα τ' ὀρφανὸν λιπεῖν.

& apud Homer.

Μὴ παιδὶ ὀρφανικῷ θείης, χήρῳ τε γυναῖκα.

Nemo adducat ſupercilium, quaſi merè Grammaticum hoc ſit. Ad interpretationem enim veteris Neuſtrinæ conſuet. pertinet, & pattem quæſtionum in celebri illa cauſa habuit quæ inter Ill. pr. Cond. & Viſum agitatæ ſunt 1611. menſ. Mart. ab Ant. Arnaldo,& P. Martellerio,ampliuſque deliberandum Senatus cenſuit.

Lex 1.

Juxta ſanctionem quam dudum meruiſtis, & vos & mancipia veſtra, nullus nouis collationibus obligabit: ſed vacatione gaudebitis: prætereà neque hoſpites ſuſcipietis.

Ira Conſtantinus Imperatot clericis, de quorum immunitate, quatenus ſeruetur in Gallia, dixi fusè ſatis ad l. 5. placet. ſup. tit. 1. Nota autem quanri ſemper beneficii exiſtimatum fuerit, liberari hoſpitum ſuſcipiendorum moleſtia, ſic enim in l. 18. Cod. Theod. de medicis. vide & l. vlt. in fin. de munerib. ff. l. illicitas. §. nè tenuis vitæ homines. de off. præſ. ff. tit. nè rei militaris comitibus lauacra præſtentur, inf. hoc lib. 1. tit. de metatis, & epidem. & rit. de Salgamo hoſp. non præſt. lib. 12. inf. inde milites hoſpitabantur Conſtantinopoli in pedeplanis turrium muralium, l. 7. deuotiſſimos milites. de metat. hoſpitantur hodie in ſuburbiis S. Iacobi, Marcelli, ac Dionyſii, apud Lutetiam. Vide iterùm ad tit. nè rei mil. comit. inf. & ad l. 4. obſeruare, de off. proconſ. ff.

Lex 2.

Coniugia clericorum, ac liberi, eorumque miniſteria, immunes ſemper ab extraordinariis, & ſordidis muneribus perſeuerent. Si quid verò vel parcimonia, vel prouiſione, vel mercatura, honeſtati tamen conſcia, congeſſerint: id in vſum pauperum, atque egentium, miniſtrari oportet. Et id quod ex eorumdem ergaſteriis, vel tabernis conquiri potuerit, & colligi, collectum id, religionis (gl. id eſt pauperum) *exiſtiment lucrum.*

Vide rurſus quantum ad immunitates, quæ adieci ad l. 5. placet. de ſacroſ. eccleſ. quam citaui ſuprà ad l. 1. tradit verò Aufrerius ad quæſt. 150. in deciſ. cap. Toloſ. bona mobilia clericorum qui damnati eſſent, applicari epiſcopis de generali conſuetudine Franciæ, qua latiſſimi tunc erant fines iuriſdictionis eccleſiaſticæ: immobilia autem patronis feudalibus, ſeu dominis loci, vt loquimur. Sed nihil hodie ex his ad epiſcopum: imò ad pauperes ſæpiſſimè, prout iudicibus, ex capitali ipſo iudicio, placuerit. Feralibus verò iſtis poſthabitis, ſi, ſtatu illæſo, decedat clericus, prima quidem cauſa eſt agnationis proximæ, qua non exrante, deſerta tunc, & vacans hæreditas vendicatur à patronis feudalibus, ſeu dominicis, vulgò dicimus, *droict de deſerance*, quæ Græcis ἀκληρονομία. Fusè de his Bacq. Chop. & alii.

Vel mercatura.

Verba concilii Carthaginenſis ſunt: Cleticus quilibet, verbo Dei erudirus, artificiolo victum quærat. Irem omnes clerici qui ad operandum validi ſunr, & artificiola, & literas diſcant: ita in can. clericus. 2. 91. diſt. poſſunt etiam honeſtam mercaturam exercere, ait Speculator tit. de cleric. coniugatis, num. 9. fulcitque hac l. ſuam ſenteriam: imò & poſſeſſiones conducere, ſi eccleſiaſticis ſtipendiis deſtituantur vnde ſe exhibere, alereque poſſint, nec turpis lucri gratia id faciant: ita enim Calchedonenſ. ſynodus can. 3. & apud Gratianum, can. 1. 91. diſtinct. cum glo. ſic & intelligitur

tut canon 2. in princ. 88. diſt. vt eo loco gloſſa explicat. Tantùm denique macellis, & cauponis dare operam prohibentur, clem. 1. de vit. & hon. cler. vetat etiam Conſtantinopolitana ſynodus can. 11. nè in magiſtratuum, potentiorumq́ue ædibus ſeruitutes perſonales ſubeant, diſpenſationéſque domeſticas exerceant. Si ſecùs faxint, & moniti non deſiſtant, deſtitui eos iubet, cleroq́ue expelli, quod fuſiùs perſequitur Th. Balſamo ad Photii nomocan. tit. 8. cap. 3. peccatum autem ſemper eſt in hoc vltimum non modò ab Orientalibus Chriſtianis, ſed etiam ab Occidentalibus, cùm nulla ferè domus potentiorum, & nobilium quæ preſbyterum actorem, diſpenſatorémque negotiorum non habuerit, habeátque in hunc diem indecentiùs, quicquid decreuerit Lateranenſe concilium 3. parte 26. cap. 17. cuius verba hæc ſunt: Nè miniſtri laicorum fiant, nec in rebus eorum procuratores exiſtant, &c. plus ait Colonienſe 3. parte 2. cap. 27. Ita enim textus. *Magna eorum leuitas eſt, & in magnam cleri ignominiam redundans, qui ſe laicis, atque adeò delicatis fœminis, ventris cauſa, in Capellanos, vt vocant, atque anteambulones venditant.* Cæterùm de clericorum coniugiis, & cælibatu dixi ad auth. epiſcopo nullam. inf. hoc tit.

NOVA CONSTITVTIO FRIDERICI.

Item nulla communitas, vel perſona publica, vel priuata collectas, vel exactiones, angarias, vel parangarias eccleſiis, vel aliis piis locis, aut eccleſiaſticis perſonis imponere, aut inuadere bona eccleſiaſtica præſumant: quod ſi fecerint, & requiſiti ab eccleſia, vel imperio, emendare contempſerint, triplum refundant: & nihilominùs banno Imperiali ſubiaceant, quod abſque ſatisfactione debita nullatenus remittatur.

Componenda eſt altera noua Friderici conſtitutio, cui initium, item quæcumq́ue. inf. hoc tit. Ad vtriuſque autem interpretationem nihil magis fecerit quàm quod adieci ad l. decernimus. ſup. de ſacr. eccl. de defenſoribus eccleſiarum quos, ſub primæ, ac ſecundæ familiæ Regibus, accerſere cogebantur eccleſiæ Gallicæ aduerſus potentiorum iniurias. Bannum enim Imperiale, de quo hîc, docet manifeſtiſſimè quàm exacerbandæ eſſent comminationes, & pœnæ ab vltimis iſtis Imperatoribus, cùm cætera, quæ à iudicibus ſperanda ſunt, nihil prorſus efficerent. Vult propterea Fridericus eiuſmodi tyrannos, ac inuaſores proſcribi, ſeu, vt Italus, & Gallicus ſermo eſt, banniri ciuitate in qua hoc admiſerint: ita vt pœnis banni Imperialis ſubiaceant, ait textus, id eſt plectantur longè grauiùs ſi in finibus territorii illius ciuitatis comperti ſint. Manauit inde apud nos vulgatiſſimum hoc vernaculum, ***abandonner***, id eſt rem primo occurrenti, manuſq́ue iniicienti occupandam, habendam, abducendámque relinquere. Fuit igitur neceſſarium aduerſus eiuſmodi prædones, quibus factum nihil eſſet, tutari ſe viribus etiam imperioſiſſimis, accitis ſcilicèt, pretióque redemptis defenſoribus, vt ſuprà attigi: quod & pari ratione dici poſſit de regiis tuitionibus, ſeu gardiis gardianis, quas dicimus, cùm nimirùm vexarentur monaſteria, collegiáque eccleſiarum à potentioribus vicinis, eorumq́ue iuridicis. Deſitus tamen earum omninò vſus non eſt, quamuis edicto Blæſenſi, cap. 152. ſublatæ fuerint ob fraudes, exhibitáſque ab iis vt plurimùm iudiciales moleſtias, qui ſeu gratia, ſeu pretio iſta olim præſidia impetrauerant.

LEX 3.

Clerici qui prædia poßident in prouinciis, ad fiſcalia penſitanda perurgendi ſunt: aut tranſlationes faciendæ.

Supplet rectiſſimè gloſſa: ſi enim non ſoluant, inquit, auferetur eis fundus, & in alios transfertur. Obſeruabis verò ex glo. 1. Wil. Cunerium exiſtimaſſe conueniri poſſe clericos coram iudice ſeculari pro cenſibus, & tributis, quem licèt repræhendat Bal-

dus hîc, prævalet tamen apud nos illa ſententia ex conſtitutionibus regiis, atque ex vſu. Explicui prætereà ad l. 5. placet. ſup. de ſacr. eccl. quid propriè dicantur tranſlationes in tributis.

Lex 4.

Officiales rationales obnoxii ratiocinijs ad clericatus honorem tranſire prohibentur. Quòd ſi clandeſtinis artibus irrepſerint, duas partes rerum ſuarum concedant liberis: aut ſi proles defuerit, propinquis: ſin propinquorum neceſſitudo defuerit, geminæ portiones officiis, in quibus militant, relinquantur, portione tantummodò tertia ſibi retenta.

Solam ex textu deciſionem refero ad quam ſpectant titulus lib. 1. Decretal. de obligatis ad ratiocinia ordinandis, vel non, & lex, *οἱ ἐπίτροποι*, ſeu, tutores. ff. loc. lex 99. iuſſi o. & lex. 110. vniuerſos. Cod. Th. de decurion. lib. 12. At verò & concilium Carthagin. tit. 8. in hæc verba quæ inſcribit Fulgentius in Breuiario canonum: *Vt diaconi non ordinentur qui procuratores, & actores, & tutores fuerunt pupillorum, niſi poſt depoſita vniuerſa, & reddita ratiocinia* Agitaui hanc quæſtionem ex iure quo hodie vtimur, ad l. vlt. ff. de ſeruis fugitiu. Iunge autem Auth. ſeq.

Avth.

Sed neq; curialem, aut officialem, clericum fieri permittimus: nè ex hoc venerabili clero fiat iniuria. Si verò tales perſonæ in clero conſtituantur, propriæ fortunæ reddendi ſunt: niſi monaſticam vitam aliquis èorum non minus 15. annis impleuerit, &c. *& generaliter quicumque in quolibet eccleſiaſtico gradu conſtitutus ad ſecularem vitam redierit,* (glo. habendo vxorem, vel concubinam, vt & in textu eſt) *honore nudatus curiali fortunæ propriæ ciuitatis reddatur.*

Prima obſeruatio fuerit de curialibus, ſeu decurionibus cuiuſque ciuitatis. Viſcera enim, & neruos ciuitatum, imò & minorem Senatum vocat Nouella Maioriani, tit. primo, atque Caſſiod. non modò lib. 9. ep. 11. ſed & lib. 6. ep. 3. hodie fermè dixerimus, *Conſeillers de ville*: ambiturque à noſtris eiuſmodi municipalis dignitas, licèt olim vitaretur ab omnibus, dareturque inuitis, atque ex neceſſitate originis, id verò maximè quoniam, præter munera, oneraque ciuitatum quæ ſubibant, & fiſcalia etiam debita, tributaque colligerent, déque eorum caſu tenerentur: fuſè iſta toto tit. Cod. Th. & Iuſtinianeo, de decurionibus, atque Nouella 1. Maioriani, quam citaui ſuprà. Inde non plebeij, viléſque ad decurionum honorem accerſebantur, ſed qui potiores genere, ac meritis, ipſaque patrimonii amplitudine haberentur, vide in id Will. Forner. lib. 1. cap. 12. ſelectionum. & Cuiac. ad l. 6. expertes. de decur. lib. 10. de vſu autem Gallico vide Chopinum lib. 3. tit. 20. de doman. Duumuiri, qui priſcis illis curialibus præerant, habebantur loco, inſtarque conſulum: quadamque velut imitatione veterum dici poſſit admiſſos eſſe in vniuerſis ferè noſtræ Galliæ ciuitatibus Maiores, quos vocamus vulgò, ſeu præfectos mercatorum, vt Lutetiæ: præſunt tamen non duo, ſed vnus, Scabineis modò quatuor, modóque maiori, aut minori numero, prout maior, minórue eſt ciuitas. Præeſt verò etiam ille, quiſquis maioris munere fungitur, decurionum, ſeu vrbicariorum conſiliorum, vt loquimur, collegio. Vlterius non perſequar. Tractaui enim ex profeſſo ad l. vii. ff. ſi quis ius dic. non obtemperauer. & ad tit. de decurion. inf. lib. 10 Secunda autem noſtræ huius Authenticæ pars, quæ eſt de conſtitutis in gradu eccleſiaſtico, ad eos referenda eſt qui in ſacris ordinibus cùm ſint, clero tamen, cui nomen dederant, exeunt, nuptiaſque indecores, atque vt cum vate hoc dicam, incon-

ceſſos,

ceſſos hymenæos, nempe temeratis eccleſiæ conſtitutionibus, voto emiſſo præferunt. Eo enim caſu ſolis illis parcitur ex concilio Aurelianenſi, 3. cap. 7. qui inuiti ordinati ſunt clerici, & coniugium, poſt ordinationem, eligunt: mera concilii verba exſcribo. Frequentiſſimum verò iſtud nec in Optimatibus dunraxat, ſed in cuiuſcumque etiam conditionis cleticis.

Niſi monaſticam vitam, &c.

Quòd hîc monaſtica vita excipitur, vt ad eam ſcilicèt liberè, curiiſque ciuitatum inuitis, tranſire poſſit decurio, diſſimulari non poteſt emendari in eo legem, Quidam ignauiæ ſectatores. inf. de decurio. lib. 10. cuius licèt politica ratio vetuſtis etiam Galliæ noſtræ Regibus placuerit qui vetabant nè quis monachus fieret, niſi impetrata priùs à Principe venia, quod planum fit ex Marculfo lib. 1. cap. 19. concilio Aurel. 1. cap. 6. & capitul. Car. mag. lib. 1. cap. 12u. at verò & ex conſuet. Caluimont. art. 3. & Meld. art. 79. quæ parua priſci illius motis veſtigia exhibent, rediit tamen iure optimo pleniſſima iterum Iuſtinianeæ huius conſtitutionis libertas ſub Capetianis Ptincipibus quorum durat, regnátque in hunc diem fœliciſſima apud nos ſeries. Quanti enim facienda ſit Chriſtianis ea ad votum monaſticum libertas, oſtendent laudatæ numquàm ſatis duæ D. Auguſtini paginæ quæ habentur cap. 31. lib. 1. de moribus eccleſiæ catholicæ, tomo primo, at verò & homilia 14. D. Chryſoſtomi ad epiſt. 1. Timoth. ἐν ἠθικῷ. Loca illa duo quiſquis ſtudioſè legerit, fatebitur, ni fallor, reperiri nihil quicquam apud D. Hieronymum, Ambroſium, Baſilium, & cæteros eccleſiæ proceres, quod magis ad illam partem feriat. Οὗτοι ἅγιοί εἰσι, καὶ ἐν ἀνθρώποις ἄγγελοι. Sic inter alia D. Chryſoſtomus de veris monachis: *Sancti ſunt*, ait, *atque inter homines angeli*. Benedictini igitur de tam pio Capetiorum principatu auctiores primùm, numeroſioréſque facti, quorum tamen vetuſtiſſimum ordinem labefactarunt tandem ſatellites voluptatum diuitiæ nimiæ quibus hodie ad voratrinarũ, nequitiarúmq; horrẽdas, portẽtoſáſq; ſpecies inſaniunt homines nihili, equites, fœminæ, quinimò & Optimates, ipſique Principes, id verò depoſiti, Commẽdæque, vt vocant, damnabili titulo, quem ſanè mirum eſt, imò & ſtupẽdum quãto Dei munere, ac beneficio arceant hactenus à ſuis finibus Grandimontani monachi, quorum auctor fuit Stephanus, Atuernus nobiliſſimus anno 1076. teſtante Vincentio Bellouacenſi lib. 26. cap. 46. Item & Guillelmitæ, ſeu Albimantelli, quibus etiam familiam duxit, fecítque pium initium Guillelmus, Aquitaniæ Dux, & Pictauenſis Comes, D. Bernardi diſcipulus, anno 1154. teſtant. Bergom. & Colon. Chron. Carthuſiani, quibus Bruno, anno 1084. (præclarum iſtis elogium, quòd ſoli religioſi toto orbe Chriſtiano quingentos iam annos ampliùs, vnis moribus, & numquàm mutaris legibus viuunt) Præmonſtratenſes, quibus Nobertus, Lotharing. nobilis, anno 1116. apud Sigebertum: deinde & Valliſcholares, quibus Guill. Ricardus, Duurardus, & Manaſſes, Theologi Pariſ. anno 1227. Horum enim omnium priuilegia, electionéſque à nominatione regia liberas nõdum infecit ætas peior auis: ſuperſuntq; illæ veluti de tam infami naufragio tabulæ. Vide plura, ſi lubet, apud Chopin. lib. 1. tit. 2. & 8. atque lib. 2. tit. 3. de ſac. polit. & lib. 1. ac 2. monaſt. Succeſſerũt etiam circa ea tẽpora, factóq; quaſi impetu, Frãciſcani, Duce Frãciſco: prædicatores, Duce Dominico: Carmelitæ, Duce Cyrillo, Græco: Auguſtiniani, Ducibus Ioanne Mattha, & Fœlice anachoreta: poſteáq, Cœleſtiniani Duce Cæleſtino circa annũ 1300. tãdémq; Minimi, Frãciſco de Paula, bono auſpice, anno 1471. de quo ſcripſit ingenuè, vt omnia, Phil. Comineus in Ludoico XI. cap. 130. ſuccreſcãt autẽ hodie, atque indies quæ Benedictinis præcipuè pudorem fœdũ ſuffundãt, noua, verámque, ac piam egeſtatẽ profeſſa ἀσκητήρια, καὶ σεμνεῖα. Nempe enim duo illa ſunt monaſteriorum nomina apud Baſilium, Euſebium, Philonem, ac Suidam, quaſi dicas exercitationum, & vitæ ſeueræ, ac venerabilis loca. Atque vt falſi illi, qui Benedictinum nomen præferunt, monachi intelligant vel à veſte ipſa quam induunt, quæ eorum ſanctitas eſſe debeat, ſubiungam hîc, vt loco idoneo, verba ipſa Dorothei, doct. 1. λαμβάνομεν δὲ καὶ κουκούλλιον. τοῦτο δέ ἐστι σύμβολον τῆς ταπεινώσεως. τὰ νήπια γὰρ τὰ μικρά, τὰ ἄκακα φοροῦσι κουκούλλια. ἄνθρωπος δὲ τέλειος

κουκούλλιον ὐ φορῇ. ἡμεῖς οὖν διὰ τοῦτο φοροῦμεν, ἵνα ἐμπαίζωμεν τῇ ἀκακίᾳ, ὡς λέγει ὁ ἀπόστολος. *Accipimus*, ait, *cucullam. Signum enim illud eſt humiliationis. Infantes enim parui, ac innocentes ferunt cucullas: vir autem perfectæ ætatis non. Nos igitur iſtud ferimus vt vel pueris ipſis ſimiles fiamus ob innocentiam, quemadmodum loquitur Apoſtolus.* Sic ille: finemque nihilominùs faciam ex vltima ea parte homiliæ 44. D. Chryſoſtomi in Matthæum, qua tantus vir propenſiſſimus alioqui in vitam monaſticam, docet laïcos, ſeu ſeculares, vt loquimur, poſſe non minus ſperare de beato vitæ ſecundæ præmio, ſi modò piè viuant, quàm qui ſeſe in montes, ac eremos abdiderint. Verba eius ſunt in partem: οὐ λέγω, καταλίμπανε πόλεις, καὶ ἀφίστασο πολιτικῶν πραγμάτων. ἀλλ' ἐν τούτοις ὢν δεῖξον τὴν ἀρετήν. καὶ γὰρ τοὺς ἐν μέσαις πόλεσι στρεφομένους βούλομαι μᾶλλον εὐδοκιμεῖν τῶν τὰ ὄρη κατειληφότων, &c. Id eſt: *Non dico, relinque vrbes, & obſcede à negotiis politicis. Sed in his oſtende animi virtutem. Volo enim eos qui mediis in vrbibus verſantur, maiore innocentiæ exiſtimatione, ac virtutis commendari quàm qui montes, & inhoſpitateſqua petierunt.* Plura eo loco, vt dixi, profertque in exemplum Danielem, Ioſeph in Ægypto, Cornelium centurionem, pluréſque alios qui inter negotia ſanctè vixerunt. Repetit verò hoc ipſum homil. 56. in fi. in eumd. Matth.

Lex 5.

Si quis non dicam rapere: ſed attentare tantùm iungendi cauſa matrimonii ſacratiſſimas virgines auſus fuerit, capitali pœna feriatur.

Optimè Bartolus, & alii inferunt axioma certiſſimum, in atrocioribus puniri affectum, licèt non ſequatur effectus. Eò enim grauius, & atrocius in huius legis ſpecie crimen eſt, quo raptor Deo dicatæ virginis tria vno audaciæ impetu flagitia admittit, vt docet Decius duobus locis, conſil. 179. & 306. videlicèt inceſtum, adulterium, & ſacrilegium. Aurelius Prudentius in paſſione S. Laurentii:

Cernis ſacratas virgines?
Miraris intactas anus?
Hoc eſt monile eccleſiæ,
His ita gemmis comitur,
Dotata ſic Chriſto placet,
Sic ornat altum verticem, &c.

Apud Iuonem Carnutenſem lib. 3. decretorum, verba ſunt hæc concilii Aurelianenſis 3. ſciendum eſt omnibus, quòd Deo ſacrarum fœminarum corpora, per votum propriæ ſponſionis, & verba ſacerdotis Deo conſecrata templa eſſe ſcripturarum teſtimoniis comprobantur, & ideò violatores earum ſacrilegi, ac, iuxta Apoſtolum, filii perditionis eſſe noſcuntur. Vide quò excurrat D. Hieronymi vehemens in eo ſpiritus lib. 2. epiſt. 3. in ſelect. Imò & conciliũ Turonenſe 2. can. 21. vt exaſperentur tanto magis pœnæ ad frequentiſſimam nequitiam, recenſet textum huius legis integrum. Immane quantum ſacra illa polluerint diſſenſiones ciuiles noſtræ Galliæ:

Cùm fas, atque nefas exiguo fine libidinum
Diſcernerent auidi: ſublato videlicèt vltionum debitarum metu.

Alia ſpecies in qua affectus ſolus punitur, eſt in crimine læſæ maieſtatis, vulg. l. quiſquis. inf. ad l. Iul. maieſt. Crimen enim eſt ſanctitatis, ſeu ſanctificationis, καθοσιώσεως ἔγκλημα, apud Suidam. Dicam paulò latiùs ad tit. maieſt. In cæteris vix eſt vt pœna capitis plectatur ſolus conatus non ſecuto effectu, quod explanaui fuſiùs ad l. 1. ff. quod quiſque iur. in alter. ſtatuer. Condonatur enim aliquid primis illis motibus, vt qui non ſint in noſtra poteſtate, ait glo. hîc, vnde προπάθειαι vocantur eleganter ab Hieronymo epiſtol. ad Saluinam. tradit Mathæus Affl. deciſ. 276. præclarum de virgine iudicium cui reluctanti, ac inuitæ baſium libauerat, eamque ſternere conatus fuerat in loco publico temerarius iuuenis: cùm enim Fedéricus Rex ſcire deſideraſſet quæ pœna tantæ temeritati, cùm & in publico admiſſa eſſet, deberetur, cenſuerunt omnes Nea-

poli-

politani iudices non capitali iudicio, quia ſecutus non fuiſſet effectus, ſed pœna relegationis petendam.

LEX 6.

Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos, atque exorciſtas, & lectores, oſtiarios, & acolytas etiam, perſonalium munerum expertes eſſe præcipimus.

Gloſſa & interpretes inter perſonalia munera tutelam, & curam præcipuè collocant. Cùm autem oſtiariorum hodie nullus ſit vſus in Eccleſiis, tamen ex eadem aſſiduitatis, perpetuique miniſterij ratione, qua obligabantur olim oſtiarij vt eos tantùm in Eccleſia, qui erant fideles, reciperent, quemadmodum in concilio Aquiſgranenſi r. legitur, ita & hodie in Senatu, Magno conſilio, ratiociniorum, ſeu computorum decuria, conſiſtorióque Principis, oſtiarij, ſeu apparitores, & viatores, quos dicimus, immunitatem illam tutelarum obtinent, nempe argumento huius legis, preſbyreros. Eamdem quoque rationem aſſiduitatis tradit lex, generaliter. inf. hoc tit. cur preſbyteri tutelarum moleſtiæ expertes eſſe debeant. Longè autem vlteriùs progreditur Syneſius, epiſt. 105. poſtquàm enim imparem ſeſe ſacerdotij amplitudini, & grauitati, τῇ τῆς ἱερωσύνης σεμνότητι, ait ille, profeſſus eſt, & ſacerdotem oportere eſſe hominem diuinum dixit, cõtinuò ſubiicit, numquam ſolum eum eſſe debere in iis quæ ad Deum ſpectant, ἀλλὰ κοινότατος εἴη, νομοδιδάσκαλος ὤν, καὶ νενομισμένα φθεγγόμενος, χρὴ δὲ αὐτὸν καὶ πράγματα πράττειν ὅσα πάντες ἅμα. Id eſt, *ſit communiſſimus, cùm ſit legis diuinæ doctor, & recepta loquatur, oportet autem ipſum gerere negotia quæ omnes ſimul.* Græca ipſa interſerẽda exiſtimaui vt quæ aperiant explicatiùs, & planiùs. Adiiciendum etiam de Archipreſbyteris quod ad diſceptationes forenſes faciat, dignitatem enim eſſe, Archipreſbyteratum, liquidò conſtat ex can. perlectis. 25. diſtinct. vbi dicitur Archipreſbyterum ſupèr omnes Preſbyteros in ordine poſitos curam agere, & aſſiduè in Eccleſia ſtare, abſente Epiſcopo Miſſarum ſolennia celebrare, & collectas dicere, vel aliis facienda præſcribere, quod interpretarur longiùs, ac elegantiùs Fr. Duarenus lib. 1. de ſacris Eccleſiæ miniſteriis, ac beneficiis. Quæſitum eſt an. 1590. in Senatu regio Turonum, rebellante Lutetia, vtrùm Archipreſbyteratus Andegauenſis, cui iunctã eſſe rectoriam parœciæ Audartiæ conſtabat, eſſet dignitas, & an proinde ad collationem regiam pertineret. Iudicatum verò eſt eo caſu dignitatem eſſe, vt in cuius acceſſionem veniret rectoria, vindiciæque putpptereà ſecundum beneficiarium regium dictæ ſunt. Narrat cauſam Annæ. Rob. lib. 3. rer. iud. cap. 1. Aliud verò ſi Archypreſbyteratus in acceſſionẽ rectoriæ veniat. Tunc enim ſola rectoriæ ratio habẽda eſt, vbi de collatione eius agitur. Quod & nuper in acri, ambitioſáq; potentiorũ contentione deciſum vidimus ad quæſtionẽ curæ, ſeu rectoriæ Seuerinianæ apud Lutetiã an. 1613. inter Ant. Heugiũ, theologũ ſacræ Sorbonicæ ſocietatis optimũ, qui agebat ex collatione pontificia, & Pet. Rumelium, alterum theologum, qui ex collatione Illuſtr. Pet. Gondii, Cardinalis, à quo beneficium, non vt rectoriam, ſed vt Archipreſbyteratum, dignitatem ſcilicet, cui iuncta eſſet rectoria, obtinuerat. Agitata lis fuit in conſiſtorio principis, & poſteà in Senatu apud Baſilicanos recuperatores, vicitque triplici iudicio Heugius. Vt notaui iterũ ad l. 3. de vſur. ff. Placuerat verò anteà, & hoc ipſum menſe Ianua. 1608. in quæſtione Archipreſbyteratus Garactani, diœceſ. Ecoliſm. eum nempe accedere rectoriæ, ſeu curæ de qua perorarnnt an. 1608. menſe Ianuario, in maiore decuria Pet. Molinæus, & Pet. Martellerius. Quantum ad Archidiaconos, certa hodie fori eſt regula, conferre poſſe Principem, vbi Archidiaconatum vacare, ſede vacante, contigerit, quicquid anteà contenderetur in contrarium ex ea ſpecie qua Archidiacono incumbit cura animarũ, quippe oculo Epiſcopi. Diſceptata enim cùm bis fuerit illa quæſtio in deaurato auditorio, pronuntiauit primùm Senatus Archidiaconatum Eccleſiæ Conſtantienſis apud Neuſtrinos, collationis eſſe regiæ, quoniam Archidiaconatus prima eſt dignitas cum Iuriſdictione, quæ vicem obtinet, vultumque quaſi induit abſentis Epiſcopi, tit. de off. Archid. lib. 1. decret. & Concil. Colonienſi 3. parte 1. cap. 12.

Digitized by Google

arque Lateranenſi, ſub Alexandro III. parre 1. can.15. Gratianus eius meminit can. præcipimus. 21. q.2. quamuis enim animarum cura ei inſidear, ſir ramen hoc impropriè, cùm ſit nomen iuris Cauſam agebant Marrellerius & Duretus. pronuntiatum hoc ipſum eſt rurſus menſe Auguſto, 1598. in Archidiaconatu Eccleſiæ Rhoromagenſis ſecundum Io. Bulionium, contra Pet. Ceminium. Redacta illa actio eſt à dom. Seruino. Dicebam aduerſus Annæum Rob. eaq́ ipſa ſententia eſt Boërij q 286. & Thomæ Grammarici deciſ. 64. in deciſ. Neapolit. vbi fuſiſſimè. Cætera quæ ſunt in lege noſtra de Diaconis, Subdiaconis, exorciſtis, lectoribus, acolytis, cùm neque beneficiis Eccleſiaſticis, neque dignitatibus annumerari ſoleant, ad forum non pertinent.

LEX 7.

Nec honore, nec legibus Epiſcopus ad teſtimonium dicendum flagitetur (glo. id eſt vocetur inuitus.) *Item dixit: Epiſcopum ad teſtimonium dicendum admitti non decet. Nam & perſona oneratur, & dignitas ſacerdotu exempta* (glo. id eſt priuilegiata) *confunditur*, (glo. quia iam non eſſet differentia inter Epiſcopum & alios clericos.)

AVTH.

Sed iudex mittat ad eos quoſdam de ſuis miniſtris, vt propoſitis ſacroſanctis Euangeliis, ſecundum quod decet ſacerdotes, dicant ea quæ nouerint, non tamen iurent.

Inoleuit à longis annis ille mos, vt Epiſcopi, Preſbyreri, ac Religioſi iuſiurandum præſtent, manu nun ſublara in alrum, vr laïci, ſed admora duntaxar pectori. Perquiſiui rationem ad l. egregias. ff. de iureiur. vbi plura. Cur autem laïci iubentur à iudice tollere, ſeu leuare manum, vr loquimur, cùm ad teſtimonium iurant, erudiriſſimus pſalterij interpres, Genebrardus docet ex profeſſo ad Pſal, 105. Confitemini domino. verſ. 27. vbi verba hæc explicat: *& eleuauit manum ſuam.* Id eſt, air, leuara manu iurauit ſe eos proſtraturum in deſerto. Solent enim iurantes eleuare manum. Sic Deuteron. 32. *Leuabo ad cælum manum meam, & dicam, viuo ego in æternum.* Geneſ. 41. *Leuo manum meam ad Dominum Deum excelſum.* Nehem. 9. *Super terram* (ſup. promiſſionis) *leuaſti manum vt tradereseis.* Torum iſtud ex eodem interprete: quod ea potiſſimùm ratione ſubiicio quia quotus quiſque eſt qui morem quotidianum non ſciat, vnde autem inuectus ſit nondum didiceram.

LEX 8.

Presbyteri, ſi hoc ipſo quod nihil metuant, vera in teſtimonio dicendo ſuppreſſerint, ſalua eſſe debet falſi actio litigatoribus.

Gloſſa vltima notat eum committere falſum qui tacer verum. Hoc & cap. 1. de falſ. in antiq. & can. quiſquis. 11. q. 3. l. 1. §. 1. cum l. ſi quis obrepſerit. ff. de falſ. & quia videtur contrarium in can. nè quis arbitretur, 22. q. 2. gloſſa ad eum canonem ita ſoluit, vt dicat taceri veriratem poſſe impunè, cirráque metum, ſi ex alia cauſa quam teſtimonij id fiat, ſicq́ue intelligit d. canonem, nè quis arbitretur. Secus ſi rogarus, accituſq́ue teſtis quod in vero eſt ſuppreſſerit, & vt ait d. lex prima, ſi ob teſtimonium non dicendum pecuniam acceperit. Proponendum verò, atque allegandum illud eſt, ſeu, vt vulgo loquimur, *il faut articuler que le teſmoin a eſté corrompu par argent pour ne depoſer la verité*: in quo frequentiſſima eſt vel ineruditis practicis, lex, Diuus Hadrianus. ff. de re iudic. profert & Bartolus hanc l. Preſbyteri aduerſus notarios qui, pecunia forſan

ſan corrupti, aliquid in contractu cunſcribendo prætermiſerint, vel aliud quid ſimile egerint quo veritas rerum vitietur.

AVTH.

Presbyterum minorem 35. annis fieri non permittimus: quod idem & in Epiſcopo ordinando.

Vide quæ adieci ad l.6.Preſbyteros.ſup.hoc tit.de graui & laborioſo munere Preſbyteri. Concilia autem annos 30. tantùm deſiderant ſeu in preſbytero, ſeu in Epiſcopo, ita in can. Epiſcopus. 67.diſt. ex concilio Agathenſi, ita in can. preſbyter. diſt.78. ex Neocœſariano concilio, can.11. Ita & concilium Aurelianenſe, 3. can.6. & Arelatenſe, 3. can.1. Tridentinum tamen ætatem illam anno 25. præfiniuit, cap.12. ſeſſio.23. hoc & ipſum conſtitutio noſtra Blæſenſis cap.29. Quibus tamen inſuperhabitis cum Epiſcopi mille ac mille ignaris clericis ordines etiam ante annum 25. cōferant, cenſuit Senatus an.1598. 9. Decemb. quemdam nomine, Barot, reſtituendum eſſe ex capite minoris ætatis aduerſus venditionem prædij paterni, quamuis tunc eſſet preſbyter. Fruſtrà nimirùm in ea quæſtione commēdata eſt tanta dignitas ex ſcriptoribus Eccleſiaſticis, maximè autem ex D. Hieronymo, Ambroſio, Auguſtino, & Chryſoſtomo. Spectato enim naturæ iure quo vix eſt vt quis ante annos 25. vigorem animi compleuerit, gratia illa ætatis, pudendo Epiſcopis exemplo, ad preſbyteri munus coërcita eſt, vt ſcilicèt, quales quales ſint, illo fungantur per culpam præſulum, non autem vt beneficio legis careant, quæ minoribus deceptis ſubueniendum eſſe voluit, quod fuſiùs explicat lex 1.de minorib. Aliud iudicatum in magiſtratibus, notariis, regiis ſcribis, & apparitoribus, ſi ante annos 25. contraxerint, vt dixi ad l.1. de minor. ff.

AVTH.

Diaconiſſam nullam ordinari præcipimus, quæ minor ſit annis 40. aut ſi ad ſecundas nuptias peruenerit.

Inſtitutas fuiſſe olim in Eccleſia Diaconiſſas cōſtat ex Apoſtolo, epiſt.1. ad Timoth. cap.5. ad quam & Chryſoſtom homil.14. cōſtat verò etiam ex lib.1. cōſtitutionū Apoſtolicarū, qui clemēti primo tribuitur, ex Epiphanio lib.3. cōtra hæreſes, tomo 2. hæreſi 79. paſſimque ex conciliis. *Vidua eligatur*, ait Apoſt. *non minus ſexaginta annorum, quæ fuerit vnius viri vxor, in operibus bonis teſtimonium habens, ſi filios educauit, ſi hoſpitio recepit, ſi ſanctorum pedes lauit, ſi tribulationem patientibus ſubminiſtrauit, ſi omne opus bonum ſubſecuta eſt.* Maximè id fiebat ad præſtanda mulieribus Chriſtianiſmum profeſſis miniſteria, vt ſcilicet quando nudatum earum corpus fuiſſet dum intingerentur, ſeu baptizarentur, φωτίζεσθαι, dixit D. Clemens, à ſola miniſtrāte muliere viderentur: fuſiùs ſuprad. locis. Eligebantur autem modò virgines, modo viduæ quæ vni viro nupſiſſent, & quæ ætatis iam prouectæ: verſabaturque Epiſcopi ſingularis in delectu illo prudentia, vel preſbyteri qui parœciæ, in qua admittebantur, præerat, vt nè eligerentur adoleſcentiores viduæ, ob pudorem nempe Eccleſiaſticum: nominatim ita ſtatuit concilium Carthaginenſe, 4. can.102. nec vlla res fuit vſitatior initio naſcentis Eccleſiæ, vt tradit, inter cætera, concilium Aurelianenſe, 2. cap.18. Deſitus denique iamdiu ille mos, cuius ramen ſanctam vetuſtatem repetitam vidimus in publicis cauſarum actionibus an.1600. 24. Iull. per occaſionem cauſæ cuius noua erat iſta ſpecies: Sabazatij, quod oppidum eſt apud Aruernos, inſtituebantur ab antiquo mulieres æditu æ, ſeu matriculariæ, vt loquimur, quæ quotannis parœcianæ Eccleſiæ curam inter oppidanos gererent. Contigit vt vilis cuiuſdam molitoris noua nupta eligeretur intra annum coniugij. Stomachatur ille: dicam impingit nominatoribus apud patrium iuridicum: confirmatur electio, vt in qua nihil præter morem: appellat Senatum. Cauſa à Vido Fauerello, & Aug. Chopino, Renati filio, dicitur. Fauerellus agit, inter cætera, argumēto canonis vlt. iuncta glo. diſt.32. locumque ex capitularibus Caroli Magni

Digitized by Google

adüicit, vt cõmonſtret probatũ & olim hoc ipſum in Eccleſia Gallica. Memoratæ prætercà ſunt Diaconiſſæ preſbyteræ quæ quondã Hieroſolymis in templo: at verò & apud nos in æde D. Martini Turon. cum ad ſancti viri adorãdas reliquias conuentus ex toto orbe fieret: eſſeque in hunc diem quæ ſubtus Eccleſiam Carnutum habitent. Chopinus è contrà obüicit hiſtoriam adoleſcentis illius fœminæ, quæ cùm linteis Ecleſiæ prefecta etiam de more fuiſſet, grauida facta eſt à Diacono, vnde ingens indignatio omnium quam accuratè deſcribit Nicephorus lib. 12. addit & Paulinæ Ægyptiæ querelas quæ per artes ſacerdotum templi Anubis, ſtuprata fuerat ab Amaſio. Ille enim cùm potiri ea non poſſet, ambierat ingenti pecunia ſacerdotum gratiam, vt de Anubi Deo fabulas ad emptam libidinem compoſitas fingerent, de quibus Ioſephus, ac Euſebius. Virgo denique ſacerdos præpoſita primùm fuerat oraculo Delphico, ſed quia rapta, religioni habuerunt & profani illi veteres nè morem in ſacris mendoſum tenerent, anumq; deinceps ſuffectam fuiſſe notat Scholiaſtes Ariſtophan. in Pluto. Infirmata igitur ſententia Sabazatici iudicis, vetitumq; nè deinceps mulieres matriculariæ admittantur à parœcianis, ſed viri duntaxat. Atq; vt abrogatam eſſe improbam conſuetudinem prouinciales, apud quos ita obtinebat, intelligerent, iuſſit ordo ampliſſ. publicari Senatuſconſultum & Sabazatij, & Ricomagi, quæ prouinciæ, in partem, caput eſt.

Lex 10.

Si quis in hoc genus ſacrilegij proruperit, vt in Eccleſias Catholicas irruens, ſacerdotibus & miniſtris, vel ipſi cultui, locóque aliquid importet iniuriæ: prouinciæ moderator iniuriam capitali in conuictos, ſeu confeſſos Reos ſententia nouerit vindicandam: nec expectet vt Epiſcopus iniuriæ propriæ vltionem depoſcat, cui ſanctitas ignoſcendi gloriam derelinquit. Iunge Auth. ſeq.

Avth.

Sed nouo iure pro tali iniuria verberatur, aut in exilium mittitur. Sed ſi ſacra miniſteria turbauerit, vel celebrari prohibuerit, capite puniatur. Idem eſt in Litaniis, ſi eas concuſſerit, &c. *Laïcis Litanias facere interdicimus, ſiue clericis, quæ ſine orationibus, & cruce fieri non debent.*

Si iniuria fiat clericis in Eccleſia, vel dum ſupplicationes procedunt, Litaniæque fiunt publicæ, ſolius Epiſcopi cognitio illa eſt, nec verò regij Iudicis. Tradit Præſes Magiſter notum ſatis in foro Senatuſconſultum aduerſus temerarium quemdam cauponem Aurelianenſem, qui cùm ſeditiosè petulcum aliquid in ſacerdotes, ac ſymphoniacos procedentes vnà cum totius Eccleſiæ Aurelianenſis clero effutiiſſet, & citatus poſttidie ad Epiſcopum, à conceſſione, & executione citationis appellaſſet tanquam ab abuſu, Senatus admittendam non eſſe eiuſmodi appellationem pronuntiauit, mulctauitque inſuper cauponem viginti-quinque aureis. Annotationem ad præclarum hoc iudicium adiecit Præſes ille maximus tractatu de appellationibus tanquam ab abuſu, cap. 7. In eos autem qui clericum verberant, aut interficiunt, prætermitti hîc non debeat. quod apud Pet. Blæſ. Orditur enim epiſtolam 73. quæ eſt ad tres Epiſcopos Angliæ, in hæc verba: *Si Iudæus, aut laicorum viliſſimus occiditur, ſtatim ſupplicio mortis addicitur interfector ſi quis verò ſacerdotem, vel clericum minoris aut maiorũ ſtatus occiderit, Eccleſia ſola excommunicatione contenta, aut, vt veriùs loquar, contempta, materialis gladij opem non requirit.* Cætera eo loco perſequitur fuſiùs. Alexander verò tertius epiſtola, quæ Lateranenſi Concilio inſerta eſt, ita ſtatuit ad Cantuarienſem Epiſcopum: ſi qui ſe in tantam væſaniam, & præſumptionem erexerint, quòd clericos occîdant, vel occi-

dete

Digitized by Google

dere faciant, vel aliter violentas manus in eos iniecerint, tam malefactores ipſos, quàm illos, de quorum mandato id fuerit perpetratum, publicè accenſis candelis, & pulſatis ſignis, apertè excommunicati denuntientur, & ſicut excommunicati deuitentur, donec Deo & ſanctæ Matri Eccleſiæ ſatisfaciant, & ad Apoſtolicam ſedem accedant. ſic ille. Eadem rurſus pœna, aut potiùs pœnæ comminatio eſt ex concilio Moguntino, 3. cap.7. & 16. atque ex vulg. can. ſi quis ſuadente. diabolo. can. Preſbyterorum, & al. tota q.4. cauſæ 17. & cap. fœlicis recordationis. de pœn. in 6. Vt enim Eccleſiæ prohibita eſt effuſio ſanguinis, ita & cætera relinquenda eſſe exiſtimabant Dei iudicio qui Chriſtos ſuos tangi vetuit. Mythologicum eſt quod, vel in ethnica cæcitate, ſcripſit Homerus ὀδ. χ. ſub perſona Terpiadæ Phæmij.

Γουνοῦμαί σ' Ὀδυσεῦ, σὺ δέ μ' αἴδεο, καί μ' ἐλέησον.
Αὐτῷ τοι μετόπισθ' ἄχος ἔσσεται, εἴ κεν ἀοιδὸν
Πέφνῃς, ὅς τε θεοῖσι, καὶ ἀνθρώποισιν ἀείδω.

Manum enim, his auditis, continuit confeſtim Vlyſſes, qui paulò antè Iioden procum interfecerat, veritus ſcilicèt exitium quod ei imminere Phemius dixerat ſi Deorum, hominumq́ue laudatorem occîderet. Pœnæ autem hodie infligi eo caſu conſueuerunt à Iudice regio prout graue, aut leue admiſſum eſt, cùm omnes arbitrariæ ſint in vniuerſa Gallia.

Ignoſcendi gloriam, &c.

Dicam, in re immenſa apud auctores Eccleſiaſticos, quæ ſublecta è multis conuenientiora ſint. Primùm enim ait Syneſius epiſt.121. poſtquàm diuiſæ ac ſeparatæ ſunt vitæ, altera ſacra, altera principalis, ſeu ἡγεμονικὸς βίος, vt loquitur, alios præfectos fuiſſe in negotiis, alios in precibus, nempe ſacerdotes, quibus proptereà à lege interdictum eſt manum porrigere iuſtitiæ, & interficere vel improbiſſimum, χεῖρα ὀρέγειν τῇ δικαιοσύνῃ, καὶ ἀποκτιννύναι τὸν πονηρότατον: ſunt eius verba. Inde in concilio Elibertin. can.56. dicitur magiſtratum per annum, quo duumviratum gerit, abſtinere ſe debere ab Eccleſia. D. Hieronymus in epiſt. ad Titum, cap.1. vt longo ſermone veri Epiſcopi munus deſcribit, ita & hoc tandem ſubiicit, agere eum oportere inſtar præceptoris manſueti, non autem furioſi, qui videlicèt errantes non tam ad bonum retrahat quàm ad malum ſua ſæuitia præcipitet. Hildebertus, Cœnoman. Epiſcopus epiſt.40. noſti gladium Regis, noſti gladium ſacerdotis. Gladius Regis, cenſura curiæ: gladius ſacerdotis, Eccleſiaſticæ rigor diſciplinæ. Epiſtola autem 30. vt tantò magis doceat procul eſſe cruentis preſbyteros, neque enim carnifex es, ait, ſed ſacrifex. Notum ferè omnibus quid ſcribat D. Bernardus lib.4. cap.3. de conſideratione, quid tu denuò, inquit, vſurpare gladium tentes, quem ſemel iuſſus es ponere in vaginam? Concilium denique Toletanum 2. can. 6. his, à quibus ſacramenta tractanda ſunt, prohibet nè vnquam iudicium ſanguinis agitent. Quod ipſum iterarunt duæ Gallicanæ Synodi, Antiſiodor. 1. can.33. & 34. & Matiſcon. 2. can.19. nec vnquam proptereà interſunt conſiliarij, iudiceſq́ue Eccleſiaſtici iudiciis capitalibus: palamq́ue excedere publico auditorio Senatores clericos vidimus, cùm, depræhenſo ſectore Zonario dum præcîderet, intra cancellos iudiciales, horatium indicem, lis inſtrueretur, inter medias cauſarum actiones, à præſide maximo, & poſtulaſſet aduocatio regia vt temeritas, ex violata religione loci, lueretur laqueo.

Idem eſt in Litaniis, &c.

Baſilius Litanias meminit epiſt.63. ad Eccleſiæ Neocœſarianæ clericos, meminit concilium Aurelianenſe 1. ſub Clodoueo can. 29. at verò & ipſa capitularia Caroli Magni, lib.5. & 6. eumdem habent morem qui & nunc. Prohibentur verò hæreticis l.3. inf. de hæret.

Sine orationibus, & cruce, &c.

c

Digitized by Google

Hæc rurſus iuxta Chriſtianorum vſum veterem, quo & geſtatam ſemper crucem legimus apud Sozomen. lib. 5. hiſtor. Eccleſ. cap. 8. Nicephorum, lib. 13. cap. 8. D. Ambroſ. ſermo. 55. ac vbique apud ſcriptores eccleſiaſticos.

LEX 15.

In Eccleſiis. Clerici non ex alia poſſeſſione, vel oppido, ſed ex eo vbi Eccleſiam eſſe conſtiterit, ordinandi ſunt. Certus autem clericorum numerus iudicio Epiſcopi ordinari debet pro magnitudine, vel celebritate vniuſcuiuſque vici.

Adde ex capitul. Car. Mag. lib. 5. cap. 26. permanere oportere vnumquemque clericum in ſua Eccleſia. Quòd ſi emigrare vellet aliquis, opus erat, vt & nunc, commendatitiis, ſeu dimiſſoriis, aut etiam formatis epiſtolis, vt loquuntur canones. Vide in l. 22. ſi qua per calumniam. inf. hoc tit. can. Apoſtol. can. 33. atque diſtinct. 71. can. extraneo. cum duobus ſeq. Dimiſſoriarum eiuſmodi prærogatiua vtitur Eccleſia Carnutenſis in iis quæ ſeorſum habet ab Epiſcopo, dant verò etiam collegia, ſeu capitula Eccleſiarum huius regni plurima, ſede vacante: quod fusè explicat Rebufus tractatu de deuolutionibus, num. 67. & aliis locis.

Certus autem clericorum numerus, &c.

Referri hoc poſſit ad Eccleſias parœcianas, vt ſcilicèt earũ curionib⁹ ſingulis detur cõgrua, ſeu canonica portio vnde ſe, & presbyterum vnum, aut plures alere poſſint pro magnitudine, vel celebritate loci, cap. extirpandæ, & cap. de monachis, de præbend. in antiq. ca. 1. de præb. in 6. & clē. 1. de iu. patron. parochialis enim canonica portio debetur curato iuxta onus parochiale, ait Baldus conſil. 500. lib. 4. plura autem in genere, ad certum vbique numerum clericorum præfiniendum, vide in act. dom. Seru.

LEX 14.

Quicumque. Procul ab ea vrbe, quam conturbauit, centum millibus vitam agat, ſup. *Epiſcopus expulſus.*

Huc pertinet canon 27. in canon. Apoſtol. moueri tamen Epiſcopatu non poſſe huiuſmodi Epiſcopum niſi in crimine læſæ-Maieſtaris, conſtat ex Gregorio Turon. lib. 10. cap. 19. vbi de Egidio, Rhemenſi Epiſcopo, cædis Childeberti Regis conſcio. Quod & idem propè iudicatum eſt aduerſus Hebonem, alterum Rhemenſem Epiſcopum qui inhoneſtiſſima quæque, & immaniſſima in Ludouicum Pium, Lotharij patrem admiſerat, de quibus vide Theganum, de geſtis Ludouici Imperatoris. Norunt omnes qua benignitate Henricus Magnus egerit, pacata armis victricibus ſua Gallia, erga plures huius regni Epiſcopos. Parco nominibus.

LEX 15.

Conuenticula illicita etiam extra Eccleſiam in priuatis ædibus celebrari prohibemus, proſcriptionis periculo imminente ſi dominus eius in ea clericos noua, ac tumultuoſa conuenticula extra Eccleſiam celebrantes ſuſceperit.

Subiicienda hîc neceſſariò verba D. Auguſtini, epiſt. 68. ad Ianuarium, partis Donatianæ Epiſcopum: *Imperator*, inquit, *Conſtantinus coactus Epiſcopalem cauſam inter partes cognitam terminauit, & primus contra veſtram partem legem conſtituit, vt loca congregationum*

num veſtrarum fiſco vendicarentur. Agit potiſſimùm aduerſus Circumcelliones. Gloſſa autem Pragmaticæ Sanctionis. §. nè tamen in verbo, conuenticuli. tit. de cauſis, docet conuenticula ſemper in malam partem accipi: eſſe enim plærumque congregationes ſubditorum ſine conſenſu ſuperioris. Quod cùm obiicetetur primis Chriſtianis, *hæc coitio Chriſtianorum*, ait Tertullianus in Apologet. cap. 39. *Meritò ſanè illicita, ſi illicitis par: meritò damnanda ſi quis de ea queritur eo titulo quo de factionibus querela eſt. in cuius perniciem aliquando conuenimus?* &c. Hactenus ille. Apud nos nè quidem licèt Epiſcopis concilium prouinciale cogere niſi ex reſcripto principis de quo & Senatus ipſe cognouerit. Vide quæ adieci ad l. in rebus nouis conſtituendis. de conſtit. princip. ff. vbi de Senatuſconſulto quod ad cauſam repurgati Eccleſiæ S. Trinitatis breuiarij apud Andes, latum eſt. Varia denique tegum noſtrorum edicta promulgata ſunt nè conuenticula, ſeu, quod dixit Tertullianus, coïtiones illicitæ, inſcióque principe, fierent. Vide Chopin. lib.3. tit.4. de ſac. polit. & Io. Sauaronem in tractatu eruditiſſ. de ſymphratriis, vbi plena manu effundit quæ propterea ad has de conuenticulis quæſtiones prætermitto. Cæterùm in eo quod notat gloſſa ad verba, extra Eccleſiam, ceſſare argumentum à contrario ſenſu ſi ſequatur inde ſenſus abſurdus, quod & obſeruat imprimis ad hanc l. Paulus Caſtrenſ. ſubiiciendus iterum videtur locus D. Auguſtini li.7. quæſtionũ ſuper iudic. q.49. vbi de Iepte in hęc verba: *Et vouit Iepte votũ, & dixit, ſi traditione tradideris mihi filios Ammon in manu mea, & erit quicumque exierit de ianuis domus meæ obuiam mihi in reuertendo me in pace à filiis Ammon, & erit Domino, & offeram eum holocauſtoma quemlibet in hoc loco cogitauerit Iepte ſecundum cogitationem humanam, non videtur vnicam filiam cogitaſſe. Alioqui non diceret cum illam cerneret occurriſſe, heu me, filia mi, impediſti me, in offendiculum facta es in oculis meis. Impediſti enim, ita dictum eſt, tanquam ſe ad hoc impeditum iudicauerit nè illud quod cogitarat impleret.* Iſta Auguſtinus. Vide etiam gloſſam ad l.2. Cod. de conditionib. inſert. vbi per occaſionem deciſionis quam in ea l.2. tradit Imperator ab abſurdo contra impiam filiam quæ ſubtilitate iuris fallere cupiebat voluntatem patris, ſubiicit, docetque accuratus ille Accurſius, Imperatorem ideo ita conſtituere, quòd argumentum à contrario ſenſu ſumi numquam debeat, ſi ſuboriatur inde intellectus prauus, & iuri contrarius, & quo quis ad delinquendum alliciatur. Sexcenta ſunt ſimilia.

Lex 16.

Quiſquis cenſibus fuerit annotatus, ſub hac lege religioſum aſſumat ſacerdotium, vt capitationis ſarcinam, per agri dominium, agnoſcere compellatur, & in ruralibus obſequiis quo maluerit ſubrogato vtatur.

Notatur hic textus in ſubſidiorum curia ad articulum 129. conſtitutionis Aurelianenſis qua iubentur ærarii, qui immunes vrbes incolunt, & clerici ignobiles, locare poſſeſſiones ſuas colonis qui tributa cum cæteris vicanis penſitent. Solis enim Lutetianis datum eſt vt per ſe, agricolaſque ceu domeſticos, citra capitalis vllius illationis moleſtiam, rura ſua, & fundos circa vrbem exerceant. Notatur deinde ad eos qui cùm aliquid per ſe, ac perſonaliter facere teneantur, adhibent nihilominùs vicarias operas, alioſque ſufficiunt qui hoc agant. Poſſunt enim, niſi electa ſit perſonæ induſtria, vt in l. inter artifices. ff. de ſolution. veluti, quod ſæpè accidit, ſi eloquenti, primæque famæ patrono cauſa commiſſa ſit, & ille alium longè imparem ſubſtituat. Gloſſa in verbo, ſubrogato, cenſet ex hoc textu, vaſſallum poſſe inſeruire feudo per ſubſtitutum. Sed contrarium ſcribit Bodinus lib. 1. cap. 9. fol. 117. de Republ. quia hominium, ſeu homagium, vt loquimur, obſequiumque ipſum, ſeu ſeruitium, (qui etiam vernaculus ſermo eſt) vſque adeò perſonam ipſiuſmet vaſſalli exigunt, vt exhiberi non poſſint per procuratorem inuito domino, qui tamen cogere poteſt vaſſallum vt homagium, fidémque procuratori ſuo præſtet. Hoc perſequitur Bodinus fuſiſſimè eodem loco. Notandus verò etiam hic textus ad tributorum, & capitationis cauſam, vt quæ ſit ſemper prima, ac præcipua. Dixi ad lib. 10. inf.

Lex 17.

Placet noſtræ clementiæ, vt nihil commune clerici cum publicis actionibus, vel ad curiam pertinentibus, cuius corporis non ſunt annexi, habeant.

Lex iſta, ait gloſſa, lata eſt honeſtatis clericorum tuendæ gratia, nè ſcilicèt vel aduocati munus obeant, vel procuratoris in cauſis profanis, ac ſecularibus, maximè cùm fas non ſit his qui ſacra miniſteria exhibent, ſiue qui illa percipiunt, operari quicquàm niſi quod officii ſui diuina ſanxit inſtitutio, vt apud Dionyſium libro de cœleſti Hierarchia, cap. 3. Multò ergo magis abſtinere eos vult D. Auguſtinus libro, de opere monachorum, cap. 29. *à tumultuoſiſſimis perplexitatibus cauſarum alienarum in negotiis ſecularibus.* Sunt eius verba. Iungẽdáq; in hoc ipſum lex, repetita. hoc tit. infrà. Vetuit autem vnicè ordo ampliſſimus an. 1616. die 18. Februarii, nè vnquàm religioſis mãdetur epiſcopi, Archidiaconiue iuriſdictionéue vnquã officiales fiãt, vt vulgus vocat, quicũque poſſeſſioni inducatur titulus. Agebatur de Auguſtino monacho, (ei nomen, Hugo Agogué) curione S. Honorati Blæſenſis qui quinquẽnali poſſeſſione cõtinuata ab eo publicè, citraq; cõtrouerſiam, licẽtia ſuperioris, vitæque honeſtate depellebat intẽtionem agẽtis. Abuſiuum tamen eſſe id placuit, contrariumque profeſſioni monaſticæ. Exceptio tantum vna eſt, ſi nempe, vt quotidie cernitur, vel propriam, vel eccleſiæ ſuæ cauſam proſequantur monachi, aut ſi pro miſerabilibus perſonis agant clerici. Partem enim illam fori ſecularis eis indulſit concilium Lateranenſe ſub Alexandro III. parte prima, cap. 12. Iure autem ſingulari, ac priuilegio poſtulant eccleſiæ Pariſienſis canonici in Senatu, in quo propterea patroni ferè ſemper ex tanto collegio in hunc diem viſi ſunt.

Avth.

Interdicimus. Clerici ad tabulas ludere, aut aliis ludentibus participes eſſe (vulgus noſtrum hoc dicit, *eſtre de moytié*) *aut inſpectores fieri, aut ad quodlibet ſpectaculum, ſpectandi gratia, venire prohibentur.*

Similis prohibitio eſt in cap. 27. additione 3. in capitular. Car. mag. & in can. 50. ſynodo 6. in Trullo, vbi vide Th. Balſam. Verba autem concilii Senonenſis, cap. 25. ſunt hæc: *Clerici nè in publica ludant pila, aut aliis ludis, maximè cum laicis: à ludo aleatorum, aliiſque qui à ſorte pendent, abſtineant, neque ludentium fautores, ſpectatores, aut teſtes exiſtãt: nam ſe admiſceant choreis publicis*, &c. Ratio eſt in concilio Pariſienſi, 3. lib. 1. can. 38. Illis enim, inquit, magis conuenit lugere, quàm ad ſcurrilitates, ſtultiloquia, & cæteras vanitates, quæ animam chriſtianam à rigore ſuæ rectitudinis emollire ſolent, in cachinnos ora diſſoluere, &c. οὐδὲν οὕτω παροξύνει θεὸν, ὡς τὸ παρ᾽ ἀξίαν ἱερᾶσθαι. ait D. Chryſoſt. homil. 41. in Matthæ. Id eſt: *Nulla re magis Deus offenditur quàm ſi à ſacerdotali dignitate diſcedat qui ſacerdotio decoratus eſt.* Plures autem alias interdictionis iſtius cauſas vide, ſi lubet, in glo. pragm. ſanctio. tit. de ſpectaculis in eccleſia non faciendis: atque apud Aufrerium, ad quæſt. 193. in deciſ. Cap. Toloſ. vbi reperies quàm dedeceant clericos varia quæ vtroque illo loco tractantur. Gloſſa tamen noſtræ huius Auth. excipit ludum ſcacorum, quoniam, ait, ingenioſis aptiſſimus eſt, omniaque ingenii, magis quàm fortunæ ſunt. Panormitanus ad cap. clerici. 2. de vit. & hon. cler. fritillos etiam, tabulaſque luſorias admittit, quod ingenii, fortunæque mixturam habeant. Permulta in id Gallis ex idiotiſmo vulgari nomina.

Lex 18.

Parabolani qui ad curanda debilium ægra corpora deputantur, ſex-

centos

centos conſtitui præcipimus: ita vt per arbitrium epiſcopi Alexandriæ eligantur.

Cenſet gloſſa ex hoc textu collegium medicorum ordinandum eſſe à loci cuiuſque epiſcopo, propter officium pietatis quo defunguntur in curandis infirmis. Sed vrbium, oppidorumque vniuerſitates iſtud ſibi hodie vendicant ex ratione legis 1. de decr. ab ord. fac. ff. atque ex eo quod tradit Schol. Ariſtoph. in Acharnenſib. de medicis publicè electis apud Athenienſes. Tiraquellus deinde cap. 31. de nobilit. num. 420. & 421. Turnebus, ac Cuiacius iure exiſtimant parabolanos fuiſſe quoſdam qui audacter, temerè, ſpretiſque, & poſthabitis quibuſcumque periculis, neque vllius peſtiferæ luis contagione territi ſpondebant ſe, ac vouebant, quaſi obuias victimas, ſaluti publicæ, prout admiſſi fuiſſent à tribunis valetudinis. Παράβολος, ait Turnebus lib. 13. cap. 23. aduerſar. homo eſt audaciæ proiectæ, & ad obeunda pericula præceps, ac temerarius: additque exemplum de iis qui ægrotos in Alexandrina ciuitate curabant, graſſante peſte, in noſocomiis. Sententia illa Turnebi Cuiacio ita placuit, vt de parabolanis loquens dicere ſoleret nuncupandos eos te vera temerarios medicos. Et ſanè alii inter medias perículoſiſſimæ cōtagionis clades eò ſe nihilominùs coniiciunt vt rem quoquo modo faciant: maximéque id in iuuenibus chirurgis cernitur, propoſito eis magiſterii chirurgici præmio ſi malo publico ſuperfuerint: aut ſi (& hoc frequentius) per aliquot annos in noſocomiis eam ipſam operam, κατὰ πολλὴν ἐμπειρίαν τὰ παράβολα, quod dixit Plutarch. in Cæſ. id eſt periculoſiſſimè, proiectáque audacia, vt vertit Turnebus fœliciter, ſuæque ſalutis immemores præſtiterint. Alii verò religioſiſſimè, κατὰ φιλανθρωπίαν, ſolóque pietatis chriſtianæ affectu profundunt animas vt pereuntes in aliquo ſubleuēt. Sic D. Chryſoſtomus ad cap. 3. epiſt. ad Epheſ. homil. 6. ἐν ἤθικῷ, ſcribit D. Paulum attuliſſe ad ſuas prædicationes προθυμίαν ζέουσαν, καὶ παράβολον. Veráque ea acceptio eſt verbi, παραβολεύεσθαι, in fine capitis 2. epiſt. ad Philippenſ. Cùm enim vetuſtiſſimus interpres legiſſet de Chriſto, domino noſtro, παραβολευσάμενος, reddidit eodem verbo, parabolatus animã ſuam, id eſt, expoſita anima ſua, metaphora ſcilicèt ducta à parabolanis. Primus hoc aduertit Ioſeph. Scaliger. Neque Alciati, cæterorúmque ſententias memoro. Meus enim hic delectus placet magis eruditioribus.

LEX 19.

Eum qui probabilem ſeculo diſciplinam agit, decolorari conſortio ſororiæ appellationis non decet, &c. *matrem tamen, filiam, atque germanam intra domus ſuæ ſepta continere poteſt. In his enim nihil ſæui criminis exiſtimari fœdus naturale permittit.* Iſta ex textu.

Componenda ſunt capita 108. lib. 1. & 109. atque 172. lib. 5. in capitular. Car. mag. vide autem q. 449. & q. 347. atque ibi Aufrerium, in deciſ. Capel. Toloſ. vbi permulta loca congeruntur ex conſtitutionibus canonicis, vt liqueat periculoſiſſimum eſſe & re, & exemplo à præſcripto huius legis recedere. Hoſpitiolum tuum aut rarò, aut numquàm mulierum pedes terant, ait D. Hieronym. lib. 2. epiſt. 12. ad Nepotianum, de vita clericorum. συνεισάκτους γυναῖκας Græci vocant, Latini ſubintroductas. Dixerunt & ἀγαπητὰς, imò ἀδελφάς. Vide de his plura apud eumdem Hieronym. lib. 2. epiſt. 9. Quo tamen caſu Speculator cēſet tit. de denũtiatione, §. 2. monitionem charitatiuam, vt loquitur, id eſt priuatam, atque ſine teſtibus, præcedere oportere denuntiationem publicam. Poſteà, inquit, debent adhiberi vnus, vel duo teſtes, trináque illud monitione iterandum eſt. Quod ſi ſpernatur epiſcopus, tunc ſuperiori denuntiandum eſt. Hunc agendi, ſeu procedendi ordinem, vt vocant, ex Speculatore adiicio, licèt aliâs in euerſo hoc ſeculo planè inanem, atque inutilem nemo neſciat: ſed vt vt ſit, antiquata iſta in hoc profuerint, quòd nihilominùs doceant non ita temerè culpandos, inſimulandóſque eſſe presbyteros, maximè verò prælatos eccleſiæ, ex ſingulari ra-

Digitized by Google

tione quam tradit D. Hieronymus epiſt. ad Heliodor. Quinimò nec prælatos ſolùm, ſed omnes in genere, qui dignitate aliqua præfulgeant, arg. l. non debet. ff. de dolo. Addit idem Speculator tit. de inquiſitione. §. 3. num. 14. quod & hodie valdè notandum eſt: inquiri videlicèt non debere in vitam, & mores prælati niſi ab eius capitulo, & canonicis, apud quos ſi illæſa ſit eius exiſtimatio, negat vlteriùs progrediendum eſſe ab extraneis. Melius eſt, ait D. Bernardus homil. 25. in Matth. propter bonos etiam malos fouere, quàm propter malos etiam bonos contemnere. Propter bonos ergo ſacerdotes etiam malos honorate, nè propter malos etiam bonos contemnatis. Sic ille.

Matrem tamen, &c.

Anno 1604. 3. Febr. dicentibus Alemano, & Io. Nigro, cenſuit Senatus expellendam eſſe de muſæo, ſeu collegio Pleſſeio, in Academia Pariſienſi, vetulam quamdam, vnius è præceptoribus gymnaſii illius matrem octogenariam, licèt ad præcipuum cauſæ ſubſidium recitaretur hic textus. Statutum enim Academiæ, ſeruatique ab antiquo mores vetant indiſtinctè nè mulieres, cuiuſcumque ætatis ſint, in gymnaſiis morentur, quamuis ſecùs fieret in celebri illo Athenæo Burdigalæ cui olim Auſonius præfuit, vt ex erudita illius poëſi planiſſimum eſt, at verò in ſcholis Soſipatri Chariſii, Nonii Marcelli, Æmylii Probi, & plæriſque aliis veterum. Sed aliud ſemper moderatoribus Academiæ Pariſienſis viſum eſt, nè adoleſcentum animis turpia forſan exempla noceant. Et cùm Vincentius Rafarius, egregius ſcholæ Lexoueæ rhetor, decanatum prouincię Bituricenſis diu ſatis in eadem Academia obtinuiſſet, ſtatim atque vxorem duxit, ſuffectus eſt alius decreto Academico, quod & confirmauit Senatus anno 1589 dom. Briſſonio præſide. Dicebam in cauſa pro Rafario aduerſus Academicos menſe Maio, in qua proinde vicit eorum ſententia qui contendunt Academiam Pariſienſem corpus eſſe magis eccleſiaſticum, quàm laïcum, vt olim ſcripſit Panormitanus ad cap. ex litetis. & ad cap. extirpandæ. §. qui verò. ext. de præbend. quamuis anno 1587. vindiciæ dictæ ſint, tanquàm in corpore laïco, ſecundum Hamiltonium, Coſmanæ curæ Pariſienſis parœcum presbyterum, perorantibus dom. Seruino, hodie fiſci patrono, & Anton. Oyſellio, quorum eximiæ actiones conſignatæ ſunt monumentis publicis.

Avth.

Epiſcopo nullam mulierem ſecum habere permittitur.

Ratio eſt apud Gregorium Nazianzenum epiſt. 22. cuius initium, *εἰμὶ μὲν ποιμὴν*. Sic enim Gregorius, eius pater: *λύχνος δὲ τῆς ἐκκλησίας, ὁ ἐπίσκοπος. ἀνάγκη τοίνυν ὥσπερ, ἐκείνου καθαρῶς μὲν ἔχοντος, ὀρθῶς ἀγλαΐζεσθαι τὸ σῶμα, μὴ καθαροῦ δὲ τυγχάνοντος οὐκ ὀρθῶς*, &c. Latinè loquentibus ita fuerit *περιφραστικῶς*: *Lucerna eccleſiæ eſt epiſcopus: per eius mores puros, vel impuros bellè habet, aut laborat corpus eccleſiæ cui præpoſitus eſt.* Verba Paſchalis papæ hæc ſunt in can. vlt. 2. q. 7. *Epiſcopi ſemper ſecũ presbyteros, & diaconos, aut alios boni teſtimonii clericos habeant, vt, ſecundum Apoſtolum, & ſanctorum patrum inſtituta, poſſint irreprehenſibiles inueniri.* Duæ autem epiſtolæ apud Gregorium magnum, nempe ep. 39. & 40. ſic inſcribuntur: vt epiſcopi cum mulieribus non habitent, &c. &, quòd epiſcopi cum mulieribus habitare non debeant. D. Auguſtinus de D. Ambroſio lib. 6. confeſ. cap. 3. *Cœlibatus tantũ eius mihi laborioſus videbatur.* Sic ille. In quo cũ & interdictas iampridẽ nuptias tam epiſcopis, quã vniuerſis etiã clericis, nemo neſciat, delibabo paucula ex iis quæ affluenter exundãt apud auctores rei eccleſiaſticę claſſicos. Scribit enim Hieronymus contra Vigilantium in hæc verba: *Quid facient Orientis eccleſiæ? quid Ægypti, & ſedis Apoſtolicæ quæ aut virgines clericos accipiunt, aut continentes, aut ſi vxores habuerint, mariti eſſe deſiſtunt?* & in Apologia contra Iouinianum: *presbyteri, diaconi, aut virgines eliguntur, aut vidui, aut certè poſt ſacerdotium pudici* Verba concilii Carthaginenſ. 2. can. 2. *Epiſcopos, presbyteros, diaconos, & qui ſacramentis diuinis inſeruiunt, continentes eſſe in omnibus ita placuit, vt quod Apoſtoli docuerunt, & ipſa ſeruauit antiquitas, nos quoque cuſtodiamus. Ab vniuer-*

vniuerſis epiſcopis dictum eſt, omnibus placet, vt epiſcopi, presbyteri, & diaconi, vel qui ſacramenta contrectant, pudicitiæ cuſtodes, etiam ab vxoribus abſtineant. Iuo Carnutenſ. lib. 4. decret. *Aliter ſe Orientalium traditio habet eccleſiarum, aliter huius ſanctæ Romanæ eccleſiæ. Nam illarum ſacerdotes, diaconi, aut ſubdiaconi, matrimonio copulantur. Iſtius autem eccleſiæ nullus ſacerdotum à ſubdiacono vſque ad epiſcopum licentiam habeat coniugiam ſortiendi.* Sanctitatem denique in contrectandis ſacris, miniſteriiſque eccleſiaſticis exoptauit ſemper chriſtiana omnis vetuſtas, matrimonium autem quamuis honorabile, ſanctum tamen non eſt, ait D. Chryſoſtom. hom. 30. epiſt. ad Hebr. verba eius ſunt, τίμιος ὁ γάμος, οὐχ ἅγιος. Paucissima hæc è multis. Vide, ſi lubet, Baronium tomo 1. Annalium, ad an. Chriſti, 58. cap. 16. vſque ad cap. 30. Bellarm. lib. 1. cap. 19. controuerſ. & Creſpetium in ſumma diſciplinæ eccleſiaſticæ.

LEX 20.

Si quis presbyter, &c.

Notant practici hæc verba: Aut domino poſſeſſionis, &c. *pour les droicts de deserance appartenents aux ſeigneurs hault Iuſticiers.* Quibus complectenda eſſe cenſuit Molinæus non modò iura hæreditatum quæ, ſpuriis ſine prole legitima intra ſuæ iuriſdictionis fines decedentibus, deſertæ ſunt, & vacant, ſed etiam bona Metæcorum, quos Albinos dicimus. Sic enim ille ad artic. 188. conſuet: Borbon. ſed eius opinio non obtinet, traditque rationem Bacquetius cap. 27. 28. 29. 34. de iure Metæciæ, ſeu Albinatus. Quæſitum eſt vtrùm bona extranei qui in hoc regno vxorem duxerat, liberoſque ex ea ſuſceperat, deberentur Principi iure Metæciæ, ſeu Albinatus, maximè in Melodunenſi territorio, in quo, & eo ipſo caſu, addicenda eſſe bona fiſco ſtatuunt perſcripti mores cap. 6. Molinæus enim ad eum locum cenſet contrarium, niſi liberi extra regnum nati ſint, atque extra regni metas morentur: quod & Bacquetius ſecutus eſt tractatu, de iure Metæciæ, ſeu Albinatus. Diuiſas tamen conſultiſſimorum fori ſententias reperio ad columnam conſultoriam, aliis pro conſuetudine, aliis contrà ſentientibus: neque donatarius Principis auſus eſt vlteriùs progredi, audita maximè triumuitorum fiſcalium ſententia qui & emendandum caput illud conſuetudinis Melódunenſis palam, in exedra triumuirali, dixerunt.

LEX 21.

Ad ſimilitudinem, *Decurio, ſeu curialis, qui honorario titulo illuſtrem dignitatem conſecutus eſt, per ſubſtitutum, periculo ſuarum facultatum, curiæ muneribus ſatisfacere poteſt.*

Dignitas ſuperueniens, ait Baldus, non impedit quominùs quis poſſit ſeruire per ſubſtitutum. Hoc vulgò dicimus, *faire ſa charge par vn ſubſtitut.* In quo tamen diſtinguenda ſunt perſonalia munera à patrimonialibus. In perſonalibus electa, probatáue huius, vel illius induſtria non patitur vt ſufficiatur alter cuius inexplorata ſit, atque ignota peritia. Quotidiani textus ſunt in l. inter artifices. de ſolution. ff. cap. is cui. de off. deleg. & cap. ſi cui. de præb. in 6. dixi ad l. 57. mandatum. ff. mand. In patrimonialibus verò, cuiuſmodi ſunt decurionum munera, ſecùs. De ſolo enim ſubſtituentis periculo agitur. Sic videmus actuarios forenſes, & parœcianos, quæſtores ærarios, atque alios id genus complures quibus nihil ex ingenio, manúve pretio, ſed ex ſolis patrimonii viribus, vicarias vt plurimùm habere operas quibus efficiant quod vel nolunt, vel nequeunt. Vide & ad l. 16. quiſquis. ſup. hoc tit.

LEX 22.

Si qua per calumniam. *Clericus, qui de ſua ciuitate ad alias pro-*

ficiſcitur, literis epiſcopi munitus adueniat: quod ſi citra hanc fiduciam acceſſerit, ſibimet imputet quod non clericus, vel monachus putabitur.

Ira populariter Baldus, clericus peregrinus non habetur pro clerico niſi habear teſtimoniales ſuorum diœceſanorum lireras. Vide aurem de huiuſmodi teſtimonialibus, ſeu dimiſſoriis, commendatitiis, vel formatis ad l. 11. in eccleſiis. ſup. hoc tir.

Lex 24.

Id quod pauperibus teſtamento, vel codicillis relinquitur, non vt incertis perſonis relictum euaneſcat, ſed omnibus modis ratum, firmumque conſiſtat.

Aduerte hîc exceptionem à tegula generali qua viriatur legatum ratione incertitudinis, vr doeer fuſiùs Tiraquellus, priuileg. 46. de priuilegiis piæ cauſæ. Legaſſe aurem teſtaror intelligitur in dubio pauperibus ſuæ parœciæ, arg. l. quæ conditio. §. 1. ff. de condit. & dem. quod & ſtatuir coneilium Carthaginenſe, 4. can. 83. ſi tamen ſpecialis aliqua eccleſia deſignata ſit teſtamenro, cuius nomine ſinr plures in eodem oppido, tunc pauperiori debetur ex ſentenria Aufrerii ad q. 57. in deciſ. Capel. Toloſ. pendet id ex mero arbitrio iudicantium, maximè ſi apud ſuperiores iudices agatur, quatenus ſcilicèr huic vel illi perſonæ, vel vniuerſirari magis fauerint. Fauetur aurem maximè pauperibus in ambigua quæſtione volunratis teſtatoris ſi contra hæredes à latere inſtituta ſit actio, vt in Berchiani explicando teſtamẽro vidimus an. 1615. 26. Marrii, quo ille prochotrophio Aurelianenſi ſuos omnes quæſtus legauerat in hæc verba: ***Ie donne à l'hoſpital de cette ville d'Orleans toutes mes acquiſitions faites de tout le paſſé, & iuſques au iour de mon deces, leſquelles i'ay cotées de ces mots, de mes acquiſisions, ou, ſont de mes acquiſitions, en ce mien liure.*** Cum enim plura codicis illius capita reperirenrur, vel vſque ad ſedecim librarum millia, quibus verborum iſtorum inſcriptio non eſſet, contendebant, defendebántque validiſſimis rationibus iuris hæredes deberi tantum pauperibus bona de quibus inſcriptum caput cerneretur, textuque in id diſertiſſimo nitebantur in l. legata ſupellectile. de ſup. leg. ff. prætermitto cæteros qui numeroſiſſimi ſunt. Vicit tamen fauor pauperum in quæſtione voluntatis aduerſus hæredes à latere: ſatiſque eſſe exiſtimatum eſt nihil aliud reperiri in toro eo codice teſtaroris domeſtico in quo teſtamentum illud holographum ſcriptum fuerat, præter bona quæſira, nihilque de patrimonialibus admixtum fuiſſe. Perorabant Iac. Talæus, & Pleſſius, litigatores vocabantur, Duchonii. Si concurrant parentes, vxor, frater, ſoror, non quærimus cui acquiratur, ſed cui honor habitus ſit, ita lex 3. §. 1. de legat. præſt. ff. nec probar proinde Cuiacius opinionem Orientalium qui edictum illud de legat. præſtandis, ſublatum hodie exiſtimant, quaſi legata de quorum præſtatione ambigitut, præſtari debeant omnibus. Denique in illa interpretatione mentis defuncti quæ tota in coniectutis eſt, maior ferè ſemper iuridieis, quàm teſtatori gratia debetur à victoribus, arg. l. in prætoriis. de prætor. ſtipul. Vnum ſubüciam ex Molinæo ad conſuet. Pariſ. §. 22. num. 133. nempe in legatis, & donarionibus quæ piis locis, perſoniſq; miſerabilibus fiunr dominium quæri ipſo iure, ac ſine traditione quod & docet lex vlt. de ſacr. Eccl. ſup. tamen acceptatione opus eſt, ſeruaturque, nullo excepto, ſumma deciſio legis, hoc iure. de donat. legis vlt. de legation. ff. & capiruli, ſi tibi abſenti. de præb. in 6. cuius frequentiſſimus vſus eſt in beneficiis Eccleſiaſticis, vt ſcilicèt ius in eis non quæratur niſi ſequatur acceptatio. Dixi fusè ſatis ad l. illud. ſup. de ſacr. Eccl. & ad l. 13. qui ſemiſſes. ff. de vſur.

Lex 25.

Cum clericis.

Vulr clericos Conſtantinopolitanos vocandos eſſe in ius coram Patriarcha Conſtantinopolitano, nec vlli alij licere de eorum cauſis cognoſcere. Quò & pertinet Synodus

nodus Calchedonenſ. can. 9. atque conſtitutio Franciſci I. an. 1539. in princ. temperamento tamen hoc addito, dummodò ſint ambo litigatores clerici: & hoc ſeruamus: fruſtráque hodie lex 31. omnes clerici. inf. hoc tit. quæ cognitionem tribuit prouinciarũ rectoribus, ſi clerici extra Cõſtantinopolim morẽtur. Paſſim enim in Gallia contrarium obtinet, licetque appellare ſuperiorum Eccleſiæ tribunalium iudices donec tertia conſimilis feratur ſentẽtia, tit. de friuol. appellation. in concord. quamuis aliud ſanxiſſet Carthaginenſis Synod. can. 99. ſed ibi hoc inflectit ad ſolos clericos Th. Balſamo, maximè in electis iudicibus de quibus agit canon ille 99. at verò, & D. Auguſtinus epiſt. 167. cuius verba hæc ſunt aduerſus Donatiſtarum pertinaciam quæ ſiſti numquam poterat quæcumque darentur, & ab Imperatore Conſtantino, & ab electis iudicibus iudicia: diabolus ipſe, ait, ſi auctoritate iudicis quem vltrò elegiſſet, toties vinceretur, non eſſet tam impudens vt in ea cauſa perſiſteret. Plura eo loco. Quæſitum verò eſt de commentarienſi laico Epiſcopalis carceris, an Iuriſdictionem ſubire debeat Epiſcopi, ſi de euaſione captiui agatur: videbatur enim debere, cum ſit de familia iudicis Eccleſiaſtici, & in exequendæ iuriſd. miniſterio deliquerit: tamen cùm citatus in id perſonaliter ad Epiſcopale tribunal fuiſſet, appellaſſetque tanquam ab abuſu à citatione, pronuntiauit Senatus in comitiis Iuridicis Pictonum, an. 1531. abuſum fuiſſe Iuriſdictione ſua Eccleſiaſticum iudicem. Vetus hoc Senatuſconſultum ex accuratis patroni illius ætatis aduerſariis didici, eóque iure vtimur.

AVTH.

Sed hodie. *Clerici in qualibet cauſa criminali, vel pecuniaria, amplius 4. ſiliquis dare cogendi non ſunt.*

Item, *Epiſcopus pro rebus Eccleſiæ nihil praſtet nomine ſportularum.*

Vide cap. cùm ab omni. & gloſſam integram. ext. de vita & honeſt. cler. atque Harmenopulum lib. 1. tit. 4. cap. de Sportulis, quas vocat, ἐκταγιαλικὰ, vbi de modo Sportularum, quæ vel ſint grauiores, vel leuiores, vt tempora tulerunt, provtque indultum eſt auaritiæ iudicum. Quanta autem vilitas eſſet Sportularum de quibus hæc Auth. coniici poſſit vel ex eo quòd ſiliquam, viceſimam-quartam partem ſolidi eſſe ſcribat Iſidorus lib. 16. originum cap. 24. eamque interpretationem ad hanc Auth. probat Antonius Auguſtinus lib. 2. emendatio. cap. 9. Conſtitutio autem hæc verè localis, politicáque eſt, vt quam mutarunt tempora, & mores, provt vbique gentium non principibus, ſed iudicibus ipſis viſum eſt. Ita vt fruſtrà ſcripſerit in ſemeſtribus ſuis Langlæus, Senator Armoricus, ſpectandas eſſe cauſas, perſonas, ac lites ex quibus accipi non debeant ſportulæ. Sancta equidem fuere illa tempora, cùm vel quatuor duntaxat ſoluebantur ſiliquæ, vt in hoc textu, vel triobolum, vt tradit Suidas, in verbo, βακτηρία, mercedem eam cuiuſque iudicij fuiſſe Athenis. Hodie autẽ in immenſum abiret audacia, niſi ſupremarum huius regni curiarum auctoritas frænos iniiceret æſtuanti auaritiæ prouincialium iudicum, quorum magna pars totam patrimonij ſubſtantiam, aut etiam amplius in magiſtratuum, Iuridicinarumque pudendas emptiones intulit. Dicam nihilominus ad tit. de ſportul. inf. lib. 3. vt loco idoneo, ſpecialia quædam iura quibus ſi ſportulas nummarias, ſeu δικαστικὰ, exigere quaſi à debitoribus eſt nefas, at certè litis terminatæ inſtrumenta retinere, per noſtros mores, liceat. Sæpe enim qui vicit parum curat iudicium ab actuariis redimere, niſi vel præſenti, paratóque in id feratur commodo, aut ei opus ſit inſtrumentis quæ apud iudices ediderit. Soli ferè beneficiarij clerici, qui ſuperiores in lite exiſtunt, ſubita, liberalíque manu effundunt quicquid ſportularum nomine dictum ſit ab actuario, vel ſi annuus eſſet beneficij controuerſi reditus.

LEX 26.

Decernimus. *Reliquiæ ſanctorum martyrum arbitrio Epiſcopi*

bent in Eccleſiis collocari: neque inferendæ ſunt in loca populi voluptatibus fabricata: quod idem de venerabili Cruce.

Dixi de martyrum reliquiis ad l. nemo Apoſtolorum. & ad l. Nemo martyres. ſup. de ſact. Eccleſ. de cruce etiam quæ hîc piè appellatur venerabilis, ſublegi ex ſcriptoribus Eccleſiaſticis nonnulla ad Auth. ſed nouo iure. ſup. hoc tit. verba Io. Damaſceni lib.4. ortodoxæ ſidei, cap.12. ſunt hæc: προσκυνητέον τοίνυν τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ. ἔνθα γὰρ ἂν ᾖ τὸ σημεῖον, ἐκεῖ καὶ αὐτὸς ἔσται. τὴν δὲ ὕλην ἐξ ἧς ὁ τύπος τοῦ σταυροῦ συνίσταται, εἰ καὶ χρυσὸς, ἢ λίθοι εἶεν τίμιοι, μετὰ τὴν τοῦ τύπου, εἰ τύχοι, διάλυσιν, οὐ προσκυνητέον. *Adorandum*, inquit, *ſignum Chriſti eſt: vbi enim erit ſignum eius, illic & ipſe erit. Materia autem ex qua figura crucis exprimitur, ſiue ſit aurum, ſiue lapides pretioſi, aut alia quæuis materia, ſi reſoluta caſu forma, ſeu figura fuerit, adorandum non eſt quod ſupereſt.* Rationem reddit eodem loco, adorare nimirùm Chriſtianos figuram crucis, rametſi ex alia materia facta ſit, quia non materiam venerãtur, ſed figuram, tanquam Chriſti ſignum, ἀλλὰ τὸν τύπον, ait, ὡς χριστοῦ σύμβολον. Hoc & idem Leonrius, Neapoleos Cypri Epiſcopus, Apologetico.5. pro Chriſtianis contra Iudæos de Imaginibus Sanctorum. Paucula hæc è multis vt adiicerem, impulit me conſtitutionis huius imperatoriæ occaſio, cui adſtipulatur omnis Chriſtiana vetuſtas immota in hunc diem orthodoxis. Pudeat innouaſſe & iſtud.

LEX 27.

Quiſquis emeritis militiæ ſuæ ſtipendiis, expletiſq; officiis, &c. *ad conſortium ſe contulerit clericorum: non abſtrahatur importunis intentionibus à Dei templis quibus ſe conſecrauit: ſed in iiſdem beatiſſimis miniſteriis ſecurus permaneat, & quietus, ad quæ, poſt longi laboris laſſitudinem, ob reliquæ vitæ requiem, conſilio meliore pertractus eſt.*

Iunge legem, Deo nobis. §.1. inf. hoc tit. facienda autem hîc interpretatio eſt ex veteri Chriſtianorum hiſtoria qui eùm, ingraueſcente ætate, de rationibus vitæ poſtumis cogitarent, ſecedebant vt plurimùm, abiecta omni armata, vel ciuili militia, in monaſtetiorum lauras, σεμνεῖα, καὶ ἀσκητήρια, aut applicabant ſeſe quieto alij, quod magis placeret, clericorum conſortio. Edicta enim, ante Leonem Imperatorem, qui huius legis auctor eſt, vetabant illud præcipuè, vt liquet plus ſatis ex l. quidam ignauiæ ſectatores. Quæ eſt Valentiniani & Valentis, inf. de decurionib. hoc & ſcribit Paul. Diaconus lib.11. de geſtis Romanorum. Imò & apud nos, ne monachi fierent, niſi licentia impetrata priùs à principe, leges erant, vt ex capitularibus Car. Magn. collectis ab Anſegiſo lib.1. cap.120. Frequentiſſimus tamen viris maximis, poſt nauatam Reip. in rebus belli, paciſque arduis, operam, contingebat ille ſeceſſus, vt dixi, de quo elegãtior nulla fuerit lectio quàm apud Aurel. Prudentium, in præfatione libri καθημερινῶν. Cùm enim militaſſet non ſine gloria ſub Honorio, atque præfectus vrbi fuiſſet, poſteàque, vt erat magni ingenij vir, ſummis apud Principem dignitatum titulis claruiſſet, ſolis tandem, ait ille, hymnis Dei canendis totum ſe, in otio religioſo, dedidit. Hoc & ipſum Caſſiodorus, cuius quanta, ſub Theodorico Rege Italiæ auctoritas, docent variæ, quæ præ manibus omnium ſunt, epiſtolæ. Eò etiam deſiit ſenectus Romarici, inter Francos veteres. cùm enim in aula Theodeberti Francorum Regis primus eſſet, renuntiauit ſeculo, & ad monaſticam cœnobij Luxouienſis (vulgò, *Luſſeu*, apud Burgund.) obſeruantiam ſe tranſtulit. Refero verba ipſa Martyrologij, & Abb. Tritthemij, de viris illuſtribus. Allegari ſolet inſuper hic textus vbi parentum querela eſt repoſcentium à monaſteriis inuitos liberos.

LEX

LEX 28.

Nulli licere. *Quod captiuorum redemptioni relinquitur, ſi deſignata non ſit perſona per quam redemptio fiat, nec eorum qui redimendi ſunt, tunc Epiſcopus illius ciuitatis ex qua ortus eſt teſtator, pium defuncti propoſitum implere debet, quòd ſi teſtator barbaræ ſit nationis, & de eius patria aliqua emerſerit ambiguitas, Epiſcopus ciuitatis, in qua mors contigit, piæ rei negotium exequetur. Vniuerſi autem qui id quomodocumque cognouerint, quod fraudatorum calliditate celatur, veritatem in publicas aures, lucemq́, citra delationis periculum, deducant.*

Præcipua huius legis ratio eſt tam ex can.39. in canonib. Apoſtol. vbi dicitur creditum eſſe Epiſcopi fidei vniuerſum populum, quàm ex cap.30. libri 2. Apoſtolicarum conſtitutionum, qui Diuo Cleměti tribuitur, vbi, inter cætera Epiſcopi elogia, maximum illud eſt, vt ſit pietatis magiſter. Vide Th. Balſamon. ad Photij nomocan. tit. 2. cap. 1. fuſum enim eo loco ſcholium de cura quam adhibere debent Epiſcopi vt executioni mandentur voluntates vltimæ, ſi quid minùs expreſsè, ac diſertè teſtator ſcripſerit. Hodie tamen regij procuratoris Spartam eam eſſe oportere, magis viſum eſt: ſolique ſæculares, id eſt regij iudices de huiuſcemodi cõtrouerſiis cognoſcunt, niſi aliter perſcripti prouinciarum mores ſtatuant, vt apud Meldas artic.39. & Tricaſſinos, art.116. Quod autem de captiuorum redemptione hîc ſancitur, inſtituti eã ſunt iamdudum religioſi S.Trinitatis (Mathurinos vulgus vocat) qui captiuos conquirant inter Turcas, Saracenos, & ſimiles, atque ab eis redimant. Et cùm referatur ad hunc textum materia executionis teſtamentariæ ab interpretibus, vide, ſi lubet, quod ad res noſtras faciat, apud Nic. Vallam tractatu, de rebus dubiis, in areſtis, vbi explicat conſuetudinem Pariſ. vtiturq́ue egregio ad eiuſmodi quæſtiones §. Iulianus. l. ſi certarum. ff. de teſtam. mil. Plura apud Pet. Rebufum, tractatu de ſententiis prouiſionalibus num. 70. deciſion. Capel Toloſ. q. 128. & ibi Aufrer. Imbert. in Enchirid. in verb. executor, & in lit. T. Ann. Rob. lib. 1. ca.3. rer. iudic. & commentatium Raguelli ad conſuet. Bituric. artic.22.23.42. qui nouiſſimè editus eſt. De his enim fuſiſſimè: notat verò inter cætera, ſi plures ſint executores teſtamentarij, non teneri eos inſolidum, ſeparataſque à ſingulis rationes confici.

Quod ſi teſtator barbaræ ſit nationis, &c.

Id verò reiicit vniuerſa Gallia. Bona enim extranei non indepti ius Gallicum ex diplomate regio, ſeu non naturalizati, vt loquimur, ſpectant ad principem iure albinatus, ſeu metœciæ, ſi decedat ſine liberis. Tractatur ex profeſſo à Bacquetio, cap. 18. parte 2. *du droict d'Aubaine*, vbi & citat hanc legem, atque nouellam, omnes peregrini. inf. comm. de ſucceſſionib. tanquam abrogatas vſu Gallico. Quædam attigi ad l. ſi quis preſbyter. ſup. hoc tit. perſequar cætera ad d.nou. omnes peregrini.

LEX 29.

Si quemquam. *Nemo gradum ſacerdotii, pretii venalitate mercetur. Quis enim locus tutus, & quæ cauſa eſſe poterit excuſata, ſi venerunda Dei templa pecuniis expugnentur? quem murum integritatis, aut vallum fidei prouidebimus, ſi auri ſacra fames in penetralia veneranda proſerpat? ceſſet altaribus imminere profanus ardor auari-*

tiæ: & à ſacris adytis repellatur piaculare flagitium. Non pretio, ſed precibus adiuuetur antiſtes, tantùm ab ambitu debet eſſe ſepoſitus, vt quæratur cogendus, rogatus recedat, inuitatus effugiat, ſola illi ſuffragetur neceßitas excuſandi. Profectò enim indignus eſt ſacerdotio, niſi fuerit ordinatus inuitus.

Notum eruditis quid ſcribat Ammianus lib. 27. de Damaſi, & Vrſicini ardente, ſupra humanum modum, ambitu ad rapiendam epiſcopalem ſedem, vel circa initia naſcentis eccleſiæ, & quàm ſciſſis ſtudiis progreſſi ſint aduſque mortis, vulnerumque diſcrimina: ſunt enim verba Ammiani. Atque vt ex immenſo ad noſtræ Galliæ metas calamum referam, acres in hoc ſunt querelæ Gregorii magni lib. 7. epiſt. 110. ad Ætherium Lugdunenſem, cap. 1. & epiſt. 113. ad Brunichildem, Reginam, cap. 2. eod. lib. 7. at verò & epiſt. 53. ad Childebertum, Francorum Regem, lib. 4. in regiſtro. Longior eſſem in proferendis ipſis textibus. Recenſebo pauca hæc ex concilio Aurelianenſi, 2. can. 4. Si quis ſacerdotium, per pecuniæ nundinum, execrabili ambitione, quæſierit, abiiciatur vt reprobus, quia Apoſtolica ſententia donum Dei eſſe præcipit pecuniæ trutina minimè comparandum. Hoc & ipſum in concilio Cabillonenſi, 1. cap. 16. Vetabant propterea conſtitutiones canonicæ nè quis in prælatum eccleſiæ eligeretur niſi qui multùm anteà probatus fuiſſet, proponebanturque vbique programmata vt excitaretur pietas eligentium. Tangit eum morem Lamprid. in Alex. Seuero, meminit Bodinus lib. 5. cap. 4. de Republ. Varia denique in id Tiraquellus tractatu de pœnis temp. cauſa 51. num. 19. & ſeqq. Defugiebant verò boni, piique clerici, quòd epiſcopatus ſit operis nomen, non honoris, vt docent D. Auguſt. lib. 19. de ciuit. Dei, cap. 19. Quinimò ad terrorem vſque, cum ſcribit ille ad Valerium Hipponenſ. eccl. coëpiſcopum epiſt. 148. & Syneſ. ep. 57. ac 96. Greg. Nazian. apolog. 1. Et quoniam quiſquis epiſcopatu fungitur, debet eò ſemper collimare, eamque curam ſuſcipere vt rectè, ac ritè omnia, per commiſſam ſibi diœceſim, componat, ἁρμοςτὼ ex eo epiſcopum vocauit Dionyſius libro de eccleſiaſt. Hierarch. in quo proinde de populis, qui epiſcopi fidei crediti ſunt, ac perierunt, periculoſiſſimas fore olim rationes comminantur acerrimè Ezech. Hierem. Iſai. & can. 39. in canonib. Apoſtol. Sed iſta nihilominùs vicit ſemper æſtuans ardor dignitatum, procedendi libido, ac immane affluentis fortunæ votum. Nihil enim facilius, ac lætius, & hominibus acceptabilius ſi perfunctoriè, atque adulatoriè res agatur, ait D. Auguſt. d. ep. 148. vnde apud nos tam apertæ, propudioſæque ferè ſemper fuerunt dinundinationes, tamque impia, in perſonatis illis electionibus, commercia, de quibus qua indignatione conqueſti ſemper fuerint boni, teſtantur D. Bernardus variis locis, Iuo, Pet. Blæſenſ. & alii. Vide etiam, ſi lubet, Budæum ad tit. de ambitu, ff. Alliſerat quidem veteres earum formulas pragmatica ſanctio: Suſtuleratque, ác mutauerat conuentio Franciſci, & Leonis X. tit. de regia ad prælaturas nominat. fac. ſed quàm peiore verſura, nemo hodie non videt. Hoc inter cæteros longo ſermone Chopinus lib. 2. tit. 10. de doman.

A v t h.

Quod pro hac cauſa datum eſt, & pretium quod expenſum eſt, reſtituetur eccleſiæ cuius ſacerdotium voluit comparare.

Componenda lex ſuperior, ad quam neceſſaria adieci. vide & §. præ omnibus, & ſeq. de ſanctiſſ. epiſcop. in auth. contra proxenetas epiſcopatuum, aliorumque ſacerdotiorũ oblato pretio. Habent tamen hodie ἱεροδόλοι perpetuos fiduciarios, & χρισ-τακείους, (ita bonus auctor) quibus interpoſitis hæreditate poſſident ſanctuarium Dei quod pretio non, vt quondam, occulto, & tacito, ſed aperto, ac publico emerunt. Adeò fœcunda culpæ ſecula, tantumque ſibi permittunt potentiores in ſacris. Tragicus non abs re hoc adiicit inter vulgarium diuerbia, in Elect.

Νέμει

Digitized by Google

Νέμει τοι δίκην θεὸς ὅτῳ τύχῃ.

Obſeruandum verò hîc, infames iſtas fiducias vindicari in Senatu, ſi ſcriptæ fuerint: reiici tamen teſtimonia, niſi, vt in cæteris, adiuuetur in partem vel ſcheda, vel aliis quibuſdam tantillis tabulis probatio, cùm aliâs totum nihil foret à meris, ſoliſque redemptis teſtibus. In Simonia ſolos teſtes ſufficere, citráque vllas auxiliares ſcedas, iudicarunt nouiſſimè conſilii magni iudices hoc menſe Aug. 1614. In Senatu autem perpetuus iudicandi ille mos. Quia Simonia non modò crimen eſt, ſed ad eius comparationem vt pro nihilo ſint cætera, vide cap. per tuas. 1. de Simon.

LEX 30.

Orphanotrophos. Orphanotrophi ſunt pupillorum quaſi tutores: propterea præſentibus publicis perſonis, id eſt tabulariis, res eorum eis tradendæ ſunt cuſtodiendæ.

Id eſt, ait Baldus, debent inuentarium facere, &, vt dixerat gloſſa, rationes reddere.

Propter timorem Dei, parentibus, atque ſubſtantiis, deſtitutos minores ſuſtentant, ac velut paterna affectione educant.

Subiiciendum eſt neceſſariò quod diſcimus ex l. quidam cùm filium. de verb. oblig. nempe Romanos, ſi darent aliquem in adoptionem, ſtipulari ſolitos ab adoptante vt eum obſeruaret vt filium. Quem morem adeò ſeruare præceptorem ſuum, Dynum, cùm hoſpitali brephotrophio Venetiarum præeſſet, ſcribit ad eam legem Bartolus, vt numquàm pateretur à Venero, vel alio, auferri expoſitum quempiam, ſibíque habere, quin priùs conceptis verbis promitteret obſeruaturum ſe illum vt filium. Fieri & hoc ipſum ab adminiſtratoribus brephotrophii ſancti Spiritus apud Lutetiam didici, cùm cauſas domus illius agerem anno 1586. vide & ad l. ſin autem. §. vlt. & duas ſeq. ff. de rei vendic.

LEX 31.

Omnes clerici. §. 1. Tamen ſi Conſtantinopoli reperiantur ibi poſſunt conueniri coram præfecto prætorio.

Agit de clericis qui apud ordinarios ſuos iudices, id eſt, vt loquitur Imperator, prouinciarum rectores, conueniendi ſunt, nec verò ad iudicia extraordinaria pertrahendi. In quo animaduertitur perſpicuè Conſtantinopolitani cleri priuilegium, vt ſcilicèt ſolus patriarcha Conſtantinopolitanus de clerici cuiuſque Conſtantinopolitani cauſis cognoſceret, l. cùm clericis, ſup. hoc tit. hodie iuridicis prouincialibus, qualeſcúmque illi ſint, cognitio ea interdicta eſt, ſolique epiſcopo Diœceſano, eiuſue officiali, vt vocant, relicta, ſi vterq; litigatorum ſit clericus. quod & ibi notaui. Iſta tamen vbi de ciuili negotio agitur. Secùs ſi de capitali, ſeu criminali, vt loquimur. Si enim de crimine oriatur quæſtio, trado ad auth. clericus. inf. hoc eod. tit. qua diſtinctione vtatur ius Gallicum. cui etiam diſtinctioni adiiciendum hoc ex decretis Senatus: remiſſionem nempe fieri oportere & in militari delicto, ſi modò clericus non ſponte, ſed iuſſu patrum, defenſorumq; ciuitatis, (maiores, Scabineoſq; dicimus) ſagum induerit ad tutelam vrbis in qua moratur, aliàs non militaturus. Sic epiſcopo Bellouacenſi redditus eſt clericus, cui nomen, Pet. Francoys, qui in ſtatione militari per imprudẽtiam vnum de ciuibus vulnerauerat, cùm & ille, & ciues cæteri vnà, ac ſimul proſtarẽt, cuſtodiæ cauſa, ad portam vrbicam. Maior, Pareſq; Bellouacẽſes petita eum remiſſione ſummouerant. Malè verò iudicatum pronuntiauit Senatus, adiecta tamen priuilegii regalis formula quam ad d. auth. clericus. refero. inf. Perorabant Pet. Martellerius, & Wil. Iolyæus

ann. 1616. Calend. Februat. Quod autem noſtra etiam hac lege dicitur de iis qui, ex prouinciis cùm ſint, reperiuntur Conſtantinopoli, vt ſcilicèt ſubire debeant iuriſdictionem præfecti prætorio: ſeruamus primùm ex edicto regio, poſſe omnes iudices cogere indiſtinctè quemlibet in eorum territorio deprahenſum, vt vel agnoſcat, vel neget chirographum cuius cauſa in ius vocatur: dicimus vernaculo noſtro, *que touts iuges ſont competants pour faire reconnoiſtre, ou nier vn ſing*. Immò & ſingulari iure ſibi Lutetia vendicat, vt quia, inſtar Romæ veteris, communem apud Gallos patriam refert, prehendi poſſint occurrentes in ea extranei, eorumque mobilia, auctore præfecti vrbi vicario. Quòd ſi lis Marte ſuo decurrere debeat, tunc quamcumque in ſpeciem, & licèt de ſoluenda Lutetiæ pecunia conuentum anteà fuiſſer, remittendus eſt is vnde petitur ad prouincialem ſuum iudicem, ſi popoſcerit. Recenſeo latum in id Senatuſconſultum ad l. hæres abſens. §. vlt. ff. de iudic.

§. *Hoc nihilominùs.* *In cauſis eccleſiaſticis nullum alium conueniri fas eſt, niſi eum quem diſpenſatorem pauperum, id eſt œconomum eccleſiæ epiſcopi tractatus elegerit.*

Hoc textu vtitur Vidus papa q. 321. vt doceat in cauſis eccleſiæ ſufficere citationem fieri œconomo, cuſtodi, ſeu Gardiano Franciſcanorum, vt loquitur: in cauſis verò vniuerſitatum, ſeu ciuitatum, vocandos, citandóſue eſſe conſules, decuriones, Scabineos. Cæterùm de œconomis dixi ad l. iubemus. de ſactoſ. eccl. ſup. vbi & oſtendo ex placitis curiæ legitimam eos hodie non habere perſonam ſtandi in iudicio, quæcumq; lis, aut cauſa ſeſe offerat ratione epiſcopatus cuius ſint œconomi.

§. *Præterea.*

Notandus §. in hoc, vt executores (dicimus, *les ſergents*) fatigare conuiciis, aut corporalibus iniuriis non debeant eum qui citatus, prehenſuſue ab iis fuerit. Dixi plura ad l. 3. ſi ſeruus. inf. de iis qui ad eccleſias confug. & ad l. 5. prohibitum. inf. de iu. fiſci. lib. 10.

AVTH.

Clericus. *In ciuili crimine ciuilis præſit iudex. Nec tamen puniatur clericus, etiamſi reus ſit inuentus, priuſquàm per epiſcopum ſacerdotio ſpolietur. Si verò crimen ſit eccleſiaſticum, epiſcopalis erit examinatio, & caſtigatio.*

Malè gloſſa docet ciuile crimen intelligi de adulterio, homicidio, falſo, & ſimilibus. Nam ciuile crimen hîc dicitur ad differentiam militaris quod ſortiebatur iudices militares veluti magiſtros militũ, alioſq; id genus. Vt autem Baldus, atque Paulus Caſtrenſis adiiciunt ex hoc textu, numquàm mandari executioni latam in clericum à ſeculari iudice ſententiam, antequàm clericus condemnatus exauctoretur, ſeu degradetur, vt loquimur, ita & ſolitum illud eſt ex vſu Gallico, niſi atrocius ſit crimen. Tunc enim ſi denegetur exauctoratio ab eccleſia, damnati ſunt ſæpè eccleſiaſtici à ſupremis tribunalibus, vltimóque ſupplicio affecti, non expectato diutiùs, qui eos ſacerdotii honore ſpoliaret, antiſtite. Ait enim Nouella Iuſtiniani, de mãdatis principũ, in hæc verba: non permittas priuilegiis aliquibus vti nocẽtes. Diſſimulari autem nõ poteſt cœptũ fuiſſe priuilegium iuriſdictionis eccleſiaſticæ in certis criminibus ſub Iuſtiniano. Verba enim tituli, vt clerici apud proprios epiſcopos primùm conueniantur. collat. 6. ſunt hæc: *Petiti ſumus à Menna, Deo amabili epiſcopo, reuerendiſſimis clericis hoc dare priuilegium.* Poſteà, eodem illo textu, indulgetur epiſcopis vt delicta eccleſiaſtica coërceant, in quibus & caſtigatione eccleſiaſtica, & multa opus fuerit, veluti, ait ibi gloſſa, & ad hunc etiam

Digitized by Google

etiam textum, ſi de articulis fidei agatur, ſi de Simonia. addit Cuiacius ad Nou. 79. ſi de ſacrilegio. Nec proinde reiiciendum quod nuper in hanc ipſam controuerſiam vir eruditus, quem audio eſſe in Heduo Senatu patronum, edidit, vt commonſtret qui reuera ſint *caſus priuilegiarii, ſeu priuilegiati*, vt loquimur, & quid caſus communis, cuius cognitionem ſibi, ſuiſque iudicibus recepit Imperator. Vt enim laudat ille conſtitutionem Philippi III. S. Ludoici primogeniti, qua ſancitum eſt anno 1274. ſpectandum eſſe modum vtendi in iuriſdictionibus, maximè eccleſiaſticis, perpetua in hunc diem acceptio illa eſt caſus ſeu regii, ſeu priuilegiati, vt referatur ad ea omnia crimina quæ rem, fidem, quietemque publicam reſpiciunt. Tria hæc explicantur latiſſimè, perque varias ſpecies à Vuil. Bened. ad cap. Raynutius. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam. deciſ. 2. num. 143. vſque ad 167. Cardinalem Balluam, inter cætera, longo ſermone meminit, quem per 14. annos carcere coërcuit Ludoicus XI. ob factiones. Explicantur etiam à Fr. Raguello, in indice reg. iurium, ad verba, *cas, ou delict royal, ou priuilegié*. ab Erodio, in praxi crimin. Car. Loyſ. tractatu, *dés ſeigneuries*. cap. 14. Denique hodie numquàm remittitur clericus ad ſuum iudicem niſi ſub conditione caſus priuilegiati, vt loqui mos eſt, formula enim vulgaris hæc eſt: *eſt rendu à ſon Iuge, à la charge du cas priuilegié, pour lequel aſſiſtera le Lieutenant criminel.* Debetur nempe hoc religioni, vt ſi, ex inſpectione litis, conſtet eſſe delictum eccleſiaſticum, relinquatur iudici epiſcopali cognitio: ſi contrà ſit priuilegiatum, ac regium, & in quo pœna ſanguinis infligi debeat, tunc κτ᾽ προστήμενον iudicet ſolus iudex regius. Optimè enim Pet. Blæſenſ. epiſt. 73. cùm ait in hæc verba: Sunt quædam enormia flagitia quæ potiùs per mundi iudices, quàm per rectores, & iudices eccleſiarum vindicantur, &c. Ita verò etiam & placet peritiſſimis, atque conſultiſſimis qui fatentur inuerſam eſſe ex vſu veterem illam priuilegii acceptionem qua conceſſa ſuit iuriſdictio epiſcopis ad certas delictorum ſpecies. De exauctorationibus, ſeu degradationibus dixi, quantum ſit ſatis, ad l. 2. de his qui not. inf. ff. qui plura deſiderauerit, legat Concil. Conſtant. ſeſſ. 15. Conc. Trid. ſeſſ. 13. ſub Iullio 3. cap. 4. decreti reformationis, Chopin. lib. 2. tit. 3. de ſacr. polit.

AVTH.

Licentiam habeat Epiſcopus quæcumque ante Epiſcopatum probatus fuerit habuiſſe, & quæcumque poſt Epiſcopatum, iure cognationis, vſque ad quartum gradum, ad eum pertinuerũt, ad quos voluerit, vltima voluntate, tranſmittere. Cæteris rebus alio modò acquiſitis ab eo, dominio Eccleſiæ reſeruatis, niſi in vtilitatem Eccleſiæ, vel in opera pietatis conſumpta ſint.

Gloſſa agit de remuneratione, vt quæ ſit loco beneficij collati. Obſeruandus verò apprimè hic textus ad donationes, liberalitates, beneficiáque id genus omnia quæ accipiuntur à prælatis. Niſi enim doceatur habitum fuiſſe tractatum, & factam fuiſſe remunerationem ob officia, miniſteriáque, ſeu ſeruitia, vt loquimur, præſtita non prælato, ſed Eccleſiæ, niſique de his conſtet fide optima, & publica, planè nihil actum eſt, irritáque erit donatio. Ita quotidie ex vſu, iudiciiſque, ac Senatuſconſultis, vbi quæſtiones eiuſmodi incidunt. Citari ſolent Bartolus ad l. & ſi forte. de caſtr. pecul. glo. ad cap. vlt. de pecul. cleric. Ioan. Galli q. 173. eóque ſenſu accipiendum eſt cap. relatum. 2. de teſtam. dixi ad l. iubemus. ſup. de ſacr. Eccleſ. Vide autem ad auth. quibuſcumque. illo tit. quid prælatis erga cognatos liceat in bonis eccleſiæ.

LEX 33.

Omnia priuilegia olim præſtita xenodochiis, orphanotrophiis, & cæteris illibata cuſtodiri debent ad ſimilitudinem zotici beatiſſimæ memoriæ, qui primus huiuſmodi pietatis officium inueniſſe dicitur.

Plura Chopin. lib. 3. tit. 5. de ſac. polit. & lib. 2. tit. 1. monaſtic. vide & Decium qui

Digitized by Google

docet conceſſa eſſe xenodochiis eadem iuta quæ Eeeleſiis. Habent vetò xenodochia non tantùm iudices tegios, ſed ipſum etiam apoeriſarium, ſeu magnum eleemoſynarium, vt dicimus. In eiuſmodi enim eauſis adeuntur, provt alterutra magis Iuriſdictio placuerit. quod nec ptætermiſit Molinæus ad ca.3. de teligioſ. Scribit autē D. Chryſoſtomus in Matthæum quod Th. Balſamo commēdat apprimè ad Synodum Conſtantinopolitanam can. 7. eſſe nimirùm longè ſatius donare xenodochiis, ac mendieis, quàm Eccleſiæ. Quoniam, inquit, quæ ſunt Eccleſiarum & tempus corrumpit, & tyranni auferunt: quæ autem data ſunt pauperibus, nè diabolus quidem auferre poteſt. Sic ille, cuius doctrinam ſi audiuiſſet Ludouieus XI. forſan haud ita frequentet ſpoliaſſet pauperes, vt tanto amplius augetet Eeeleſiarum patrimonium, lieèt pietati hoc tribuat Tillius in commentariis tei Franciæ. Anno 1612. 3. Decemb. diſceptatum eſt in maiore auditorio intet munieipes Rhemenſes, & Eccleſiæ Rhemēſis canonicos, vtrùm his vel illis committēda eſſet cura noſocomij vtbici quod triginta-ſeptem millium eſt annui teditus. Cenſuit verò Senatus ad tutelam maiorem ſubſtantiæ pauperum, néve quid aliorſum contingeret indefenſis, eligendos eſſe adminiſtratotes conuentu habito omnium tam Eccleſiaſticorum, quàm ſecularium, dandamque cautionem ab eis qui electi fuerint. Cauſam agebant Mauguinius & Matharellus.

Ad ſimilitudinem zotici, &c.

Errorem vulgarium codicum optima tatione emendarunt recentiores interptetes. Legebatur enim, Ioticus, cùm ſit legendum, zoticus: de quo tamen cùm nil adhuc compertum haberet Cuiaeius, eius tantummodò meminit in hæc verba, lib. 1. eap. 12. Obſeruatio. *fuit*, inquit, *Conſtantinopolitani orphanotrophij orphanotrophus primus, Zoticus quidam.* Sic ille. Sanctum autem fuiſſe zoticum conſtat ex Martyrologio Romano in menſis Deeembris hiſtoria, die 30. Ita enim textus: eodem die ſancti zotici preſbyteri Romani, qui Conſtantinopolim profectus alendorum otphanorum curam ſuſcepit. Plura de xenodochiis, valdéque ſingularia, Baronius eodem loco congerit, vbi & citat hanc legem, quæ vt tradit zoticum primum inſtituiſſe xenodochia Conſtantinopoli, ita & hoc ipſum Romæ fabiola pro infirmis, & S. Pammachius in pottu Romano pto petegrinis, longéque anteà, & ante Chriſtum, Hitcanus Hieroſolymis, vt diſtinguit ex Ioſepho, & Hieronymo Baronius. In genete autem poſſeſſio Eccleſiæ, ſumptus eſt egenorum, ait D. Ambroſius epiſt. 11. ad Valentinianum. Quò & pertinet teſtamentum Dagoberti, Ftancorum Regis apud Aimoin. lib. 4. cap. 30. & cùm etuditus fetè nemo neſciat quid fateri cogarur Iulianus Impetator in epiſt. ad Arſacium, Galatiæ Pontificem de Chriſtiano ritu, vt quem imitari in ea pietate debeant ethnici, hos tamen & longè anteà teperio ſollicitam adeò de paupetibus curam habuiſſe, vt in ſingulos menſes pararent epulas hecatæ quibus veſcerentur pauperes. Sic enim interpres Atiſtophan. in Plato: Ἔθος ἦν ἄρτοις, καὶ ἄλλα τινά κατὰ μῆνα τιθέναι τῇ Ἑκάτῃ τοὺς πλουσίους, λαμβάνειν δὲ ἐξ αὐτῶν τοὺς πένητας, ἵνα ἀπὸ τῶν ἱερῶν οἱ πτωχοὶ ζῶσιν. Priſca illa laus Gallorum veterum, quòd hoſpitales ſempet fuetint. Vide Saluianum lib. 7. de gubernat. Dei, & Bodin. lib. 6. cap. 2. de Republ.

AVTH.

Verum. *Debent per triennium, antequàm monachi efficiantur, in monaſteriis permanere: poſteà verò ſi monachi facti fuerint, liberi erunt* (ſup. ſerui.)

Obſeruandum, ait gloſſa, datum fuiſſe hoc ttiennium ſi dubia eſſet monachi noui eonditio: alioqui poſſe eum ſtatim ab ipſo ingreſſu, cucullam induere, provt Abbati videbitur: quod ex textu totius Nouellæ de monachis, vnde particula iſta defracta eſt, liquéte adiicit. Sed, perlecta à me Nouella, didici eam eſſe Iuſtiniani ſententiam, vt nemo effectus monachus, ex ipſo habitu, conuictu, & habitatione, intelligi debeat

debeat ante impletum triennium. Atque vt tollatur dubitatio, conſule canonem quintum Synodi Conſtantinopolitanæ qui clarè ita ſtatuit: Imò & canonem 127. Synodi Carthaginenſis, ex quo planum fiet tempus ætatis, ac monachiſmi anticipatum nihil nocere quominus qui profeſſus eſt liberare ſe voto emiſſo non valeat. Quod & nouiſſima Blæſarum conſtitutio præſcripſit cap.28. ſecuta Tridentinum Concilium, ſeſſione 25. cap.15. quo annus 16. profeſſioni monaſticæ datus eſt. Fruſtra ergo obiicietur ſcripta voti obligatio, qualem præcipit conſtitutio Molinenſis cap.55. fruſtrà teſtamentum conditum, quale fieri ſolet à profitentibus, can.6. Synodi Conſtantinopol. Obſtat enim obex conſtitutionis perpetuus quo ad nihilum redigitur quicquid in contrarium actum eſt, arg. l. non dubium, de legib. inf. & legis, cum lex, vbi & Bart. ff. de fideiuſſor. Quæſtio nuper incidit de quodam, qui natus annos 35. lapſuſque facultatibus cùm eſſet, & variæ creditorum turbæ obnoxius, monaſticæ mandræ ſe vouerat, atque octauo pòſt mēſe, ante annum impletū, profeſſus fuerat: an ſcilicèt creditores admitti poſſent ad impugnandum votum ex Tridentino Concilio, quia in reſiduo illo anni ſpatio hæreditas fratris caſu obtigiſſet. Quidam ſentiebant valere profeſſionem ex cap. ad Apoſtolicam, de regularib. in antiq. & cap.2. de regularibus, in 6. vbi excipit ſolos minores 25. an. alij inhærebant verbis & Concilij Tridentini, & conſtitutionis regiæ. Quæ opinio præualuit, audiuique à religioſis plurimis ita ſeruari conſtanti regula, ac lege in omnibus profeſſionibus monaſticis. Accedat, voti Reum dici poſſe neminem qui ſeſe, ante annos ab edicto, eóque prohibitorio, præfinitos, religioni obligauerit. Quærit verò Speculator tit. de ſta. monach. num. 53. ſi quis ingreſſus fuerit religionem, pluráque eò intulerit. vtrùm monaſterium conueniri poſſit ab eius creditoribus pro rata bonorum quæ acceperit: & cenſet poſſe. Quod etiam patronis, ad fori columnam conſultoriam, peritiſſimis ita viſum eſt, ex ratione vulg. l. nam hoc natura. ff. de cond. indeb. quòd ſi transſeat monachus de monaſterio ad aliud, decîdit Speculator eod. tit. de ſta. monach. num. 10. relinquenda eſſe priori monaſterio ea omnia quæ priùs quæſierit: ſecundo autem monaſterio quicquid poſteà. Secus ſi egreſſus permiſſu Abbatis, & capituli vt ad arctiorem regulam commearet, vagari incipiat, atque ex vita illa nequiore quædam peculij ſui fecerit: tunc enim prioris monaſterij cauſa potior eſt ex eodem Speculatore, num.46. eod. tit. Denique cùm agitetur variè illa quæſtio ab interpretibus, aliis ſentientibus deberi monaſterio in quo votum emiſſum eſt, quicquid religioſus extra monaſterium illud moratus quæſierit, dummodo tamen eiectus inde non ſit, cap. quanto. de off. ordinar. can. Abbates. & glo.18. q.2. fusè hoc Alexand. & Iaſ. ad l. cum fundus. §. ſi ſeruum. ff. ſi cert. pet. Aliis etiam contrarium aſſerentibus, præferendum nempe monaſterium in quo agebat monachus cùm acquireret quod poſteà hinc illinc à diuerſis monaſteriis petitur, ita enim Baldus conſil.63. volum.1. innixus rationi legis, filiusfam. de verb. oblig. & l. vlt. de ſtip. ſeru. quæ volunt ſpectandum ſemper tempus contractus, exceptione tamen facta, inquit, in Franciſcanis, de quibus ſi moueatur controuerſia, putat eo caſu relinquendum eſſe patribus ordinis iudicium, cap. exiit qui ſeminat. de verb. ſign. in 6. & clem. exiui de paradiſo. eod. in Clem. Iudicauit ad iſta hæc doctorum diſſidia, Senatus Pariſ. die 13. April. 1589. inter Franciſcanos Ambaquienſes, & Baſmetianos Andenſes, dandas eſſe Baſmetianis pecunias de quibus orta erat quæſtio, nec verò Ambaquienſibus, quia conſtabat Franciſcanum qui eas in Ambaquienſi monaſterio parauerat, profeſſum fuiſſe in Baſmetiano. Eg. Bauſſanus, & ego cauſam apud dom. Briſſonium diximus. Vide cætera ad Auth. ingreſſi. ſup. de ſacr. Eccl.

LEX 36.

Repetita. *Abſurdum eſt clericis, imò etiam opprobrium, ſe peritos ſe velint oſtendere diſceptationum eſſe forenſium.*

Componenda eſt omninò lex, conſulta diualia. inf. de teſtam. cùm idem planè ſit textus. Dixi ad l. placet. ſup. hoc tit. & ad l. 14. decernimus. inf. de Epiſc. aud.

Lex 37.

Si quis ad declinandam. *Si captiui vel pauperes ſcribantur hæredes, locus non eſt Falcidiæ. Nec nocet ſi ſub incerto vocabulo pauperes fuerint inſtituti. Tunc enim xenon eius ciuitatis in qua teſtator larem fouere, ac degere noſcitur, hæreditatem nanciſci debet. Quis enim pauperior eſt hominibus qui & inopia tanti ſunt, & in xenone repoſiti, & ſuis corporibus laborantes neceſſarium victum ſibi non poſſunt afferre? Si autem ampliores in ciuitate xenones, vel ptochotrophia ſint: tunc ei ptochotrophio, vel xenoni, qui pauperior eſſe dignoſcitur, res hæreditariæ dandæ ſunt, hac videlicèt diſcutiendo à locorum antiſtite, & ſub eo conſtitutis clericis. Si autem nullus xenon in ciuitate inueniatur, tunc ſine Falcidiæ ratione, pauperibus, qui in ciuitate ſunt, eædem pecuniæ diſtribuantur. Sin autem in perſonam certam, certámve domum venerabilem reſpexerit: ei tantummodò hæreditatem, vel legatum competere ſancimus. In omnibus autem huiuſmodi caſibus cæleſtes iracundias ſacroſanctarum rerum adminiſtratores expectent, ſi qualecumque lucrum ex huiuſmodi gubernationibus ſibimet acquiſierint, vel ſi hoc committi ab alio conſenſerint.*

Locus non eſt Falcidiæ,&c.

Tamen Chopinus ſcribit lib. 2. tit. 4. ad conſu. Pariſ. legitimam naturæ eo caſu detrahi. In Trebellianica cenſet Aufrerius ad quæſt. 83. in deciſ. Cap. Toloſ. tutiùs facturos, & meliùs patronos, ſi conſulant detrahendam non eſſe de relictis vniuerſaliter ad pias cauſas. poſſeq; ipſam prohiberi à teſtatore. In cæteris vult Vidus Papa q. 556. nihil poſſe mutari ab epiſcopo, vel alio qui de his cogniturus eſt, vbicumque certa videtur teſtatoris voluntas, ſeu ſpectetur cauſa, aut perſona, ſeu locus: atque ita fuiſſe iudicatum adiicit ex ea parte huius legis qua dicitur hæreditatem, vel legatum deberi potiùs ei perſonæ certæ, locóue certo venerabili in quem teſtator reſpexerit. Cæterùm refertur præcipuè totus hic textus ab eodem Vido pap. q. 327. ad Franciſcanos, ſeu fratres minores, vt loquitur, reliquoſque eiuſmodi voti religioſos qui paupertatem, aut potiùs mendicitatem, profeſſi ſunt: eos enim prohiberi equidem hæredes institui vt corpora ipſa hæreditaria poſſideant: ſed non prohiberi poſſidere redactum, rebus ab epiſcopo venditis, pretium. Vendet enim hæreditatem epiſcopus eorum commodo. Sic ille. vide etiam Io. Galli, q. 62. & in decr. eccl. Gall. lib. 7. tit. 1. hodie autem non epiſcopi, ſed laïci cuiuſq; ciuitatis, ac loci inſigniores, quos patres ſpirituales vulgò dicimus, curam illam lubẽter ſubeunt. vnum ſubiũgo q. eas olim, tamq; acres ingenuis moleſtias hinc inde exhibuit, vt de pauperis, mendiciq; differentia, ſeu, vt apud ſcriptores Græcos, πένητος, καὶ πτωχοῦ, cogi oportuerit concilium Auenio. ſub Ioanne XXII. quo tandem vt hæretici damnati ſunt qui Chriſtum Dominum noſtrum, mendicum fuiſſe dicebant, quo more mendicantes oſtiatim Franciſcanos hodie cernimus. Reuera enim D. Paulus epiſt. 2. ad Corinth. cap. 8. ſcribit, loquens de Chriſto, δι᾽ ὑμᾶς ἐπτώχευσε πλούσιος ὢν, ἵνα ὑμεῖς τῇ ἐκείνου πτωχείᾳ πλουτήσητε. *Propter vos*, ait, *mendicum egit, cùm diues eſſet, vt vos mendicitate illius locupletemini.* Sed πτωχεία iſta, ſeu mendicitas non de emendicantibus caua manu ſtipem intelligenda eſt, imò ſuſè, lataque acceptione, de iis tantummodò qui cùm nihil habeant, non oſtiatim, ſed collatitiis clanculum eleemoſy-

moſynis, quæcumque illæ ſint, viuunt, quali prorſus differentia deſcribit πένητα, καὶ πτωχὸν Ariſtophanes in Plut.

Πτωχοῦ μὲν βίος, ὃν σὺ λέγεις, ζῆν ἐστι μηδὲν ἔχοντα:
Τοῦ δὲ πένητος, ζῆν φειδόμενον, καὶ τοῖς ἔργοις προσέχοντα.

Id eſt: *Mendici vita, quem tu dicis, eſt, viuere eum qui nihil habet:*
Pauperis verò, eſt, viuere parcimonia, & attento ad res animo.

Fuit igitur ea acceptione, & modo Chriſti mendicitas, leuata nimirùm occultis vndequaque bonorum, vt diuina mente ſtatuebat, adiumentis, cùm alioqui nihil quicquàm ſuum vellet ſeu mobilium, ſeu immobilium bonorum, humano more, dicere. Paupertas enim impropriè cenſeretur, cùm & ex iſta deſcriptione Ariſtophanis, & quæ apud Iuriſc. legitur in l. nonnulli. de accuſat. pauper ille ſit qui modicum aliquid in bonis habeat. Martialis lib. 11.

Non eſt paupertas, Neſtor, habere nihil.

vbi interpres, ſed mendicitas, inquit. vide etiam Cuiacium lib. 26. cap. 3. obſeruatio.

Cæleſtes iracundias ſacroſanctarum rerum adminiſtratores expectent, &c.

Verba Caſſiodori epiſt. 13. lib. 2. var. ſunt hæc: *pudeat illos tollere quibus iubentur offerre, vltra omnes crudelitates eſt, diuitem velle fieri de exiguitate mendici*, &c. Plura ille eodem loco in eiuſinodi flagitioſos homines, quibus, etiam in re pauperum, nihil ſacrum eſt, vt tantò faciliùs, & celeriùs arrepta occaſione direſcant, πτωχοὶ nimirùm ἄνθρωποι, καὶ πράγμασι χρῆσθαι δυνάμενοι: qui iocus in hoc ipſum Luciani impius, dialogo, de morte peregrini, tomo 4. nihilque proinde cauent magis conſtitutiones regiæ, quàm vt nè qua fraus fiat xenodochiis ab adminiſtratoribus.

AVTH.

Si captiui alicuius liberi, vel cognati redemptionem eius neglexerint, non ſolùm exhæredari poſſunt, ſed etiam lege denegatur eius ſucceſſio: etſi fuerint ſcripti hæredes: tamen valeat teſtamentum in aliis capitulis.

Optimè Rebuſus, cùm ait ad procemium conſtitutionum regiarum, glo. 5. num. 38. hanc authenticam non ſeruari: ſuccedere enim nihilominùs eum ipſum proximum qui liberare captiuum neglexerit, ſi modò captiuus ille ad bona ſua reuerſus conqueſtus non ſit: ſecùs ſi apud hoſtes, atque in vinculis deceſſerit. Multus in eo eſt Argentræus ad conſuet. Armor. artic. 89. *des droicts du Prince.* in verb. *Rançon.* vide etiam Loëtiana ſchediaſmata, in lit. A. num. 9. atque Chopinum ad conſuetud. Andenſ. lib. 2. tit. 3. cap. 1. partis tertiæ, num. 21. vbi de impietate filiorum in patrem captiuum, atque vt vindicari debeat. Anno 1607. 8. Ianuar. diſceptatum eſt in maiore auditorio, vtrùm vxor captiui redempti præferenda eſſet redemptori qui maritum catenis Turcicis ſoluerat. Recenſebo ſpeciem paucis: Pet. Argillerius, eques Melitenſis, Io. Becium, Belgii ſecundi nobilem, libertati chriſtianæ reſtituerat, numerato Turcis, qui eum in conflictu nauali interceperant, quingentorum aureorum conuento, liberationis cauſa, pretio. Scripſit ille cautionem eo nomine benefico ſuo, Argillerio: rediitque poſteà in natale Belgium, vbi vxorem ducit tam infœliciter, vt paucis pòſt annis ære alieno fuerit obrutus. Bona eius publicè væneunt: intercedit Argillerius: vxor potiorem ſeſe in hypotheca contendit, quoniam Argillerius in poſſeſſionem rerum obligatarum miſſus non fuiſſet auctore iudice, iuxta Ambianenſis conſuetudinis, vbi ſita erant bona, præſcriptum ordinem, tit. de hypothecis: Illa autem miſſa fuerat ipſo iure ſtatutario. Contrà Argillerius & piam, & fauorabilem obligationis ſuæ cauſam obiicit,

verèque ὃ ἐξαίρετον πεγνόμιζ: redemerat enim maritum cui numquàm aliâs illa nupſiſſet: quo caſu non leges Romanæ tãtummodò, ſed & perſcripti Galliæ noſtræ mores præferũt datorem libertatis, vt cuius nullũ eſſe pretium dixerit literata omnis vetuſtas: diſertos deinde eſſe in id textus in l. pen. & vlt. iunctis gloſſis, Cod. ad Velleian. At verò non hîc agi de ſolo libertatis pretio, ſed vitæ etiam valdè ancipitis, ac dubiæ. Qui enim redimit aliquem ab hoſtibus, verè illum periculo mortis eximit, vt qui poſſet occidi impunè. Docet propterea Euſtatius ad ἰλ. α. pecuniam, quæ in eam cauſam traditur, vocari non modò ἄποινον, ſed & ἄφοιζ, quia videlicèt cædem, quaſi gladium hærentem captiui iugulo remoueat, ſingulariſque in id deciſio eſt in can. non ſatis, in fi. 86. diſt. at verò in conſu. Cænom. art. 262. cuius initium, *homme, ou femme noble*, &c. aliiſque locis iuris Romani, & Gallici: nec proinde obſtare ſubſequens captiui matrimonium, cùm fauorabilior ſit cauſa partus, quàm pueri. l. t. ff. de Carbon. ed. Senatus Argillerium prætulit. Perorabant Bernagius, & Durantius. Denique tanti ſemper eiuſcemodi liberationes factæ ſunt, vt ex illis hypothecam perpetuò anteire cæteras omnes placuerit, cuiuſcumq́ue priuilegii eſſent, vel temporis. Hoc ita obtinuit an. 1598. 20. Iun. P. Odinius, procurator in Senatu, aduerſus Franciſci Viuiani viduam, etiam in pactis dotalibus, & quamuis illa eſſet prior tempore. Rurſuſque hoc ipſum Ioannes Duron, contra liberos Martini de Bourdeaux, anno 1608. 23. Maii, etiam in conſtituto matri eorum dotalitio quod acceptò tulerant, repudiata hæreditate paterna, conſuet. Pariſ. beneficio. Legi, ac relegi duo illa ſenatuſconſulta, cùm eorum copiam mihi ad eam quæſtionem, feciſſet Ren. Troillartius, in Sen. patronus.

LEX 39.

Si quis in conſcribendo inſtrumento ſeſe confeſſus fuerit non vſurum fori præſcriptione propter ſacerdotii prærogatiuam: ſancimus non licere ei aduerſus ſua pacta venire, & contrahentes decipere: cùm regula ſit iuris antiqui, omnes licentiam habere iis quæ pro ſe indulta ſunt, renuntiare.

Similis omninò textus in l. ſi quis in conſcribendo. inf. de pact. Contrà tamen ſtatuit pontifex in cap. ſi diligenti. de fo. comp. quia priuilegium conceſſum clericis non ſit perſonalè, ſed toti collegio eccleſiaſtico indultum. Quinimò gloſſa illius capituli adiicit, nec habitam fuiſſe rationem ordinis clericorum, ſed odii potiùs laicorum, ve qui eſſe ſoleant plus æquo infenſi clericis. Quòd ſi inquirere paulò attentiùs liceat in cauſas odii, nihil aliud, opinor, laïcis olim Principibus, ac dynaſtis magis doluit, maximè in Gallia, quàm quòd ex iure raſi verticis, (tonſuram dicimus) omnes ferè Galli, quibus, à tenera ætate, tribuebatur prima illa præſidii teſſera, mancipabant ſe iuriſdictioni eccleſiaſticæ, ſpretis poſteà, inſupérque habitis territorii cuiuſque dominis, neque vllus ceruicem erigere auſus eſt ante Vuill. Cunerium ſub Carolo V I. in quem propterea notæ ſunt, in hunc diem, ſannæ cleri publicæ. Qui veriſimiliores odii cauſas mihi indicauerit, accipiam lubens, herbámque porrigam. Scribo enim in eo quod facilè quiuis ſuſpicetur ex hiſtoria temporum. Supereſt vt perſequar, delibémue potiùs nonnulla renuntiationum capita quæ neſciri in foro non debeant. Primum eſt ex Tiraquello q. 27. de iu. primigeniorum, vbi decîdit ex Iaſone primogenitum non poſſe renuntiare primogenituræ ſuæ in gratiam tertiogeniti, prætermiſſo ſecundogenito, quamuis alioqui renuntiatio illa valeat in præiudicium cedentis. Secundum eſt ex Bartolo ad l. nemo. de leg. 1. & Rebuſo. art. vn. glo. 1. de reſciſſion. contract. neminem ſcilicèt poſſe renunriare præſcriptioni. Tertium eſt ex eodem Rebuſo art. 1. glo. 1. num. 41. de donationib. inſinuandis, vbi docet renuntiari non poſſe legi ſtatuenti inſinuationem eſſe faciendam. Fit enim inſinuatio non in gratiam donantium, ſed in eorum odium qui clandeſtinas donationes eliciunt: fit etiam vt innoteſcat iis qui aliâs forſitan, ſi donatio facta non fuiſſet, pecuniam facilè donatori crediſſent. Quartum eſt ex Boërio q. 48. atque ex præiudiciis curiæ, quibus iudicari perpetuò vidimus conſangui-

ſanguineum, ſi actionem inſtituit ad fundum auitum qui à conſanguinco venditus eſt, non poſſe regredi, iurique renunriare quod ei ex ſenrentia, vel areſto quæſitum eſt. Quintum rurſus eſt ex Rebufo, glo. 15. num. 21. art. vn. quem citaui ſuprà, de reſciſſionib. contractuum, vbi probat renuntiationes vel à ſagaci viro interpoſitas, ita demùm nocere ſi de modico fuerint, nec aecedant ad mediam iuſti pretii: tunc enim poſſe eo caſu imperrari literas à Principe. Sextum eſt ex Speculatore rit. de cenſibus, §. 2. num. 10. renuntiari nimirùm non poſſe vſui putei, vel clibani, aut porticus communis à vieino qui eonferre cum cæteris reeuſat quod ad inſtaurarionem, ſeu refectionem neeeſſarium eſt. Cogi enim poteſt, niſi proprietare domus, cuius cauſa vicinus eſt, ſeſe prorſus exuerit, eámque pro derelicto habeat. Septimum rurſus ex Boërio, conſil. 30. in fin. vbi admonet nè qui renuntiat, effuſo ſermone loquatur, verbiſque generalibus, ſed iis duntaxat quæ ad renuntiationem faciant, cùm ſuperflua eo caſu ſæpiſſimè noceant, l. vlt. inf. de dor. promiſſ.

Propter ſacerdotii prærogatiuam, &c.

Oſtendo ſuprà ex Syneſio, epiſt. 105. quanta ſit ea dignitas. Tantam eſſe ait tota illa epiſtola, quæ longiſſima eſt, vt velit, inter cærera, ſacerdotem oportere eſſe *ἄνδρα θεσπέσιον*, id eſt, ***hominem diuinum.*** Nihil verò in hoc ipſum accurarius, melius, & ſanctius quàm quod quatuor paginis explanat D. Chryſoſt. homil. 2. ad ep. 2. Timoth. ***Abſit,*** inquit D. Hieronymus lib. 6. epiſt. 6. ***vt de his quicquàm ſiniſtrum loquar qui Apoſtolico gradui ſuccedentes Chriſti corpus ſacro ordine conficiunt, per quos & nos Chriſtiani ſumus.*** D. Auguſtinus lib. 22. cap. 10. de ciuir. Dei, ſic oprimè: ***Nos autem martyribus noſtris non templa, ſicut Diis, ſed memorias, ſicut hominibus mortuis, quorum apud Deum viuunt ſpiritus, fabricamus: nec ibi erigimus altaria in quibus ſacrificemus martyribus, ſed vni Deo, & Martyrum, & noſtro ſacrificium immolamus: ad quod ſacrificium ſicut homines Dei qui mundum in confeſſione vicerunt, ſuo loco, & ordine nominantur, non tamen à ſacerdote qui ſacrificat inuocantur. Deo quippe, non ipſis ſacrificat, quamuis in memoria ſacrificet eorum: quia Dei ſacerdos eſt non illorum. Ipſum verò corpus eſt Chriſti quod non offertur ipſis, quia hoc ſunt & ipſi.*** Gregor. Nazianz. ita orditur carmen 12.

Ὦ θυσίας πέμποντες ἀναιμάκτους ἱερῆες,
Καὶ μεγάλης μονάδος λάτριες ἐν τριάδι.

O ſacerdotes, ait, ***qui offertis ſacrificia incruenta, & magnam vnitatē in trinitate colitis.*** Cuiacius Nou. 58. vocat, ex Samona, *θαυμαστὴν οἰκονομίαν*, qua ſacerdos exhibet verum corpus, verumque ſanguinem domini, ſaluatoriſque noſtri: mera eius verba refero: aut, vt diuinus iterùm Auguſtinus cap. 14. meditationum, ***ſacroſanctum, & viuificum myſterium corporis, & ſanguinis redemptoris noſtri quo quotidie in eccleſia paſcimur, & potamur, abluimur, & ſanctificamur, & vnius ſummæ diuinitatis participes efficimur.*** Sic enim ille, quī acerrimè prætereà conquerirur, ſermo. 251. de tempore, tom. 10. ***De contemeratis Miſſarum ſacris in conuentu eccleſiæ, maximéque die dominica. Potentes iſtius mundi,*** ait, ***cum veniunt ad eccleſiam, non ſunt deuoti ad laudes Dei celebrandas, ſed cogunt presbyterum vt abbreuiet Miſſam, & ad eorum libitum cantet: nec ei licet morem eccleſiaſticum ſequi propter illorum gulam, & auaritiam,*** &c. Plura eodem loco, atque apud D. Ambroſium libro de dignitate ſacerdorali, cap. 1. 2. & 3. ad iuge illud Chriſtianorum ſacrificium: rurſuſque apud. D. Chryſoſtomum lib. 6. *περὶ ἱερωσύνης*. Maximè aurem ad cap. 1. epiſt. ad Epheſ. homil. 3. vbi ritus ſacrificii Chriſtiani fuſè deſcribitur: & homil. 2. in fi. ad ep. 2. Timorh. atque ad cap. 10. epiſt. 1. ad Corinth. homil. 24. Tu (inquit eo cap. 10.) non in præſepi vides, ſed in altari, non fœminam eum tenentem, (diuam virginem intelligit) ſed ſacerdotem adſtantem, & ſpiritum cum magna copia ea quæ ſunt propoſita ſuperuolantem. Verba ipſa ſubiiciam: *οὐ γὰρ ἐν φάτνῃ ὁρᾷς, ἀλλ᾽ ἐν θυσιαστηρίῳ, οὐ γυναῖκα κατέχουσαν, ἀλλὰ ἱερέα παρεστῶτα, καὶ πνεῦμα μετὰ πολλῆς τῆς δαψιλείας τοῖς προκειμένοις ἐφιπτάμενον.* Paulò antè ſic & ait: *τοῦτο δὲ σῶμα ἔδωκεν ἡμῖν καὶ κατέχειν, καὶ ἐσθίειν.* & pòſt, *οὕτω καὶ ζηλωτὸς τὴν σάρκα αὐτοῦ ἔδωκεν ἡμῖν πλησθῆναι.* Id eſt: ***Hoc corpus***

dedit nobis & tenendum, & comedendum,&c. *ſic & Chriſtus nobis dedit vt impleremur eius carnibus*,&c. Cogitanda hæc nouatoribus, cùm nihil clarius, & apertius à tantis Chriſtianorum vexillariis, ac interpretibus ſcribi potuerit. *Miſſa*, ait Iſidorus lib. 6. Etymologiarum, cap. 16. *Tempore ſacrificii eſt quando catechumeni foras mittuntur: clamante Leuita, ſi quis catechumenus remanſit, exeat foras: & inde Miſſa, quia ſacramentis altaris intereſſe non poſſunt qui nondum regenerati noſcuntur.* Pauculum hoc arguit quàm miſerè decipiantur qui incautas plebes in diuinis per ignorationem Chriſtianæ veritatis decipiunt. Miſſæ enim vocabulum calumniantur quia vnde illud ſit neſciunt. Negant etiam eſſe ſacrificium, cũ tamen D. Paulus dicat ca. vlt. ad Heb. Chriſtianos habere θυσιαστήριον, id eſt, *altare in quo fit ſacrificium, de quo edere debeant*: & cùm ita denique Chriſtiana omnis vetuſtas.

LEX 40.

Generaliter. *Clerici, & monachi qui apud ſacroſanctas eccleſias, vel monaſteria permanent, non diuagantes, neque circa miniſteria diuina deſides, immunitatem tutelæ habent ipſo iure: cum propter hoc ipſum beneficium eis indulgeatur, vt, aliis omnibus derelictis, Dei omnipotentis miniſteriis inhæreant.*

Generalis exceptio eſt, & quam ſeruamus, niſi conſentiant, vt docet auth. presbyteros. quæ immediatè ſequitur. Subiungendus autem neceſſariò textus perdifficilis ex cap. 7. epiſt. 1. Corinth. in hæc verba: πρὸς τὸ εὔσχημον, καὶ εὐπρόσεδρον κυρίῳ ἀπερισπάστως. Verſio vulgaris ſic habet: *Ad id quod honeſtum eſt, & quod facultatem præbeat ſine impedimento dominum obſeruandi.* Triplex verò lectio eſt in codicibus Græcis, nempe εὐπρόσεδρον, εὐπάρεδρον, εὐπροσδεκτόν. Et cùm teſtetur D. Hieronymus contra Iouinianum, locum illum nondum ſua ætate fuiſſe Latinè redditum, manifeſtè tamen verba illa omnia indicant voluiſſe D. Paulum tantam eſſe oportere clerici aſſiduitatem miniſteriis eccleſiæ, vt decorè ſemper interſit, aſſideátque diuinis, neque vnquàm abſtrahatur à domino. Vis eſt in dictione, ἀπερισπάστως. Facit enim, iuge illud, nec interpellandum, intercalandúmue miniſterium, vt clerici, & monachi non modò tutelis, & procurationibus ſecularium procul eſſe debeant tam ex hoc textu, quàm ex ſynodo Carthagin. can. 16. & Synodo Calcedonenſi, can. 3. ſed & inhabiles eos ſcribat Matthæus Affl. decif. 320. & 304. ad ſuccedendum in feudis: milites enim ſunt Chriſti, non ſeculi, ait ille. Exceptionem ſubiicit, niſi videlicèt poſſideant feuda per inueſtituram, & donationem Principis, & niſi triginta annos, quieta ſemper poſſeſſione, exegerint. Vide autem quæ contuli ad l. pen. de ſacr. Eccleſ. ſup. de iure manus mortuæ, ſeu admortiſſamento, vt loquimur, & qua ratione feudales poſſeſſiones conceſſæ ſint Eccleſiaſticis in Gallia. Anno 1595. 21. Iunij, abſtinere iuſſi ſunt à conductionibus decreto Senatus, per rationem huius legis, generaliter. quæ & eadem in capitularibus Caroli Mag. tit. nè clerici ſint villici. pulchrè D. Cyprianus epiſt. 66. (al. epiſt. 9. lib. 1.) vbi de leuitis qui cultum terræ non ſuſcipiebant, vt qui operationibus diuinis inſiſtebant in nulla re auocarentur, nec cogitare aut agere ſecularia cogerentur. *Quod anteceſſores noſtri religioſè conſiderantes cenſuerunt nè quis frater decedens ad tutelam, vel curam rerum ſuarum clericum nominaret: ac ſi quis hoc feciſſet, non offerretur pro eo, nec ſacrificium pro eius dormitione celebraretur. Nec enim ad altare Dei meretur nominari in ſacerdotum prece, qui ab altari ſacerdotes ſuos, atque leuitas auocare voluit.* Merus hic textus Cypriani, qui vt concîdi non potuit, ita & plus ſatis cum noſtra hac lege oſtẽdit quanta ſit vitæ Eccleſiaſticæ inſtituta ſanctitas, & quàm peſſimè ſibi blandiantur qui, quod ſcripſerat Harpocratio de ethnicis, οὐ κατ' εὐσέβειαν θύουσι τὰ ἱερεῖα, ἀλλὰ μισθούμενοι. docebit deinde quàm alienum ſit à ſacerdotali munere quod quærit gloſſa Pragmaticæ Sanctionis tit. de pignorantibus cultum diuinum. in verb. adoleſcentes: an poſſint nimirum canonici ſe obligare ſub pena ceſſationis à diuinis quæ æquiparetur interdicto. Licere enim illud exiſtimat, dummodò non adiiciatur, ſub pœna excommunicationis, vel interdicti

terdicti

terdicti per viam pacti, ita vt pactum ſit ſola cauſa, & immediata excommunicationis, quoniam vt ſubiicit, excommunicari nemo debeat ſine cauſæ cognitione, & contumacia, neque gratia diuina excidere niſi priùs deliquerit. Infrunita equidem inaniſq; illa quæſtio, niſi vt ſignet tamen obiter, ſublatum non ſine optima ratione fuiſſe in Gallia vetuſtum morem, quo ex leuibus cauſis, ferméque indies ſubiiciebatur hæc, vel illa Eccleſia, imò tota ſæpe ciuitas interdicto Eccleſiaſtico. Explicatur hoc fuſiùs tit. de interdictis non leuiter ponendis, in concordat.

Avth.

Presbyteros tamen ſuſcipere tutelam, vel curam permittimus, ſi propria ſe voluntate ſuſcipere, ex quo vocati ſunt, apud competentem iudicem declarauerint. Epiſcopos autem, & monachos tutelam alicuius perſonæ ſubire non permittimus.

Componendus canon 3. Synodi Calcedonenſ. vnde & ſumptus eſt canon, peruenit. diſt. 86. Si tamen clericus voluntariæ tutelæ ſe ſubiecerit, iuuari amplius priuilegio ſuo non poteſt, arg. l. voluntariæ. inf. de excuſatio. tut. & tituli, de his qui ſponte publica munera ſubeunt. lib. 10. Cod. quod & ita cenſuit Senatus an. 1586. menſ. Maio, aduerſus eum qui, admiſſo ſponte tutelæ munere, exonerari poſteà petebat, cùm ſe ei imparem diceret, quippe mancipatum perpetuo ſacerdotij ſui miniſterio, & quia non negotioſam fore tutelam, quam ſuſceperat, proſpexiſſet. Præclarè ad eam cauſam egit vt in omnibus ſolebat quæ diſceptationem fori mererentur, dom. Mangotius, tunc fiſci patronus. Vide cætera ad l. præced.

Lex 41.

Raptores virginum, vel viduarum, vel diaconiſſarum, quæ Deo fuerint dedicatæ, peſſimum criminum peccantes, capitis ſupplicio, ſine fori præſcriptione plectendi ſunt. Eccleſia verò omnem proprietatem, & plenam poſſeſſionem bonorum raptoris habeat. Eadem etiam pœna tam mortis, quàm bonorum amiſſionis conſtituitur contra eos qui raptores, in ipſa inuaſione, & rapina comitati ſunt.

Obſeruabitur imprimis collocatam ideò conſtitutionem hanc fuiſſe ſub hoc titulo, cùm ſedes propria eius ſit lib. 9. tit. de raptu virg. vbi longiori ſermone traditur, quia planum omnibus fieri Imperator voluit tãto horrori eſſe oportere raptum ſanctimonialium, vt, ſi raptor ſit clericus, nulla ſe ſacerdotij prærogatiua tueri poſſit, nullaq; fori præſcriptione, quominùs ſubeat Iuriſdictionem ſecularium iudicum, ſi tamen cum armis, habitúque, & cinctu laïco res acta ſit: Imò & in locis vbi aſila adhuc hodie obtinent, extrahi eum poſſe ab Eccleſiis cenſet Didac. Couarruuias lib. 2. cap. 20. num. 8. reſolutionum. Attigi per occaſionem, ad l. 2. de orig. iur. viduæ autem, de quibus in textu, propriè de Nonnis intelligendæ ſunt, vt explicat Baronius in Martyrologio, ad diem quintum Auguſti, quem vide, & Pet. Pithæum in gloſſario ad capitularia, vbi notat vſitatam fuiſſe hanc vocem etiam ethnicis: Vulgò dicimus nos Galli, *Nonnes, & Nonnains*, atque id indiſtinctè de omnibus ſanctimonialibus tam virginibus, quàm viduis: vt frequens aliunde hoc nomen ſemper fuiſſe Chriſtianis, cùm de ſacris virginibus actum eſt, conſtat ex D. Hieronymo, Athanaſio, capitularibus Car. Magni, Staniſlao Hoſio, & aliis plurimis. Vt autem viduæ ſpontaneo voto, nullóque cogente ſe dedicant, ita nec prætermitti hîc debeat, quippe loco idoneo, Nouella maioriani, tit. 8. quæ longiſſima, notatúque hodie digniſſima eſt aduerſus patres, matreſque impellentes, aut coniicientes potiùs in monaſteria vel numeroſiores filias, vel ſi earum nonnullas oderint. Vocat hoc impium, & parricidalem quodammodo artem

qua miſellæ ſubtrahuntur, non ſine ſuſpiriis, lachrymis, ſæpeq; etiam eiulatibus maximis, à fratrum, ſororúmve reliquarum conſortio. Sic enim ille.

Plenam poſſeßionem, &c.

Intellige ex his transferri poſſeſſionem bonorum raptoris ſine traditione, in odium criminis quod Imperator vocat peſſimum. Alibi non reperiri ſcribit Bartolus, poſſeſſioneſque eiuſmodi, quæ ſine traditione fiunt, appellat Iaſon ciuiliſſimas, ad princip. l. 1. de acq. poſſ. ff. ſimilem verò habemus in hoc regno qua non modò liberi, ſed & proximiores quique hæredes ſubintrant in locum defuncti, poſſident acturum, &, fictione iuris Gallici, perinde ac ſi reuera adepti poſſeſſionem, ſeruato aliquo ſolenni ritu, fuiſſent: vocitant iſtud noſtri populares, *le mort ſaiſit le vif*, tractaui vberiùs ad l. cùm miles. ff. ex quib. cauſ. maior.

LEX VLT.

Deo nobis. Sponſus, vel ſponſa, inuito altero coniuge, poſſunt religionis cauſa à coniugio recedere, & ſolitariam vitam eligere: nihilq; ingredienti religionem deperit, ſeu de arrhis ſponſalitiis, ſeu de pactis dotalibus, &c.

Intelligenda hæc de rato ſolo matrimonio, in quo ſcilicèt ſolemnia omnia interuenerint, nondum autem copula: ita explicatur capitulo, ex publico. & cap. ex parte 2. de conuerſ. coniug. in antiq. & Concil. Trid. ſeſſ. 24. can. 6. eaque interpretatio eſt Decij, ac Molinæi ad l. nuptias. de reg. iur. Aliud ſi conſummatum ſit matrimonium, tunc enim vita ſolitaria eligi non poteſt ab altero coniugum, ſi alter diſſentiat: egregiè iſtud D. Auguſtinus epiſt. 45. ad Armentarium, & Paulinam, rurſuſque epiſt. 70. ad Bonifacium, Comitem, ſub fi. *Per Paulum*, ait D. Chryſoſtomus homil. 87. in Matth. *Chriſtus præcepit, vxorem à viro non ſeparari, & vt ſe inuicem non fraudent niſi ex conſenſu. Sed nonnulla, quaſi caſtitatis ardore accenſa, à viris abierunt, ita putantes magnum quid ſe facere*, (Gr. eſt, ὡς εὐλαβές τι ποιοῦσαι) *impulerunt viros ſuos in adulteria*. (retineo verſionem Latini interpretis qui fortè legerat in textu Græc. αὐτούς: cùm tamẽ in Gręco exẽplari German. legatur, ὤθησαν ἐπὶ μοιχείας ἑαυτάς. Id eſt, *impulerant ſeipſas in adulteria*. Vetus autem illa prohibitio, nè ſcilicèt alter coniugũ monaſticam vitam eligat inuito altero, vulgata eſt ex conſtitutionibus Pontificiis in cap. cùm ſis, cap. cùm vxoratus, & cap. ad Apoſtolicam, de conuerſ. coniug. quinimò & patrio Galliæ noſtræ iure in capitular. Car. Magni lib. 5. cap. 15. atque in Synodo Pariſ. an. 1557. exceptio vna legitur apud Boërium conſil. 20. num. 24. ſi nempe alter qui votum non emittit & prouectioris ſit ætatis, & promittat acturum ſe vitam cœlibem.

---

§. 1. *Non licet parentibus filios, vel filias quocumque modo abſtrahere à monaſterio, vel propter hanc tantummodò cauſam quaſi ingratos, vel ingratas à ſua hæreditate repellere.*

Compone legem 27. Quiſquis emeritis. ſup. hoc tit. ad quam latè de his dixi. Petita autem videtur iſta conſtitutio ex cap. 4. S. Matthæi: quo etiam ex fonte hauſit D. Hieronymus quod apud eum diſcimus epiſt. ad Heliodorum, & epiſt. ad Nepotianum. Neque enim admittunt doctiſſimi variaſſe in eo vnquam Hieronymum: Imò perſtat vtrobique: & cùm ſtatuatur Synodo Gangrenſi can. 16. percutiendos eſſe anathemate filios qui à parentibus, prætextu pietatis, recedunt, pietatemque in Deum præponunt, accipiendum hoc ſcribit ad eum locum Theod. Balſamo in caſibus exceptis, ſi videlicèt ſenectus, paupertas, aut ægritudo patrum ſolatio liberorum egeat.

Hoc &

Hoc & ipſum antiquiſſimæ leges Gallicæ apud Cat. Magnum lib. 4. tit. 35. de pueris, inuitis parentibus, detonſis, aut puellis velatis. Quod tamen in ambiguo reliquit Aurelianenſe edictum art. 19. poſteáque Blæſenſe, artic. 28. Ætatem enim præfinierunt qua fiat iuſta profeſſio: de patria autem poteſtate, vbi de ætate profeſſi non ambigitur, nihil vtrobique ſcriptum eſt: & licèt torſerit ſe maximoperè quæſitor Andenſis, Pet. Ærodius, crucémque ingenio fixerit ob votum filii monaſticum, quem ſibi ſucceſſorem, in iuridicinæ ſuæ capitalis munere, delegerat, edito in id, de patrio iure, libello, inanis tamen fuit illius literatius labor, irritáque omnium, quos in opem acciuit, opera; Quod plæriſque etiam aliis contigit.

—— ἀργαλέος γὰρ ὀλύμπιος ἀντιφέρεσθαι.

dixit præſtantiſſimus veterum.

---

§. vlt. *Nullus Iudæus, vel paganus, vel hæreticus ſeruos chriſtianos habeat: quod in Africana diœceſi frequentiſſimum eſt.*

Horrendum exemplum vide in cap. etſi Iudæos. de Iudæ. in antiq. cùm enim Iudæi olim nutrices liberis ſuis Chriſtianas Lutetiæ conducerent, poſtquàm illæ die Reſurrectionis à ſacra ſynaxi, diuinóque corporis domini noſtri epulo, redierant, cogebantur à flagitioſiſſimis illis mõſtris toto triduo lac in latrinas effundere, vetabanturque intereà lactare infantulos. Iure equidem Cicero Philipp. 3. cùm omnis ſeruitus ſit miſera, tum verò intolerabile, ſeruire imputo. Sic Soſia, Amphitryonis ſeruus, apud Plautum, in Amphytr. de dominorum imperio:

Ergo in ſeruitute expetunt multa iniqua,
Habendum, & ferendum hoc opus eſt cum labore.

TIT. IV. DE EPISCOPALI AVDIENTIA, ET DIVERSIS CAPITVLIS QVÆ AD CVRAM PERTINENT PONTIFICIALEM.

Tradit Chopinus lib. 2. tit. 8. de doman. exemptiones ab epiſcopali iuriſdictione. Notabitur verò imprimis, ad vſum huius tituli, quod ſcribit Nicol. Othomanus in Senatu Pariſ. patronus, vir doctiſſ. & catholicus Chriſtianos, tractatu de iuribus eccleſiaſticis lib. 1. nempe iudices eccleſiaſticos abſoluta, integraque iuriſdictione non frui, vt qui territorium non habeant, ſed ſimplicem audientiam, id eſt, vt è tribunali ſuo, controuerſias quæ coram eis ſeſe offerunt, præſenti iudicio, & pro re nata dirimant, dixerimus, notione magis quàm iuriſdictione, vt in l. 5. ait prætor. ff. de re iudic. Proinde ſi executioni mandati oporteat latum eo more iudicium, tunc ad iudices profanos, ſeu laicos eundum eſſe, conſtat ex l. 13. epiſcopale. hoc eod. titulo, qui proptereà non inſcribitur, de epiſcopali iuriſdictione, ſed rantùm de epiſcopali audientia, id eſt, notione, vt ſcilicèt ad eos eatur tanquàm ad arbitros, cùm aliâs cogi non poſſint qui ita conſentiunt, quo ſenſu accipienda eſt lex, ſi qui ex conſenſu. inf. neque hoc prætermiſſum eſt à Car. Loyſeau tract. *des ſeigneuries* cap. 15. Forum enim non habent clerici, neque fiſcum, niſi aliunde loci huius, vel illius ſeculare dominium obtineant, quod & notat Boëtius q. 264. eóque vſu intelligenda ſunt capitulum, verum. cap. quod clerici. de fo. compet. & cap. ſi duobus. §. vlt. de appellat. Eiuſmodi eſt epiſcopus Pariſienſis. Habet enim temporalem iuriſdictionem, gerebátque olim vicem comitis, & bannum publicabatur Lutetiæ nomine epiſcopi, ac Regis, vt ex archiuis diſcitur, at verò maximè ex gloſſa ad cap. quod clericos. de fo. compet. Eiuſmodi etiam Bellouacenſis epiſcopus, ipſo etiam Baldo teſte, conſil. 201. volum. 2. Vapincenſis, apud Vid. Pap. q. 560. Nouiodunenſis, vt ex ipſis quoque archiuis probatum nobis eſt, cùm ad cauſas, quas pro eo ſæpè diximus, vetera quædam epiſcopalis iuris inſtrumenta edi oportuit. Plures alios habet noſtra Gallia paribus domini titulis inſignitos, quos hîc recenſere,

Digitized by Google

eſſet longius. Subnotare hoc vnum ſufficiat, per occaſionem tituli, omnes nempe imperii Gallici epiſcopos habere ius ſeſſionis in Senatu dum cauſæ aguntur, nec tamen dicendæ ſententiæ, niſi ſint pares Franciæ, vel niſi decem annos in Senatorio ordine perſtiterint, quod & nunc in archiepiſcopo Aquenſi, & Epiſcopo Aginnenſi cernimus. In cæteris, ſoli epiſcopo Pariſienſi & publicè, & occluſis foribus, conſidêre, ſententiamq́ue dicere, propter vrbis prærogatiuam, vt olim Patriarchæ Conſtantinopolitano, indultum eſt. Delibauit iſta Ægid. Magiſter, caput non ita pridem ampliſſimi ordinis, libello, de regalibus, cap. 15. ex ſupplemento Pet. Ramari cauſidici.

Lex 1.

Negotiatores, ſi qui ad domum noſtram pertinent, nè commodum mercandi videantur excedere: Chriſtiani quibus verus cultus eſt adiuuare pauperes, & poſitos in neceſſitate, prouideant epiſcopi.

Ferè dixerimus iterum agnoſci poſſe ab iis qui ſubacto ingenio rem inſpexerint, adieciſſe hîc aliquid Tribonianum de ſuo vnde adſtrueret epiſcopis cognitionem de politia, & re annonaria, cùm parùm veriſimile ſit Valentinianum, & Valentem cogitaſſe hac lege de epiſcopis, id eſt antiſtitibus, ſed de epiſcopis illis quorũ operam, ac munus deſcribit Iuriſconſultus in l. vlt. §. Irenarchæ. ff. de muneribus, & honor. Primus hoc animaduertit Fr. Duarenus lib. 1. anniuerſar. diſput. cap. 57. Et cùm olim antecesſſores audiremus Auguſtoriti Pictonum, illa ſemper interpretatio veriſimilior viſa eſt, ad quam ſi nihil ex Suida, quouiſue alio veterum, vt indicauimus ſuprà ad l. vlt. Cod. de ſacr. eccleſ. res tamen ipſa per ſe loquitur: legémque interpolatam à compoſitoribus fuiſſe, apparet plus ſatis vel ex ipſa verborum ſerie. Perſequor cætera ad l. ſi qui ex conſenſu. inf. hoc tit.

Lex 2.

Notandum hîc Ioannis Fabri ſcholium quo tradit epiſcopos non debere ſibi applicare, ſeu, vt barbarè loquitur, imburſare emendas pecuniarias. Dicimus hoc ex vſu, *que le Iuge d'Egliſe ne peut condemner en l'amende, ains ſeulement à aulmoſner.*

Lex 3.

Nemo deinceps. Vbi primus paſchalis dies extiterit, nullum teneat carcer incluſum, ſed omnium vincula diſſoluantur: niſi qui in vinculis eſt, reus ſit ſacrilegij, adulterij, ſtupri, inceſtúſue, aut raptus virginum, veneficij, falſæ monetæ, cædis, parricidij, maieſtatis, & maleficarum artium.

Remiſſionem veniæ crimina, niſi ſemel commiſſa non habeant.

Latè de his diximus ad l. obſeruare. §. 4. ff. de off. proconſ. vbi de ingreſſu ſolenni Principis in vrbes regni præcipuas: at verò etiam de Feretro S. Romani, apud Rhotomagenſes, & de tranſlatitio iure Aurelianenſium præſulum, cùm in infulis, ritúque antiquo ingrediuntur Aureliam. Sanctitas ea eſt ſupremorum Galliæ tribunalium, vt nihil agant niſi cauſa cognita, cùm ad paſchales ferias, Natalitias domini, Natalitias virginis, & Pentecoſtes, captiui vel laxandi ad paucos dies, vel omninò liberandi ſunt. Emittitur enim conſeſſus iudicum qui, patronis hinc illinc in interiore carceris porticu, auditis, vel ad liberationem, vel ad eam ipſam, quæ priùs fuit, coercitionem pronuntiat.

Lex 5.

Mimæ, & quæ ludibrio corporis ſui quæſtum faciunt, publicè habitu earum virginum quæ Deo dicatæ ſunt, non vtantur.

Confirmata eſt apud nos conſtitutione Aurelianenſi, art 24. quæ tranſlata etiam omninò videtur ex capitularibus Car. Magni, lib. 5. cap. 235. vide aurem Io. Sauaronem in erudito tractatu de laruis, ac Fornerium lib. 1. cap. 21. Selectionum, vix enim vt à me hîc adiiciatur quicquàm de receſſu literario quod illi abundè nòn retexerint. Vnum vt dicam ſupereſt, ſeruatam ſcilicèt ea religione conſtitutionem regiam vt, tametſi in fæce media vitiorum in qua verſamur, nihil aduerſus ipſam audeant ſcenici, aliiue id genus perditiſſimi quibus nihil ſacrum.

Lex 6.

Archigerontes, diœcetæque Ergaſiotanorum, nonniſi Chriſtiani dirigantur: quod officium tuum ſollicitis obſeruet excubiis.

Scio legi in vulgatis cōdicibus, Ergaſioctonorum, ſed malo ſequi eorum ſententiam qui legunt, Ergaſiotanorum, id eſt corporatorum. Principales enim curiæ Alexandrinæ, ſeu quinque ſummates ordinis Alexandrini, dicebantur Archigerontes, quaſi principes γερόντων, ſeu Senatorum municipalium. Curarores verò corporum eiuſdem Alexandriæ vocat hæc lex diœcetas Ergaſiotanorum, id eſt curatores corporatorum. Voluerunt igitur Imperatores principales iſtos curiæ, & corporum Alexandriæ Chriſtianos deligi, vt in ſeditioſiſſima ciuitate populatium factiones, quibus chriſtiana religio offendi, vel Chriſtiani ipſi premi potuiſſent, principalium auctoritate comprimerentur. Ita fæliciter Burgius lib. 1. Electorum, cap. 3. ex vera mente legis in hunc diem neglectæ, & tamen ad inſtituendas adminiſtrationes politicas apprimè neceſſariæ, vt nimitùm delectus fieri ſemper debeat prudentiorum quorum prudentia, & fide contineatur in officio factioſus per prouincias, & vrbes populus. Ea enim ſola ratione proſpectum eſſe voluerunt Romani Principes Ægyptiis ſuperſtitione, ac laſciuia diſcordibus, & mobilibus, rerumque nouarum ſtudioſiſſimis, Auguſtus primùm, aliique poſteà, vt videre eſt apud Dionem lib. 51. & Tacitum, lib. 17. Scitis, ait D. Chryſoſtomus homil. 2. ad epiſt. 2. Theſſalonicenſ. quàm ſit gens illa ad iram procliuis, & quæ minimè ignoſcat. Verba eius ſunt, ἴσε γὰρ πῶς ἀκρόχολον ἐκεῖνο τὸ ἔθνος, καὶ ἀσύγγνωστον. Eò ſpectat inter Chriſtianos Aruernum concilium ſub Childeberto, in hæc verba: nè Iudæi Chriſtianis populis iudices præponantur: & Matiſconenſe primum, ſub eodem Childeberto, cùm ait: *Nec iudæi Chriſtianis populis iudices deputentur, aut telonarii eſſe permittantur, per quod illis* (quod Deus auertat) *Chriſtiani videantur eſſe ſubiecti.* Ex his, vt ſpero, noſtra hæc Arcadii, & Honorii conſtitutio nitorem ſuum deinceps induet, obductum, quaſique obliteratum priùs. vide, ſi lubet, cap. 3. lib. 23. obſeruat. Cuiacii. vbi ille ex profeſſo illuſtrat hanc l. Confeto enim ipſe quod ſola in mea opera.

Lex 7.

Addictos ſupplicio nulli clericorum, vel monachorum, eorum etiam quos ſynoditas (id eſt, cænobitas) *vocant, per vim, atque vſurpationem vindicare liceat, ac tenere. Quod ſi tanta clericorum, aut monachorum audacia eſt, vt bellum potiùs, quàm iudicium eſſe exiſtimetur, ad clementiam noſtram commiſſa referantur, vt arbitrio noſtro mox ſeuerior vltio procedat, ad Epiſcoporum ſanè culpam* (vt cæ-

tera) *redundabit, ſi quid ex his quæ hac lege fieri prohibuimus, à monachis perpetratum eſſe cognouerint, nec vindicauerint.*

Tranſcribitur hæc ſub tit. de appellation. inf. Iunge titulum, nè quis eum qui in ius vocatus eſt vi eximat. ff. vbi etiam dixi. Hic autem obſeruari video ferè ab omnibus interpretibus priuilegium Cardinalium, quibus datum ſit liberare obuium cruciarium qui ad furcas ducitur. Narrat Albericus vidiſſe ſe Florentiæ, in ſacro comitatu Pontificis, caueri id ſemper à Cardinalibus nè per loca, quibus damnati veherentur, commearent. Sed deſitus hodie ille mos, vt à multis didici: quinimò & alius quo aſilum in ædibus ſuis conſtituebant. Mouent deinde quæſtionem Lucas à penna ad l. r. de deſertorib. lib. 12. & Boërius q 217. vtrùm cruciarius qui, eo ipſo momento quo à tortore deiicitur, fracto fune decidit, ſeruari ab vltimo ſupplicio debeat: in ea autem ſunt ſententia vt hoc caſu conſulendus ſit Princeps, maximè ſi nulla depræhendatur carnificis culpa. In quo ſubiicit Boërius contigiſſe Burdigalæ quod neque hîc ſilendum arbitror. Quidam, ait, damnatus incẽdio, bis ex ardente rogo euaſerat: ereptuſq; à populo cùm fuiſſet, & ductus in Carmelitarum cœnobium, reductus eſt poſteà in carcerem. Cogitur poſtridie Senatus, & proponitur an dimitti miſerum oporteat, quoniam adſcribebatur id miraculo. Decretum tamen eſt perficiendum eſſe, & ad implendum inchoatum ſupplicium, quòd euaſio illa per culpam tortoris accidiſſet qui plures miniſtros vrgentes, ac recellentes non adhibuerat. Mulierem meminit Vincentius Bellouacenſis lib. 26. cap 90. quæ cum apud Laudunum clauatum damnata ignibus fuiſſet anno 1044. ob cæſum eius ope, & conſilio qui de ipſa falſum adulterij cum genero rumorem in vulgus ſparſerat, immiſſa eſt in flammas, tota arſit lignorum ſtrues, nocitũ tamen ei nihil eſt, minuſque poſteà congeſtis, accenſiſque nouis cremiis, ſurculis, fomitibuſque quibuſcumque aridiſſimis. Exiit enim, ait ille, ex incendio non ſolùm carne, ſed etiam veſte, & crine illæſa, ductáque ad Eccleſiam ſanctæ genitricis omni applaudente populo, paucis pòſt diebus interiit. Hactenus Vincentius. Reperio etiam apud Herodotũ, & apud Scholiaſtẽ Euripid. in Oreſte, ad verſ. 165. φόνου ὁ Λοξίας. Cræſum damnatum ignibus à Cyro, pyræque impoſitum, non alia ratione ſeruatum, abſolutumque fuiſſe, quàm quia, rogo accenſo, ſubitus, denſiſſimuſque imber, ceu à ioue immiſſus, ignem omninò extinxerit, verba eius ſunt: Εἰ μὴ Ζεὺς οἰκτείρας ἀφῆκεν ὕδωρ ἐπὶ τὴν φλόγα, τάχ' ἂν ἀπωλώλει, ἔργον πυρὸς γενόμενος. Longè autem portentoſius quod ſcribit D. Hieronymus lib 3. epiſt. ad Innocentium, de muliere ſepties icta, ad quam trucidandam noui, numeroſique carnifices conuenerant, itavt aptato etiam mucrone in iugulum, reflecteretur gladius ad capulum: numquam tamen dimiſſa eſt vtcumque vulnerata, & proſtrata fuiſſet. Clerici, inquit, quibus id officij erat, cruentum linteis cadauer obuoluunt, &c. Subitò fœminæ palpitat pectus, &, oculis quærentibus lucem, corpus animatur ad vitam. Iam ſpirat, iam videt, iam ſubleuatur, iam loquitur, &c. dubia adhuc luce, in lictore diabolus accurrit, quærit cadauer occiſæ, &c. ô verè ius ſummum, ſumma malitia, poſt tanta miracula adhuc ſæuiunt leges, &c. definit tandem in eo Hieronymus, vt dicat Imperatorem aditum fuiſſe vt redditam vitæ redderet libertati. Sic & hodie in addictis ſupplicio, damnatiſque à Senatu, mutari eſt nefas quod ſemel pronuntiatum eſt, niſi intercedat ſpeciale mandarum Principis quo indulgeatur nihilominus vita damnato, vincto, vecto, traducto, & parato iam, atque expectanti manum carnificis, vt ſæpe viſum eſt. Aut niſi ſoſpitalis ille caſus incidat, vt, dum fit ad infœlicem arborem deductiò, euadat cruciarius, furtumque ſui per 20. annos, aut ampliùs faciat, itavt prætendere poſſit præfixum ex l. querela. ubicem. Tunc enim qui euaſit, tantòque tempore latuit, tutus eſt. id verò quamuis & extra prouinciam vixerit, & nomen mutauerit. Bona illa ſors Iuliano cuidam, pruſtẽo, Vindocinenſi adfuit in hanc ſpeciem: iuuenis cùm eſſet annòque ætat. 32. damnatus vltimo ſupplicio ob cædem fuerat: & cùm appellaſſet Senatum, damnatuſque iterum fuiſſet, res ira tulit vt, cùm reduceretur paſſutus laqueum Vindocini, vbi cædes patrata fuerat, euaſerit fuco facto cuſtodibus, atque Alethum, quod hodie Maclouium eſt, arcanum reuerà Armoricæ angulum, ſe ſereceperit, vbi, mutato nomine, Rebullalrium ſe dixit. Proſpera fortuna ibi vtitur, vxoremque clanculum Vindocino educit, ex qua

ſuſcipit

ſuſcipit numeroſam ſobolem, quæ & affinitates cum honeſtioribus cōtrahit. Denique fit longæuus ſenex, boniq; nominis, & fortunæ non modicæ. Tandem vbi anni à condemnatione quadraginta quinque exacti ſunt, audit delatam ſibi hæreditatem in ſolo patrio: mitrit vnum ex libetis qui arte, modóque exploret quid illud ſit, tacito tamen ante omnia Britannico illo patris latibulo, præſtat quidem filius, ſed non ita quin, inſequentibus κτ̀ πόσιν cum inſciuin aduetſariis, prodatut tandem angulus. Manus ergo fetè iniicirur. Liberi omnes òbſtant: atque vt, quà fieti poſſit, incolumis ſetuetur pater, abolitionis reſctiptum impettant à ptincipe. Et quia præhenſa mox bona fuerant, appellatio etiam interponitur. Perorant eruditè maior natu Io. Monſtrolij, patroni, filius, & Cl. Galterus in criminali auditorio: ſolóque illo 45. annorum numero appellator ad arcendum ſecundum à collo laqueum vtitur, vt præſcriptioni ex l. querela. ſit locus. Senatus, quod mirati ſunt plures, exſtinctum, præſcriptumque ctimen ptonunciauit ann. 1615. die 11. Aptil. humana nempe tatio mouit iudices ex diuturnitate temporis, numetóque libetorum, licèt in contrarium obſtarent mutatio prouinciæ, mutatio nominis, & latum pleniſſima cognitione Senatuſconſultum. Qui enim ex cauſa criminis damnatus eſt, videtur deinceps publicæ inſtar victimæ ad expiationem ſceleris. Fugiens autem victima vbicumque inuenta fuerit, occidenda eſt, nè piaculum committatur, ait Seruius ad verſ. *& magno mercentur Atridæ* lib. 2. Æn. Accedat deinde contrarius vſus legis, querela. In Senatu Toloſano ob aſila montium qui vt in ptopinquo ſunt, Oceaníque vaſtitas, latére per 20. 30. & 40. annos, aut ampliùs poſſint Rei citra larrunculatotis vllius imminentis metum quæcumque ab accuſatotibus nauetur ſtudioſa opera. Memorarũt tamen indultum & hoc ipſum euaſoti neſcio cui ſimili, cùm liberaſſent eum anno 1582. menſ. Octob. Lutetia In media auxiliares ex improuiſo mulierculæ, fricti ciceris emprores, doſſuarij baiuli, laſciuiẽntes iuuenes, idque luce non dubia, ſed media, non in angipottu, ſed latè patenri illa vtbis plateæ, cui à littotali atea nomen eſt, & cùm ptope iam, conſcenſis fetalis ſcalæ gradibus, laqueóque in collum impacto, nihil ſupereſſet, inrer ordinatos de mote milites, ptæter extremum tortotis in exangue damnati corpus impetum. Tributum illud audio à mulris gliſcēri animorum ferociæ qua vileſcebat iam per gtadus minutatim, ac ſenſim priſca magiſtratuum auctoritas vel vſque ad piiſſimum principem, Herricum III. qui ex facto tebellantes in partem Gallos habuit anno 1585. armatamq; in ſe vrbem tanto æſtu an. 1588. vt quia fermè ſe obeſſum videtet, dare ſe in periculoſiſſimam fugam ex arce Luparana coactus fuetit comitãtibus pauciſſimis: defectamque penitus vt poſteà obſedit an. 1589. confoſſus eſt ab offerente inſidioſas literas vrbano monacho nimis certè immemor Brutinæ ſententiæ apud Cic. in epiſt. ad Atticum, numquam ſcilicèt defutura bella ciuilia, ſi clementes eſſe velimus.

Lex 8.

Si qui ex conſenſu ad ſacræ legis antiſtitem litigare voluerint, non vetabuntur, ſed experientur illius in ciuili duntaxat negotio, more arbitri ſponte reſidentis, iudicium.

Neceſſarius hìc locus D. Auguſtini ad Pſalm. 118. concio. 24. ſic enim ille de malignis litigatotibus quibuſlibet, ſeu clericis, ſeu laïcis, qui lites apud eum inſtituebant vt proprium Epiſcopum: *Et tamen*, inquit, *ſuis vitioſis, & negotioſis cupiditatibus adiuuandis vt occupemur, & eis noſtra tempora impendamus efflagitant: quibus dicere non audemus, dic homo quis me conſtituit iudicem, aut diuiſorem inter vos: conſtituit enim talibus cauſis Eccleſiaſticos Apoſtolus cognitores, in foro prohibens iurgare Chriſtianos.* Hactenus Auguſtin. plura etiam in hoc ipſum D. Chryſoſtomus ἐν τῷ περὶ ἱερωσύνης: Sozomen. lib. 1. cap. 9. & Concilio Carthagin. 3. cap. 9. Durauit ille mos in Gallia aduſque ætatem Philippi Valeſij, nempe circa ann. 1327. quo Pet. Cunerius, Orator Regius, (ſtatimque vt Senatus qui anteà vagati huc illuc per ptouincias ſolebat, conſidere cœpit ſede immota, ac perpetua in intetamni vmbilico Lutetiæ) cetuices erigere auſus eſt, ex neceſſitate officij, aduetſus Epiſcopalia capita, vt tegi aſſeretetur Iutiſdictio in laïcos, quemcũque

Digitized by Google

præferrent hi in vertice orbiculum, (tonſuram vulgus vocat.) Inanis enim hac arte areſcebat iampridem regia Iuriſdictio in actionibus perſonalibus, & poſſeſſoriis beneficiorum Eccleſiaſticorum iudiciis, quòd pueri ferè omnes de more inſignirentur charactere iſto Eccleſiaſtico, ſolaſque haberent regij Iudices reales actiones in quibus & hoc contingebat ſæpiſſimè ad eludendum tribunal regium, quòd nempe ſi proferretur vel minimus contractus ab altero litigatorum qui haberet iuſiurandi conceptam clauſulam, (vt numquam ferè omittebant tabelliones adiicere præſtitum à cõtrahentibus ſacramentum de ſeruandis quæ pepigiſſent) aperta tunc & alia erat via qua fieret tota lis cognitionis Eccleſiaſticæ, non modò ex cap. 2. quamuis. de pact. in 6. cuius vſus diutiſſimè fuit maximus, ſed & ex cap. nouit. de iudic. apud Gregor. Quinimò vt quaſi nihil remaneret penes iudices regios, cognoſcebant etiam Eccleſiaſtici de omni quæſtione quæ ex cauſa teſtamentaria fieret. Ratio hæc fuit, quòd teſtamenta ferè omnia conſcriberentur à duobus ſemper notariis altero regio, altero autem Apoſtolico. Itavt per mixturam vtriuſque illius muneris ludificari & in hoc etiam mos eſſet imperium regium. Manus enim ſola incidens tabellionis Apoſtolici efficiebat, *leuibúſque velut per deuia gyris*, negotium Eccleſiaſticum, quod alias, & niſi mixtura illa fuiſſet, planè erat profanum, & à profanis, ſeu ſecularibus, regiiſque iudicibus iudicandum. Inde eminuit per longas ætates vnum penè, ac ſolum in vniuerſa Gallia forum Eccleſiaſticum, euiluitque toto illo tempore, quaſiq; emarcuit Iuriſdictio regia. Dati verò ſunt poſteà eiuſcemodi fines ἑκάνη τῇ πλεονεξίᾳ, (verius enim nomen applicari non poteſt) vt inter ipſos etiam verè clericos, nec vertice tenus, vt anteà, conceſſa ſit in ſolis mobilibus cognitio: in immobilibus autem, non. Quod nec prætereunt Molinæus ad conſuet. Pariſ. §. 1 glo. 1. num. 13. atque Maynardus, Senator Tholoſanus, lib. 4. cap. vlt. rerum iudicat. Tholoſ. Quantum ad laïcos, nulla in re hodie Epiſcopali foro ſubiiciendi ſunt, niſi de fœdere matrimonij, vel de iure decimarum inferatur quæſtio. Si enim de eatum poſſeſſione, præeſt, ſuperiorque fit ex edictis, atque ex vſu quotidiano ſolus iudex regius. Quod ſi agatur de crimine, perſtringo etiam paucis quò feratur manus Eccleſiaſtica. ad Auth. Clericus. de Epiſc. & cler. hiſce igitur ceſſere mores iampridem intermortui: tradóq; tandem de Cunerij antiquis diſſertationibus quæ nuper cupidè equidem, ac ſtudioſè ex ipſiuſmet manuſcriptis didici, cùm eorum mihi feciſſet copiam dom. Clericus, in auditorio maiore Senator, apud quem conqueſtus ſum ſæpius quòd vtiliſſima regni Gallici monumẽta penes ſe habeat, arciſque arcanis adeò ſtrangulet, vt nihil communicatum velit publico. Contuli etiam non ſemel de iſtis vetuſtatis miſerandæ ruderibus cum Dionyſ. Butillerio, ob ſingularem ipſius erga me amicitiam, rerumque tribunalis Pontificij non vulgarem peritiam: mecum autem in ea ſententia ille eſt vt ſi erraticus ſemper, ſeu, vt vocant, ambulatorius fuiſſet Senatus, nec tandem, auctore Hutino Principe, Pariſiis ſtata, immotaque ſede conſtitiſſet anno 1315. molitus forſan nihil fuiſſet Cunerius. Sed, vt veriſimile eſt, generoſo illi viro doluit quòd tamdiu per artes varias inficetus, ſpretus, nulliuſque ferè rei videretur ager regius. Per audacem enim, inter Epiſcopales apices, conatum ſeſe tandem ſibi ipſi reddidit poteſtas regia, tum quia abuterentur Iuriſdictione ſua clerici, tum verò quia alioquin inſtitutus ille iudicũ apud Lutetiam purpureus cõſeſſus vacuas vt plurimùm litigatoribus forenſes columnas habuiſſet. Neminem reperio qui iſtud obſeruarit integro ſtudio, tametſi non alio fonte deriuata videatur abrogandi tam veteris prælatorum moris in omnes fermè huius regni laicos auctoritas. Boni conſulent, vt ſpero, ſtudioſi Superſunt autem ex Io. Fabro ad noſtrũ hunc textũ quæ etiam merẽtur interpretationẽ ex Senatuſcõſultis Pariſiẽſibus. Reuera enim Iuriſdictiones patrimoniales ſunt in Gallia, ꝙ ait Faber, factumq; id cõſtat ex monumẽtis Gallicis circa annũ 988. nempe ſub noua regni Hugonis Capeti initia qui & feuda omnia poſſeſſoribus in patrimonium reliquit ſublato veteri fructuariarum poſſeſſionum vſu: itavt nulla conſtitutione regia detrahi, minuiue poſſit quippiam de iure quod ab antiquo poſſeſſum eſt, nè quidem ſi implicita agitetur cum ipſo Principe quæſtio. Ita cenſuit Senatus nuper ad hanc ſpeciem. Caſtrodunenſes duo negotiatores merces emerant à mercatoribus Aurelianenſibus, data ſoluendi pretii fide intra menſes quatuor. Conueniuntur illi ab his elapſo quadrimeſtri, dictaturque coram Aurelianenſibus conſulibus iudicium. Poſtulant domum remitti Caſtrodunenſes, nempe ad ordinarium Caſtroduni iudicem. Re-

plicant Aurelianenſes ex eo quod nulli ſint conſules Caſtroduni: rem verò eſſe inter mercatores, & de commercio. Negant penitus eiuſcemodi remiſſionem Aurelianenſes conſules. Appellant Senatum Caſtrodunenſes, acceditque, iuncto agmine, Longouillana dux quod ſua ſit iuriſdictio, plenóque iure eam poſſideat. Nè ſun nimius, ſeruato iure iudicibus dominicis remiſſa cognitio eſt Caſtrodunum, fruſtráque fuit venditoribus Aurelianenſe iudicium. Perorabant Germanus, Grenetius, & Tillerius an. 1613. 30. Iul. rurſuſque hoc ipſum eodem anno conſecuta eſt dux Tremullia aduerſus Andenſes conſules in cauſa mercatoris oppidi Valliæ quod hodie in Tremulliano patrimonio. Repreſſa tamen paulò pòſt, eodémque anno, 2. Decemb. dominicarum iuriſdictionum auctoritas contra Rhemenſem archiepiſc. quæcumque attollerentur de ducatu olim in dotem eccleſiæ dato faſtigia. Eò enim produci eiuſmodi patrimonium noluit ordo ampliſſimus, vt nouos vel iudices, vel procuratores inſtituere ius eſſet dynaſtis Francicis præter admiſſum ab antiquo numerum. Atque vt clarum magis fiat, recenſebo breuiſſimam in id ſpeciem: vnum adiecerat præſul Rhemenſis duodeuiginti fori ſui procuratoribus, eique, vt eſſet procuratoris dominici vicarius (ſubſtitutum aliâs vocant) indulſerat. Intercedunt procuratores quòd cùm, iure ſingulari, atque ex priuilegio forum, iuridicinaſque ſuas habeant feudales domini, nihil tamen de ſtata, præfinitaque iampridem iudiciorum forma mutare liceat. Æqua viſa eſt intercedendi iſta ratio. Docebunt verò & alia iudicia licere numquàm, nullaque dominandi ſpecie, patronis iuriſdictionum augere ſtatutos: vernaculo noſtro dicimus, *qu'il n'eſt loyſible aux ſeigneurs Iuſticiers d'augmenter le nombre des Officiers ordinaires de leur Iuſtice.* Iam enim anteà hoc ipſum aduerſus Longouillanam Ducem pronuntiatum fuerat ſecundum Columerianos procuratores, rurſuſque contra Ducem Viſium qui in Viſiano tribunali ſecundarium iudicem (ſeu particularem, vt loquimur) creauerat, ita vt certiſſima ſit hæc deinceps Baſilicæ Forenſis ad has quæſtiones deciſio.

Lex 9.

Epiſcopale.

Notat gloſſa ex huius legis fine, ſententiam per epiſcopum latam à poteſtate, id eſt à iudice ſeculari, exequendam. Sic verò hodie cōcedit iudex regius mādari executioni epiſcopale iudicium, vt, niſi hoc fiat, inane, & irritū ſit prorſus quicquid ſacer iuridicus decreuerit. Quinimo & appellationi tanquàm ab abuſu locus foret, ſi iuberet ipſe aliquid ex iudicato.

Avth.

Si quis litigantium intra decem dies contradicat iis quæ iudicata ſunt, tunc locorum iudex examinet cauſam. Etſi inuenerit iudicium rectè factum, etiam per ſententiam ſuam propriam hoc confirmet, & executioni propriæ tradat quæ iudicata ſunt, &c.

Faber notat quod & hodie receptiſſimum eſt, vt ſcilicèt quando confirmatur ſententia, poſſit primus, vel ſecundus iudex eam exequi: ſi infirmatur, ſolus ſecundus iudex exequi debeat Hoc autem non modò ſibi vendicant ſupremæ curiæ, ſed & præſidales in iis quæ intra præſidalis edicti duo capita fuerint.

Lex 10.

Iudices dominicis diebus productos Reos de cuſtodia carcerali videant, & interrogent: nè iis humanitas clauſis, per corruptos carcerum cuſtodes, negetur. Victualem ſubſtantiam non habentibus faciant miniſtrari, libellis duabus, aut tribus diurnis, vel quod exiſtimauerint com-

mentarienſes, decretis: quorum ſumptibus proficiant alimoniæ pauperum, quos ad lauacrum, ſub fida cuſtodia, duci oportet.

Singularis textus ad commiſerationem erga incluſos Reos, quos etiam hodie Rectores criminalis decuriæ præſides ſæpiſſimè, ac religioſiſſimè inuiſere ſoliti ſunt in Palatino carcere, nè quid patiantur deterius, aut ſæuius à Commentarienſi, vel eius miniſtris. Vocamus autem libellas, de quibus hîc, *le pain du Roy*. Panem ſcilicèt illum qui ex Rege melusis, ceu ad libram, diſpenſatur. Legit propterea & optimè Aleiatus, libellis duabus, non, duobus, vt in vulgatis codicibus. Libella enim eſt dimidia pars chænicis. Chænix verò eſt demenſum, ſeu cibus diurnus. Alii intelligunt libellum de menſuræ genere, ex Catone, cap. 15. ſed non tam appoſitè, & propriè. Obſeruabis præterea panem hunc regium non diſtribui niſi Reis criminum, quod & diſces ex Matth. Affl. deciſ. 71. atque ita apud nos ex vſu.

Lex 11.

Mathematicos, niſi parati ſint, codicibus erroris proprii, ſub oculis epiſcoporum, concrematis, catholicæ religionis cultui fidem tradere, numquàm ad errorem primum redituri: vrbe Roma, & omnibus ciuitatibus pelli decernimus. Quod ſi hoc non fecerint, ſed in ciuitatibus deprebendantur ſecreta erroris ſui, & profeſſionis inſinuare: deportationis pœnam excipiant.

Dixi quantum ſit ſatis in genere ad l. cæteræ. ff. famil. herciſc. de damnatis huiuſmodi artibus, quæ ſpecialibus quibuſdam notis deſignantur toto tit. de malefic. & mathem. inf. vbi pluta, per oblatas legum ſpecies, dicturus ſum. Exſcriptus verò hic textus ex l. vlt. Cod. Th. de mathem.

Deportationis pœnam excipiant.

Ea ferè ſemper fuit pœna in fallaces iſtos planetarios, ſeu inſpectores ſiderum, vt paſſim apud Tacitum, Suetonium, Xiphilin. & Paulum Iuriſc. lib. 5. tit. 21. Recept. ſent. Imò & apud Tertull. in apologet. cap. 43. & lib. 1. de idololat. ſingulares ſunt verſus Iuuenalis Saty. 6.

Nemo mathematicus genium indemnatus habebit:
Sed qui penè perit, cui vix in cyclada mitti
Contigit, & parua tandem caruiſſe Serypho.

Referri & huc poſſit alius verſus prouerbialis ex eodem Iuuenal. Saty. 1.

Aude aliquid breuibus Gyaris, & carcere dignum.

Scio legi à quibuſdam, inciſo facto pòſt, breuibus, ſed placet magis vulgata lectio. Sin autem nefaria curioſitate, vt loquitur in hoc ipſum Iull. Firmicus, reſponderint, aut ſcripſerint de ſtatu Reip. vel de ſalute Principis, vltimum ſupplicium eſt ex ſententia eiuſdem Pauli Iuriſc. illo tit. 21. vbi Cuiac. & cùm nuper temerarius quidam, ac ineptus mathematicus, Morgardium nuncupant, in ephemeride, ſeu Almanachio, vt loqui mos eſt, adumbrare nonnulla liberrimè auſus eſſet de ſalute Principum, damnatus eſt ad triremes in Nouennium, an. 1614. 31. Ianuar. parumq; abfuit quin literam longam è trabe fecerit. Diuiſæ enim ſentētiæ fuerunt, aliis ad laqueum, aliis ad triremes damnantibus, ceſſitq; iudicium, de more, in mitiorem.

Lex 13.

Si lenones patres, & domini ſuis filiabus, vel ancillis peccandi neceſſitatem impoſuerint, liceat filiabus, & ancillis epiſcopum, implorato

ſuffra-

ſuffragio, omni miſeriarum neceßitate abſolui.

Dixi ad l. athletas. §. lenocinium. de his qui not. infam. & ad l. palam. de rit. nupt. ff.

LEX 14.

Decernimus. Apud beatißimum Conſtantinopolitanum archiepiſcopum cauſam debent dicere reuerendiß. œconomus, & quicumque eccleſiarum, quæ Conſtantinopoli ſunt, clericus lite pulſatus fuerit. In quo ſynceritatem geminam præbiturus eſt archiepiſcopus & ſacerdotis, & iudicis.

Præclarum quod in concilio Valentino 3. Galliæ, cap. vlt. legitur ex epiſt. Conſtantini Magni ad Ablauium, præfectum prætorio. Ideò enim vult Conſtantinus ſententias epiſcoporum quocumque in negotio latas ſeruari, vt pro ſancto, ac venerabili habeatur in perpetuum quicquid epiſcopi terminauerint. Multa enim, ait Conſtantinus, quæ in iudicio captioſæ præſcriptionis vincula promi non patiuntur, inueſtigat, & promit ſacroſanctæ religionis auctoritas. Vetat autem concilium Tarraconenſe can. 10. nè exigantur ſportulæ, more ſæcularium iudicum, ſed vt gratuita tantùm munera eccleſiaſtici iudices accipiant. Seruatur id hodie à paucis. Vide quæ adieci ad l. placer. de epiſc. & cler. ſup.

AVTH.

Præſides. Nobiliores ciuitatum quibus aliqua ratio bonæ opinionis conſtituta eſt, debent per circulum defenſores nominari, & eligi tam ab epiſcopo, & clero, quàm ab aliis in ciuitate bonæ opinioni ſtudentibus.

Politica lex cuius maximus ſemper vſus in bene moratis ciuitatibus, vbi de adminiſtrationibus tribuendis agitur. Singularis in id textus in l. 3. §. præſes. de mun. & hon. ff. quem vide. communicipes, dixit Alciatus ad l. 228. municipes. de verb. ſign. ὑπεύθυνους Fornerius ad eundem textum, id eſt muneribus publicis obnoxios: neque alius hodie ambitus maior, & acrior per huius regni vrbes præcipuas, quàm vbi de inſtituendis Maiore, (dicimus, *maire*) & curatoribus Reip. quos etiam Scabineos vocamus, inter ciues quæritur. Quinimò & natum eſſe Lutetiæ oportet quiſquis vel Præfecti mercatorum, vel Scabinei Lutetianum munus ambierit.

LEX 19.

Nemini licere volumus, ſiue ab ingenuis genitoribus, puer paruulus procreatus ſit, ſiue à libertina progenie, ſiue ſeruili conditione maculatus, expoſitus ſit: eum puerum in ſuum dominium vendicare, ſiue nomine dominii, ſiue adſcriptitiæ, ſiue colonariæ conditionis. Sed neque iis qui eos nutriẽdos ſuſtulerint, licentiam concedimus, penitus cum quadam diſtinctione eos tollere, &c.

Repetitur longiori ſermone in l. 3. inf. de infant. expoſ. vide autem ſingulares textus in l. 1. & 2. de expoſitis. Cod. Theod. at verò & in l. vxorem. ff. de manum. teſtam. doctiſſima de his obſeruatio eſt apud Cuiac. lib. 19. cap. 36. & cùm Chopinus

duobus locis, putà ad conſuet Pariſ. lib. 2.tit.7. num.19.& ad conſuet. And. lib.1. tit.1. cap 9. num. 5. & 6. quæſtionem hinc inde agitauerit, quorum ſit infantes expoſitos tollere, ac alere, dominorúmve feudalium, vel omnium qui ditiores in loco, vbi expoſitus eſt infans, tum ſacri, tum profani fuerint, an verò Eccleſiarum duntaxat, maximéque vtrùm à monaſteriis ſolis præſtari hoc debeat: multa equidē ille ex priſcis temporibus, decretis Eccleſiaſticis, conciliis Gallicis, atque ex iis quæ hodie obtinent, tandem verò vbi tradidit vulgatum in foro de Ronceranis monialibus Senatuſconſultum, quo in comitiis Pictonum iuridicis an 1579. damnatæ ſunt fiduciario iudicio alere ſanguinolentum, ac expoſitum qui ante earum fores repertus fuerat, duo in calce ſubiicit decreta curiæ anni 1547. & 1552. promulgatumq́; ex ea cauſa edictum regium an.1554 & 1556. quo pia illa nutricatio clericis nō modò, ſed & potioribus quibuſcumque laicis mandata eſt, ita vt fiat veriſimile, ſecutos fuiſſe in eo edicti illius auctores veterem Gallicanæ Eccleſiæ morem quo tollebantur à matriculariis Eccleſiarum iacentes infantuli, qui poſteà ab aliquo fideli educarentur: vide veteres formulas ſecundum legem Romanam apud Marculfum, cap.11. Synodum Matiſcenſem cap.6. apud Burchardum & Pitheanum gloſſarium, quæ omnia nec prætermiſit Hieron. Bignonius in notis ad caput illud vndecimum Marculfi: aliquando etiam, ait D. Auguſtinus epiſt 23. ad Bonifacium, quos crudeliter parentes expoſuerunt, nutriendos à quibuſlibet, nonnumquam à ſacris virginibus colliguntur & ab eis offeruntur ad baptiſmum. Duas autem nuper exemit ſeſſiones iudicum eadem rurſus quæſtio agitata acerrimè in hanc ſpeciem: Expoſitus fuerat infans in hortis monaſterij Trinitatis, oppidi Monleonis, apud Pictones, cuius & feudum, & Iuriſdictio, totiuſque illius territorij dominium penes Ducem Tremullium. Quis educaret, quæſitum eſt inter monaſterij eleemoſynarium, & Ducem. Damnatus cùm eſſet eleemoſynarius à Monleonio Iuridico, prouocauit ille ad Senatum potiſſima hac ratione, quòd patroni feudales ſpuriis, qui ſine liberis, intra feudi ſui metas, decedunt, hæredes exiſtant, ſparſaque inſuper, atque adeſpota ſua faciant, (vulgo dicimus, *eſpaues*) Itaque æquum eſſe vt quos ſequuntur commoda, eos etiam & onera, atque incommoda. Et quia præcipua cauſæ vis in eo erat vt qui eleemoſynarius dicebatur, opere id præſtaret maximè cùm olim, primiſq́; Eccleſiæ ſeculis, ad oſtia Eccleſiarum exponi ſolerent eiuſmodi recentes animæ, probabat ſcripto, & inſtrumentis appellator officium Eleemoſynarij quo defungebatur vſque adeò eſſe monaſticum, ſoliſque monaſterij neceſſariis eleemoſynis ſacrum, vt cùm duobus agris duntaxat frueretur, ex vno duodecim tantùm ſextarios tritici perciperet, ex altero autem octo. in quo & agebat præiudiciis: Anno enim 1599. 22. April. cenſuit Senatus inter incolas Sancti Albani, Andenſis, & loci illius Abbatem, nutricationis expoſitorum duas partes deberi ab incolis, tertiam verò à feudali domino. Placuit tamen ampliùs deliberandum. Perorabant Pet. Mauguinius, & deſ. Heraldus, 11. Iull. 1614.

Lex 20.

De creationibus curatorum qui furioſis vtriuſque ſexus dantur, paternum in vltimo elogio teſtimonium pro omni ſatiſdatione ſufficit: Itaque qui ita curator datus eſt praſtare debet iuſiur. tactis ſacroſ. ſcripturis, praſente Epiſcopo; & tribus primatibus: ac deinde inuentarium cum omni ſubtilitate (al. ſolennitate) *conſcribendum eſt.*

Iunge l 4. § 1. de teſtam. tut. l.1. 3. 8. 9. & 10. de confirm. tut. ff. vbi dicitur, iudicandum eſſe id modò ex ſolo teſtamento, modò contra teſtamētum, prout vtilius fore pupillis videbitur. In quo præiudiciis curiæ duobus vtar ad ampliorem fori notitiam. Anno enim 1596. 7 Mart. paternum in vltimo elogio teſtimonium prælatum eſt ad hanc ſpeciem cuius diſceptationi publicæ interfuimus: in prouincia Lugdunenſi, quæ iure ſcripto regitur, quemdam Italum, argentarium, nomine, Bonviſi, alter Italus, etiam trapezita, nomine, Baleni, tutorem teſtamento liberis dederat. Petebat mater vt ſatiſdaret: Aliâs enim rerum pupillarium iacturam fore maximam, cùm bona

omnia

omnia in nummis eſſent, inſtrumentis, & ſchedis, quæ vniuerſa tutor iſte in Italiam procul dubio deferret, niſi coërceretur data fideiuſſione in Galliæ finibus, quam vt quinquaginta millium aureorum eſſe oportere dicebat, ita & ſimilem offerebat ipſa, nè pupilli furacem, ac fugacem experirentur tutoris teſtamentarij perfidiam. Tamen hoc Senatus inſuperhabuit, quia nihil in perſonam diceretur, puræque propter eà, ac ſimpliciter confirmauit teſtamentum patris Itali qui de amico etiam Italo meliùs præſumpſerat. Dicebant Chezelius, & Martellerius. Aliud verò iudicatum anno 1587. 8. Iull. in quinta claſſe Inquiſitionum. Prælatus eſt enim tutor electus tutori teſtamentario in eadem Lugdunenſi prouincia, quia nempe detectum eſt à propinquis, & amicis quod defunctus non nouerat, quæ exceptio eſt non modò textuum quos citaui ſuprà, ſed & legis, Quintus. ff. de ann. leg. In cæteris, paterni deſiderij rationem habendam eſſe diſcimus ex l. 1. & pen. inf. quando decr. opus non eſt, vbi de alienatione fundi agitur prout teſtator iuſſerit: & ex l. pen. de curat. fur. prod. ff. quæ per omnia iudicium teſtatoris ſequendum eſſe vult in curatore dato filio: nè quem pater, inquit, verò cõſilio prodigum credidit, eum magiſtratus, propter aliquod fortè ſuum vitium, idoneum putauerit, nempe vitio corruptus, ait glo. textus hi apprimè notandi ſunt, vt à quibus ferè numquam recedatur ad iſtiuſmodi de curatoribus teſtamentariis quæſtiones, nihilque hodie videmus vſitatius.

Ac deinde inuentarium cum omni ſubtilitate, &c.

Liquet ex his conſcribendum ſemper eſſe inuentarium, vbi de vniuerſitate mobilium agitur, quæ vel morte, vel alio quouis modo in manum hæredis, aut cuiuſcumque alterius tranſit mutatis prioribus poſſeſſoribus vel dominis, ſynopſin bonorũ dixit Vlpianus in l. magis puto. §. 7. in primis. ff. de reb. eorum qui ſub tutela, &c. ſingulares etiam, nec adeò vulgares ſunt textus in l. vlt inf. de bonis proſcript. atque in l. 1. §. ſolenr, de off. præf. vrb. quo §. vt Vlpianus id vocat, *edere patrimonium*, ita & conſuetudo Tricaſſ. art. 107. qui de cõſcribẽdis inuentariis, *pour ſçauoir l'eſtat de la ſucceſſion*. Nihil apud nos religioſius quàm vt præſcripta adimpleatur in his formula, quæ modò ſtrictior, modò laxior, prout prouinciatũ ſunt mores: ſtrictiſſima autẽ legitur in cõſuet. Turon. art. 346. Vtvt ſit, niſi titè, ac rectè fiat inuentarium, dolo id adſcribitur, & mulctatur ſummo iure quiſquis non fecerit, cùm deberet, amiſſione iuris debiti, auth. Sed cùm teſtator. Cod. ad l. Falcid. vna ſola exceptio eſt, ſi plus foret in ſumptu, quàm in reipſa, argum. l. Mediterraneæ. inf. de annon. & trib. vbi ita decîdit Bartolus, poſt eumque doctor fori Gallici, Molinæus ad conſuet. Borbon. art. 182. In quo tamen & quædam etiam neceſſaria eſt formula, vt ſcilieèt enuntietur perquiſitum quidem fuiſſe hinc illinc in ædibus, rogatoſque vicinos vt, ſi qua eſſent bona debitoris, indicarẽt, perquiſitionem verò fuiſſe irritam, quia nihil quicquam indicatum, detectum, repertum. Quæſitum eſt an remitti poſſit, prohiberíve à teſtatore inuentarij confectio: ſolos enim in eo tutores excipit conſuetudo Picton. artic. 307. at verò & conſtitutio Caroli IX. quos tamen & putat Bartolus cogendos non eſſe vt id faciant ſi in euulgandis arcanis patrimonij pupillaris ſit periculum, arg. l. 2. quando & quib. quarta pars, lib. 10. ſic ille ad l. tutor qui repertorium. de adm. tutor. vidimuſque ex ratione legis illius, 2. prohibuiſſe nonnullos teſtamento hoc ipſum inter liberos, cui tamen prohibitioni nec ſtare liberi damnati ſunt, arg. l. 1. Cod. de vſufr. & l. quidam §. Papinianus. de admin. tut. Placere autem conſultiſſimis ad hemicyclium video vt prohibitio illa inuẽtarij obligare nec liberos ipſos maiores natu debeat quicquid diſtinguat Ratius ad d. conſuet. Picto. art. 306. inuitat enim, quaſique allicit, inquiunt illi, vt delinquatur ab aliquo in res hæreditarias: quamuis equidem in hiſce patrimoniorum editionibus, ſeu inuentariis, cautiores longè ſint, ac prudẽtiores qui domeſtica manu, nulliſq; accitis perſonis publicis, vt honeſtiorũ magna pars, iſtud inter ſe efficiant, maximè ſi inter liberos qui ſibi nil metuant à creditoribus. Durum enim eſt, ac inhumanum quaſi publicatione, pompáq; rerum familiarium, & paupertatis deregi vilitatem, & inuidiæ exponi diuitias: quod dixere Imperatores in d. l. 2. quando, & quib. quarta pars. Plærumque autem tam iniqua ſors, & cæca aliunde incidit, vt nè quidem perſpicacio-

res, argutiſſimiſque oculis domini ſibi inter explicitos, reſolutoſque chartarum nexus caueant à ſummiſſis manibus. Ferméque vix eſt vt contrectandi, deſcribendíque tuta poteſtas fiat, niſi apprimè perſpecta ſit fides contrectantium. Fraudes iſtas in bonis defunctorum contigiſſe ſæpius nemo neſcit, conqueſtoſque & à pluribus annis optimos viros de auerſis clanculum ſchidis cùm deſcriberentur inſtrumenta domeſtica, nexiq; ſigillatim acciperentur chartarum faſciculi modò ab his, modò ab illis halophantis, hiruudinibuſque publicis.

Lex 21.

Tam dementis quàm furioſi liberi poſſunt legitimas contrahere nuptias præſentibus curatoribus dementis, vel furioſi, & iis qui ex genere eorum nobiliores ſunt.

Tranſcribitur in l. ſi furioſi. inſ. de nupt. dixi de conſenſu patris neceſſario, ad tit. de ritu nupt. ff. verba autem legis primæ. de nupt. Cod. Th. ſunt hæc: Nuptias nobiles nemo redimat, nemo ſollicitet, ſed publicè conſulatur affinitas, adhibeatur frequentia procerum, quòd ſi in conditionis delectu mulieris voluntas certat ſententiæ propinquorum, placet admodum habendo examini auctoritatem quoque iudiciariæ cognitionis adiungi, &c. hoc & ipſum in l. in cõiunctione. Cod. eod. illo tit. de nupt. vulgata denique T. Liuij diſceptatio inter matrem, tutorem, & conſanguineos, decad. 1. lib. 4. hodie, ad eiuſmodi controuerſias de quibus querelæ incidunt apud Senatum, decerni ſolet congregandos eſſe conſanguineos æquali, qui præfinitur, numero, tam ex latere paterno, quàm materno, ad conſtituendum cui nubere puella magis debeat; qui mos in deferendis tutelis quotidianus eſt.

Avth.

Liberi furioſi qui curam ei negligunt præbere, tam exhæredatione digni ſunt, (glo. niſi reſipiſcant) *quàm aliis pœnis legitimis.*

Vide ad l. 4. ff. de in ius voc. vbi cultum erga parentes, facto auctorum ſplendidiore delectu, diſſerui. Vide etiam ad l. nam & ſi parentibus. de inoff. teſtam. ff. atque ad Auth. ſi captiui. de Epiſc. & cler. ſup. pulchrè Apuleius impietatem filiorum exagitat qui parentes litibus, atque accuſationibus laceſſunt, cùm ait Apolog. 1. in hæc verba: ô infœlix vterum tuum, Pudentilla: ô ſterilitas liberis potior, ô infauſti decem menſes: ô ingrati quatuordecim anni viduitatis: vipera, vt audio, exeſo matris vtero, in lucem proſerpit, atque ita parricidio gignitur: at tibi à filio iam adulto acerbiores morſus viuenti, & videnti offeruntur. Hactenus Apul. S. Paulinus, Nolanus, in carm. ad Auſonium:

—— ipſo te lædere vultu,
Semper & incauta timui violare figura.
Cumq; tua acceſſi venerans mea cautiùs ora
Compoſui. & læto formaui lumine frontem,
Nè qua vel à tacito contractam pectore nubem
Duceret in ſanctum ſuſpicio falſa parentem.

Vetus auctor in epiſt. de honorandis parentibus, quæ à quibuſdam tribuitur D. Hieronymo: meretur, inquit, cæcitatis ſuæ ſubite ſupplicium, qui parẽtum vultus vel toruo vultu deſpexerit, & elatis oculis læſerit pietatem. Cætera in locis ſuprà citatis perſequot ex decretis ampliſſimi ordinis.

TIT.

TIT. V. DE HÆRETICIS, ET MANICHÆIS, ET SAMARITIS.

Lex 1.

Priuilegia, quæ contemplatione religionis indulta ſunt, Catholicæ tantùm legis obſeruatoribus prodeſſe oportet, &c.

Sic anno 1612. menſe Aprili, cenſuit Senatus in edictali auditorio, eum qui reſignauerat cutam parœcianam, retenta penſione, & poſteà à Catholicis Chriſtianis defecerat, indignum eſſe qui conuento deinceps beneficij illius Eccleſiaſtici reditu frueretur. Eadem etiam ratione ſeruamus impettandas non eſſe cenſuras Eccleſiaſticas à non Catholico Chtiſtiano, niſi & procuratoris regij nomine fiat impettatio, & publicatio: ſecus tamen in iure patronatus quod complectitur feudi vniuerſitas, cùm, implicita patrimonij vice, poſſideatur ab eodem feudi domino, vt dixi latiùs ad tit. de alienat. iudic. mut. cauſ. fa. ff.

Lex 2.

Hæreticorum vocabulo continentur qui vel leui argumento à iudicio Catholicæ Religionis, & tramite detecti fuerint deuiare.

Cuiacius in patatitlis: nomen habent, inquit, à pertinaci ſpiritu, & opinione ſingulati, duræ frontis obſtinato piaculo, vt Theodoſius loquitur. Hactenus ille. Verba autem D. Auguſtini tractatu de paſtoribus, cap. 15. hæc ſunt, *exire, hæreticorum eſt.* & cap. 12. eod. *deſerta vnitate in illam, vel illam hæreſim pergas.* Rurſus verò epiſt. 222. ad Conſentium: *Intellectum valdè ama: quia & ipſæ ſcripturæ ſanctæ, quæ magnarum rerum, ante intelligentiam, ſuadent fidem, niſi eas rectè intelligas, vtiles tibi eſſe non poſſunt, omnes enim hæretici qui eas in auctoritate recipiunt, ipſas ſibi videntur ſectari, cum ſuos potius ſectentur errores, ac per hoc non, quòd eas contemnant, ſed quòd eas non intelligant, hæretici ſunt.* Errorem hunc appellat Vincentius Litinenſis *errandi libidinem*, additque in eo gratia Dei abuſum inſolentiùs Origenem, *dum ingenio ſuo nimiùm indulgeret, ſibique ſatis crederet, dum parui penderet antiquam Chriſtianæ Religionis ſimplicitatem, dum ſe plus cunctis ſapere præſumeret, dum Eccleſiaſticas traditiones, & veterum magiſteria contemneret, & quadam ſcripturarum capitula nouo more interpretaretur.* Licèt enim fieri iſtud *ad exercendam doctrinam* ſeribat D. Auguſtin. epiſt. 3. ad Voluſianum, improbat tamen ille ipſe eodem loco, *cùm fiat aduerſus nomen Chriſti ſub velamento nominis Chriſti.* Solet proptereà dicere hæreticos eſſe *extra viam*, quos etiam ex eadem ratione vocat D. Chryſoſtomus vatiis locis, τοὺς ἔξωθεν τῆς ἐκκλησίας. Cæterùm vt nemo ſibi malè blandiatur ex eo quod non ſatis intelligat, de barbaris tantùm, & Gothis, ignaris nimirùm illis, nec arcana vnquam Chriſtianæ Religionis edoctis, agit Saluianus lib. 5. de gubernat. Dei, cùm ſcribit *nullum ſcire poſſe, niſi iudicem, qualiter pro opinionis ſuæ errore puniendi ſint in die iudicij, cùm affectu piæ opinionis errent.* ſunt eius verba.

Lex 3.

Cuncti hæretici procul dubio nouerint omnia ſibi loca adimenda eſſe: ſiue ſub Eccleſiarum nomine teneantur, ſiue diaconica appellentur, vel etiam decanica, ſiue in priuatis ædibus, vel locis huiuſmodi cœtibus copiam præbere videantur, &c.

Habuerunt Donatiſtæ, Nouatiani, & Arriani ſuas Eccleſias, ac Epiſcopos ſub Conſtantio, Iuliano, Iouiniano, Valentin. Theodoſio, Arcadio, & Honorio: teſtatur Theodoritus variis locis, li. 2. ca. 12. li. 4. ca. 24. li. 5. ca. 2. teſtantur & Euſebius in vita Conſtantini, Nicephorus li. 13. ca. 5. & li. 14. ca. 13. ardores autẽ defeſbuerunt, effœtæq; ſenſim elanguerunt vires, & planè tandem quieſcebat Chriſtianus orbis, cùm Arcadius, & Honorius ſanctione iſta comminati ſunt quæ anteà procul dubio fuiſſet irrita, ac inanis, quippe aduerſus potentiſſimos, vt ex auctoribus, quos citaui ſuprà, aliiſque rei Eccleſiaſticæ plurimis clarum eſt. Quantum ad Diaconica, ſeu decanica, de quibus in textu, quænam olim illa fuerint, tentauit aperire Cuiacius, ad Nou. 79. quæ eſt de monachis litigatoribus: ſed rem ita protulit vt neque inclareſcat magis. *Non ſunt,* inquit, *carceres, licèt in ea Rei quoque conſiciantur cuſtodiæ cauſa, cum & haberi in eis conuentus ſoleant, & recondi res pretioſa.* Gotofredus ad eamdem Nouel. vt variæ, accuratæque vir lectionis, perueſtigat etiam, legitque hinc illinc literatæ antiquitatis veſtigia, ſed id vt tandem ad priuata ſeu monachorum, ſeu canonicorum capitula, quæ dicimus, vocabulum iſtud reuocet,

Tantum aui mutare ſolet longinqua vetuſtas.

Impendi & ipſe operæ aliquid euoluendis in hoc quibuſdam Græcæ, Romanæque eruditionis ſcriptoribus: tamen occurrit nihilquicquàm quod facerer ſatis: placétque eò magis Gotofredi comparatio, quòd, vt genus aliquod carceris fuiſſe exiſtimat, ita & in hunc diẽ plæræq; monaſteriorũ exedræ, ſeu capitula, vt loquimur, foriculam in angulo latentẽ habere ſoleant in quam detrudi conſueuerunt nequiores, frænique indociles monachi. Vidi tandem eruditiſſimi Ioannis Meurſii gloſſarium, quo ille indubitantet διακονικὸν, carcerem eſſe eccleſiaſticum explicat, nititurque in id duobus locis ſanè lectiſſimis, altero ex Baſilio diacono, in libello ad Theodoſ. & Valentinianum, altero ex Iuliano antecеſſore, conſtitutione 73. Notandum verò eſt ideò Imperatores quaſi ambigere in hoc textu quibus nominibus dicant hæreticorum eccleſias, quòd alia ferè ſemper appellatione eas vocarent catholici Chriſtiani. Speluncas quippe magis dicebant, vt videre eſt in concil. Laodicenſi tit. 9. item & domos, apud Euſebium, lib. 3. de vita Conſtantini, & D. Auguſtinum epiſt. 50. Oraroria autem numquàm, vt tradit idem Euſebius eod. lib. 3. *faciunt eccleſias & Marcionitæ, ſed ſicut fauos veſpæ,* ait Tertullian lib. 4. aduerſus Marcion. Cæterũ cũ Imperialis hæc conſtitutio inſcripta ſit præfecto vrbi, nempe Conſtantinopoli, vt docet ſubſcriptio, præterire non debeo quod pro re nata ſuadet locus, ſeruari ſcilicèt in cõtrariũ, tamq; alta pace per vniuerſam Galliã conſtitutiones amneſticas annorum 1570. 1579. & 1599. vt pactis vrbibus, & locis concionatores ſuos, ſua tẽpla, ſuaq; cœmeteria habeant noncatholici: promiſcuè autẽ edictales decurias in ſupremis regni tribunalibus, ac ſociam vbique animis, poſt 40 ferè annorum clades, pacatioribus vitam. Singulare eſt quod ſcribit D. Chryſoſtomus homil. 47. in Matthæum, cap. 13. τότε δ' ἔλεγε, κωλύων πολέμους γίνεσθαι, καὶ αἵματα, καὶ σφαγάς. οὐ γὰρ δεῖ αἱρετικὸν ἀναιρεῖν. ἐπεὶ ὁ πόλεμος ἄσπονδος εἰς τὴν οἰκουμένην ἔμελλεν εἰσάγεσθαι. Plura eo loco. & vide ad l. 1. ſup. de ſumma trinit.

Interdicitur hæreticis omnibus, ad litanias faciendas, nocte, vel die profanis coire conuentionibus.

Dixi de litaniis, ad auth. ſed nouo iure. ſup. de epiſcop. & cler.

Lex 4.

Manichæos. *Quod in religionem diuinam committitur, in omnium fertur iniuriam. In mortem quoque extenditur, & licet memoriam accuſare defuncti, vt in crimine maieſtatis.*

Oſtendit fuſiſſimè Decius conſil. 410. crimen læſæ maieſtatis duobus tantùm caſibus

bus vindicari poſt mortem Rei, quando ſcilicèt aliquid contra Remp. vel contra principem hoſtili animo committitur. Gloſſa præfinit tempus, nempe vſque ad quinquennium, arg. l. 2. inf. de Apoſt. reperio apud Oratorem Lycurgum ἐν τῷ κατὰ λεωκράτους, pag. 164. prolatum eò fuiſſe Athenis vltionis publicæ exemplum in omnes qui patriam prodidiſſent, vt quocumque tempore detecta fuiſſet proditio patriæ in mortuū, accuſationis inſtituendæ poteſtas cuiuis fieret apud populum, quo decernente, & ſanciente refodiebantur non modò condemnati oſſa, ſed proiiciebantur etiam extra fines Atticos, vt in quibus iacēre indignus eſſet qui & regionem, & vrbem prodidiſſet. Textus in partem hic eſt: τά τ' ὀστᾶ αὐτοῦ ἀνορύξαι, καὶ ἐξορίσαι ἔξω τῆς Ἀττικῆς. ὅπως ἂν μὴ κέηται μηδὲ τὰ ὀστᾶ τοῦ τὴν χώραν, καὶ τὴν πόλιν προδιδόντος.

LEX 5.

Arriani, & Macedoniani, &c. & qui ad imam vſque ſcelerum nequitiam peruenerunt, Manichæi, nuſquàm in Romanum locum conueniendi, morandiq́ habeant facultatem: vltimo autem ſupplicio tradendi ſunt. Quoniam his nihil relinquendum loci eſt, in quo ipſis etiam elementis ſit iniuria.

Vincentius Lirinenſis ita de Manichæis: Manichæi dementes, & phantaſiæ prædicatores, aiunt filium Dei, Deum, perſonam hominis non ſubſtantiuè extitiſſe, ſed actu putatiuo quodam, & conuerſione ſimulaſſe, vt in theatris fieri ſolet, vbi vnus plures effingit repente perſonas, quarum ipſe nulla eſt. Duobus verbis gloſſa: *Manichæi Chriſtum dicunt non eſſe verum hominem: Arriani contrà purum hominem eſſe aſſerunt.*

LEX 6.

Damnato portentoſæ ſuperſtitionis, (glo. id eſt, miraculoſę herę-ſis) *auctore Neſtorio, nota congrui nominis eius inuratur gregalibus, nec Chriſtianorum nomine abutantur: ſed quemadmodum Arriani ab Arrio, &c. Sic vbique Neſtoriani à Neſtorio vocentur: vt cuius ſcelus ſunt, in deſerendo Deum, imitati, eius vocabulum iure videantur ſortiti.*

Rurſus Vincentius Lirinenſis de Neſtorio: Infœlix ille Neſtorius, ait, ſubitò ex oue conuerſus in lupum, gregem Chriſti lacerare cœpit, cùm eum hi ipſi, qui rodebantur, ex magna adhuc parte ouem crederent, ideóque morſibus eius magis paterent. Imperii enim iudicio electus fuerat, magnóque ſacerdotum ſtudio, & ſummo populi fauore celebrabatur quotidie: palàm diuina tractabat eloquia, & noxios quoſque Iudæorum, & gentilium errores confutabat, &c. Hactenus ex Vincentio. Diuus autem Auguſtinus, & alii oſtendunt fuiſſe in eo Neſtorianam hæreſim, quòd dominum noſtrum diceret hominem duntaxat, nec id quod mediator Dei, & hominum factus eſt, in vtero virginis de ſpiritu ſancto fuiſſe conceptum, ſed poſteà Deum homini fuiſſe permixtum, Deum autem hominem paſſum non fuiſſe, nec ſepultum. Plura de his apud Baronium in Annal. eccleſ. Cæterum in eo quod vult imperatoria hæc conſtitutio hæreticos denominari oportere ab auctore ſuæ cuiuſque hæreſis, putà Neſtorianos à Neſtorio, Arrianos ab Arrio, &c. Prætermittendum non videtur quod idem Auguſtinus adiicit de Donatiſtis ad Pſal. 132. *Meritò,* inquit, *illis diſplicet nomen monachorum, quia illi nolunt habitare in vnum cum fratribus, ſed ſequentes Donatum, Chriſtum dimiſerunt.*

LEX 8.

Quicumque Eutychetis profanam peruerſitatem, & dogmata fune-

ſta ſequuntur, & ita non credunt vt trecenti decem & octo ſancti patres tradiderunt, catholicam fidem in Nicæna ciuitate fundantes: centum quoque & quinquaginta alii venerabiles epiſcopi in alma vrbe Conſtantinopolitana: & ſicut Athanaſius, & Theophilus, & Cyrillus, ſanctæ recordationis epiſcopi Alexandrinæ ciuitatis credebant, quos etiam Ephesina ſynodus, (cui beatæ memoriæ Cyrillus præfuit) in vniuerſis ſecuta eſt: quos & nuper Calcedonenſis ſynodus eſt ſecuta, &c: *ſciant ſe eſſe hæreticos,* &c.

Longiſſima eſt, in eo autem obſeruanda maximè, quòd in primis illis 4. conciliis conſtitutam eſſe catholicam fidem velit Imperator Martianus: nimirùm in iis quæ, ad illa vſque tempora, controuerterant hæretici. Fore enim eccleſiæ, id eſt vniuerſi Chriſtianorum conuentus perpetuum, ad conſummationem vſque ſeculi, rectorem, ac Ducem S. Paracletum dixit dominus. Quo etiam ſenſu ſtatuerant patres concilii Sueſſionenſis ſub Rege Childerico, & concilii Cabillonenſis 1. cap. 1. ſeruandum eſſe in Gallia, vt legem Dei, quicquid in ſanctis conciliis decretum fuiſſet. Terrori autem eſſe debet quod ſcribit D. Auguſtinus de concilio Cirtenſi ad Donatiſtas, in hæc verba: *Quiſquis*, ait, *ab hac catholica eccleſia fuerit ſeparatus, quantumlibet laudabiliter ſe viuere exiſtimet, hoc ſolo ſcelere quod à Chriſti vnitate diſiunctus eſt, non habebit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum*, iſta to. 7. Vide etiam, ſi lubet, ad l. 4. ſup. de ſumma trin.

Quantum ad pœnas quas hæc eadem lex eſſe vult in dominos qui ſcientes locant prædia in quibus paraſynaxes, & conuenticula interdicta colliguntur, iunge l. 15. conuenticula. ſup. de ep. & cl. vbi dixi, & l. 1. de falſ. mon. quæ agit de ædibus in quibus falſa moneta cuditur. Paraſynaxes verò appellat, cuiuſmodi παρασυνοδείας, καὶ παραβαπτίσματα dicimus. Synaxis enim vera celebratur catholicis Chriſtianis.

LEX PEN.

Quoniam.

Obſeruanda ſunt verba: *Vel iis etiam qui Iudaicam ſuperſtitionem colunt*: vt habeatur verus intellectus legis 3. §. vlt. eos. ff. de decurion. vbi cùm eadem verba ſint, quidam malè illa referunt ad Chriſtianos, idq́ue ignorantia huius legis penult.

Aduertendum præterea ex fine, teſtimonia hæreticorum admitti in teſtamentis, & contractibus, ob vtilitatem promiſcui vſus, nè ſcilicèt probationum facultas anguſtetur: ita Rebufus, tit. de inquiſitionibus, argumento huius textus vtitur, vt doceat quàm optimo iure ſeruemus conſtitutionem Caroli VII. quæ vult appellationes non obſtare quominùs delegatus probationes perficiat. Fit hoc, inquit, nè interim, per artes vitiligatorum probatio, quæ in propinquo eſt, pereat.

TIT. VI. NE SANCTVM BAPTISMA ITERETVR.

LEX 2.

Vocat Chriſtianos, miniſtros catholicæ ſectæ, ſtatuitq́, eum qui rebaptizat, vel rebaptizatur, piaculare crimen committere: proindeq́, vltimo ſupplicio percellendum, ſi per ætatem capax ſit criminis.

Verba legis ſunt. Immenſum quod collegit Briſſonius de ſacramento baptiſmi, ad l. dominico. de ſpectaculis Cod. Theodoſ. in eis verbis, *quamdiu cæleſtis lumen lauacri imitantia nouam ſancti baptiſmatis lucem veſtimenta teſtantur.* Longè plurima etiam poſt Briſſonium Durantius, Senatus Toloſ. Præſ. max. lib. 1. cap. 19. de ritib. eccleſiæ. Perſtringam

Digitized by Google

gam autem ex me quæ magis ad hanc tituli noſtri partem faciant, & quæ prætermiſſa à tantis viris ſtudioſus lector comperiet. Primùm Latina faciam quæ impius, miſerandusque apoſtata, Iulianus Imper. Græcè ſcripſit in Cæſaribus aduerſus baptiſmum: de Conſtantino enim loquens ſic ille: Si quis adulter, ſi homicida, ſi impius, ſi ſceleratus fidenter accedat. Ego enim ſimul atque eum hac aqua abluero, ſtatim purum, & inſontem reddam. Quod ſi etiam in eadem quoque crimina denuò reciderit, ſi pectus contuderit, & caput percuſſerit, efficiam vt iterùm iiſdem criminibus purgatus abeat. verba eius ſunt ad hunc finem: δώσω τῷ στῆθος πλήξαντι, καὶ τὴν κεφαλὴν πατάξαντι, καθαρῷ γενέσθαι. Delibat nimirùm in tranſcurſu vir paganus morem eccleſiæ tam in baptiſmis, quàm in precibus fundi ad peccatorum veniam ſolitis. Vide etiam in hoc D. Chryſoſtomum homil. 24. in Ioann. vbi docet cur ex myſterio baptiſmatis, trina immerſio fieret, & cur denique neceſſaria ſit aquæ intinctio ad baptiſmum. *In aqua enim,* ait ille, *tanquàm in ſepulchro caput immergentibus vetus homo ſepelitur, & ſubmergitur, deinde nobis emergentibus nouus inde reſurgit. Terque illud fit, vt hinc patris, & filii, & ſpiritus ſancti virtutem,* δύναμιν, ait, *hæc omnia implere intelligas.* Latina pro Græcis repono nè frequentiores helleniſmi tędiũ fortè pariãt. Tertullianus verò libro de baptiſmo, in hunc modũ loquitur, ſemperque ad interpretationem totius huius tituli: *Semel baptiſmum inimus, ſemel delicta diluuntur, quia iterari ea non apartet. Baptizant,* inquit D. Auguſtinus lib. 2. contra Creſconium Grammaticum, cap. 21. *quantum attinet ad viſibile miniſterium, & boni, & mali: inuiſibiliter autem per eos ille baptizat cuius eſt & inuiſibile baptiſma, & inuiſibilis gratia.* Amplius ait liber 6. cap. 15. conſtitutionum Apoſtolicarum, qui Clementi primo tribuitur: *vt ſcilicèt qui baptiſma repetunt, crucifigere dominum dicantur, eumque rurſus occidere, deridere diuina, eludere ſancta, inſultare ſpiritui, ſanguinem ſanctum, veluti communem, contemnere, peccare in mittentem, in paſſum, & in teſtificantem.* D. Auguſtinus in hoc ipſum ſcripſit libros 4. contra Creſconium de quo ſuprà. libros 3. contra literas Petiliani: librum vnum de vnitate eccleſiæ: libros 3. contra Parmeniani epiſtolam: atque in genere libros 6. contra Donatiſtas, in quos verè amentatas haſtas lacertis, viribuſque oratoriis torſit, licèt illi ex ſola ferè iterandi baptiſmi cauſa receſſiſſent à catholicis, id verò innixi ſententiæ Cypriani quem laudat impenſiſſimè D. Auguſtinus, reiecta benignè eius ſententia, quòd nihilominùs in vnitate eccleſiæ ſteterit. Iure igitur baptiſmũ σφραγῖδα dixit metaph. Grego. in Macca. encõ. quẽadmodũ & Iudæis erat circũciſio, vt nẽpe eo ſigno agnoſcerentur qui eſſent in fœdere pacto cù Deo Abrahami: ſufficitq; propterea impreſſum ſemel eſſe ſignum illud Chriſtiano qui & mox nomen dabat eccleſiæ: nec debet repeti niſi vno caſu qui in pluribus conciliis legitur, nempe Carthagin. 5. can 6. Vormatienſi, cap. 70. & apud Iuon. Carnut. lib. 1. decretorum, ſi nimirùm nulla exiſtant indicia inter propinquus, aut familiares, nulla inter clericos, aut vicinos quibus conſtet factum fuiſſe baptiſma: quod maximè in infantibus. docemur denique ex his, innouandum nihil eſſe in religione aduerſus vniuerſum Eccleſiæ ſpiritum.

TIT. VII. DE APOSTATIS.

Tradũt inter cæteros, Harpocratio, & Suidas vſitatũ Græcis fuiſſe, vt ſi liberti à patronis ad alios quoſvis, quorum clientela magis placeret, deficerent, ἀποστασίου, aduerſus eos actio daretur. Qua & imitatione veriſimile eſt dictos fuiſſe apoſtatas Chriſtianis qui, cùm Chriſto nomen dediſſent, Iudæi poſteà fiebant, vel ethnici, aut, relicto vero orthodoxæ religionis cultu, damnata quædam huius, vel illius hereſiarchæ dogmata amplexi fuiſſent: explicatur iſtud fuſiùs lege 1. 2. 3. atque vlt. huius tituli. Apoſtatam verò hodie ex more dicimus qui monachiſmũ deſerit, quiq; voti deſtituti Reus eſt, quales longè plurimi, qui, ementito religionis affectu, ad nequitias omnes, moreſque deprauatiſſimos tranſeunt: deſertores monaſteriorum vocat D. Auguſtinus epiſt. 76. ad Aurelium: Verba autem concilij Aurelianenſis. 1. cap. 21. ſunt hæc: monachi qui fuerint peruagati, vbi inuenti fuerint, cum auxilio Epiſcopi, tanquam fugaces, ſub cuſtodia reuocentur, &c. ſic etiam concilium Colonienſe, 4. cap. 1. 2. 3. 4.

& ſeqq. nulla re magis, inquit, per hanc tempeſtatem fœdata eſt Chriſti facies, quàm profugorum monachorum, & ſanctimonialium perfidia, atque flagitiis, quorum vt erat vitæ inſtitutum arctum. & ſanctũ, ita & eo abiecto abſque omni fræno, ad quæuis flagitiorum genera prouoluti ſunt, &c. Benignè autem excipiendos, ſi reſipiſcant, & reuertantur, monet concilium Moguntin. 4. cap.78. plures de eiuſmodi ſactis transfugis, atq; inſignes cauſas agitari vidimus in edictali auditorio, conſenſiſſe autem iura inuita peccatis. Vide etiam ad tit. de ſeru. fugit.

LEX 3.

Hi qui ſanctam fidem prodiderunt, & ſanctum baptiſma hæretica ſuperſtitione profanarunt, à conſortio omnium ſegregati ſint, à teſtimoniis alieni, teſtamenti non habeant factionem, nulli, in hæreditate, ſuccedant. Quos etiam præciperemus procul abiici, ac longiùs amandari, niſi pœnæ viſum fuiſſet eſſe maioris, verſari inter homines, & hominum carere ſuffragiis.

Allegatur hic textus ex iurè ciuili ad excommunicationes, quarum quanta ſemper vis fuerit inter Chriſtianos, tradunt abundè Tertull. in Apol. cap.39. & variis aliis locis. D. Ambroſ. lib.2. off. cap.27. D. Hieron. in Ezech. cap. 17. aliique ſcriptores Eccleſiaſtici, quibus recenſendis non immorabor longiùs. Diſcimus enim ex noſtris, nempe ex Tiraquello. §.1. glo.9. de retractu, ex ſchol. legis Hannon. cap. 65. Bod. lib. 6 de rep. cap.1. admiſſas tam facilè non fuiſſe ab antiquo in Gallia, ſed exoleuiſſe inter laïcos ob nimiam frequentiam, de qua & acerrimè queritur Io. Gerſon. tractatu de vita ſpirit. animæ, ac Felinus ipſe ad rubr. de ſent. excommunicat. Vetat propterea conſtitutio Aurelianenſ. cap.18 (quod acceptum eſt ex can. nullus ſacerdotum. 11. q.3.) nè quid eo nomine publicetur à curionibus niſi agatur de crimine, vel probro publico. Quod adeò ſeruamus, vt, ſi quid in eiuſmodi cenſuris Eccleſiaſticis peccauerit Epiſcopi Vicarius, concedendo monitionem in re nihili, vel perſonis nominatis, aut deſignatis ſigno indubitabili, fiat locus ſubinde & interceſſioni, & appellationi ab abuſu modò à conceſſione, modò à promulgatione. Sæpiſſimè de his cauſæ actæ ſunt in maiore auditorio. Notabo autem, in tranſcurſu, publicari quidem monitiones in Lutetianis Eccleſiis: ſed, vt ad ritum veterem exequendi, fulminandive, quod vocant, anathematis iretur, de quo ritu agit canon, debent. ead. cauſ. 11. q.3. numquàm hactenus viſum eſt. Semel atque iterum promulgat Curio inter miſſarum ſolennia: in tertia verò promulgatione deſinit. Inde fit vt facinoroſi, qui intra pectus norunt quod ita quæritur, blandiri ſibi ſoleant de perficiendi anathematis omiſſa nec vſitata ferali ſpecie, quaſi percuſſi illo per ſolas publicationes non fuerint. Verba Tiraquelli loco citato, num.276. vſque ad finem gloſſæ, ſunt hæc: ex conſueſuetudine generali Franciæ exceptio excommunicationis in foro ſeculari non admittitur, ſeſeque potius Canoniſtæ rumperint, quàm vt id apud nos obtineat. Abrogatum verò etiam interdictarum Eccleſiarum morem in vniuerſa Gallia, docent titulus, de interdictis indifferenter non ponendis in Pragmat. Sanct. & titulus, de interdictis non leuiter ponendis, in concordat. maximè vbi de pecuniario debito agitur, vt ibi notat Rebufus. aut cùm Epiſcopus ſuam ipſius iniuriam vlciſcitur. Eo enim caſu excommunicare non poteſt, vt tradit Io. Fab. ad auth. ſed nouo iure, de Epiſc. & cler. quinimò ſi in vniuerſitatem, vel collegium excommunicationis, interdictive ſententiam protulerit, iure optimo appellabitur apud nos tanquam ab abuſu, cùm & hoc ipſum diſertiſſimè prohibeat caput 5. Romana. de ſent. excomm. in 6. atque ita nuper aduerſus Epiſcopum Lapurdenſem, ſeu Baionenſem à conſiſtorianis comitibus ſancitum eſt, quòd ille Ahatzanam Eccleſiam, ob ſolum diœceſanæ viſitationis non refuſum viaticum, interdicto ſubiecisſet.

Verſari inter homines, &c.

Hoc maximè decoctores, & ij quibus interdictum bonis eſt: hoc mariti aduerſus quos vxores veras, & publicas, nec verò fictas, vt ſæpiùs, bonorum ſeparationes impetrarunt. Sententia enim diuortij, pœna eſt, ait glo. ad cap. 3. de diuort. hoc infames ex publico, ac iudiciali tædæ geſtatæ incendio: hoc denique magiſtratus qui ob ſordes, concuſſiones, & occulta in exercendo munere ſcelera deſtituti, aut, vt ſic loquar, exauctorati ſunt à Senatu, quales ex prouinciis tres aut quatuor à paucis annis viſi ſunt. Nihil enim grauius, quàm ſi qui ignominia affectus eſt, conſpiciendum ſe, monſtrandumque præbeat, dixit Plin. lib. 2. epiſt. 12 quò & pertinet iſtud Iſocratis, περὶ ζεύγους, ſeu de bigis, in fine, πολὺ ἀθλιώτερον παρὰ τοῖς αὑτοῦ πολίταις ἠτιμωμένον οἰκεῖν, ἢ παρ' ἑτέροις μετοικεῖν. Id eſt, *multò miſerius eſt apud ſuos ciues ignominioſè viuere, quàm apud alios agere inquilinum.* Implentur denique facies eorum ignominia, ait vates diuinus Pſal. 83. Claudianus eleganter in bello Gildonico,

Nonne mori ſatius quàm vita ferre pudorem?

TIT. VIII. NEMINI LICERE SIGNVM SALVATORIS CHRISTI HVMI, VEL IN SILICE, VEL IN marmore aut inſculpere, aut pingere.

Nihil ferè ampliùs in textu ipſo legis vnicæ, in quo verè regia hæc ratio eſt: *cum ſit nobis cura diligens per omnia ſuperni numinis religionem tueri.*

Lex eſt Theodoſij, & Valentiniani, quæ & Græca legitur in Synodo ſexta, in Trullo, can. 73. piè equidem, atque eruditè, vt omnia, Cuiacius ſelegit in paratitlo quæ præcipua ſunt ex Græcis, Latiniſque ſcriptoribus ad tanti ſigni venerationem, *veris Chriſtianis*, ait ille. Vnum adiiciam ex D. Chryſoſtomo homil. 55. in Matthæ. Congerit enim vir ſanctiſſimus quæ ruborē ſuffundere debeant non catholicis: ἐπὶ οἰκίας, inquit, καὶ ἐπὶ τῶν τοίχων, καὶ ἐπὶ τῶν θυρίδων, καὶ ἐπὶ τοῦ μετώπου, καὶ ἐπὶ τῆς διανοίας μετὰ πολλῆς ἐπιγράφομεν αὐτὸν (ſup. σταυρὸν) σπουδῆς. Id eſt, *in domo, & in parietibus, & in feneſtris, & in fronte, & in mente multo cum ſtudio ipſam inſcribimus.* Aduerbium autem *humi*, in rubrica, & in textu, vt dedit cauſam conſtitutioni Imperatoriæ, ita & in omnibus exēplaribus habetur, quicquid ineptus Grammaticus, Crinitus, ſcripſerit. Quæſtio hæc, vt vna de multis, inter Illuſtriſſ. Cardinalem Perronium, tūc Epiſcopum Ebroicenſem, & Pleſſeium equitē agitata eſt 4. Maij, 1600. in conuentu illo celeberrimo, qui, ſpectantibus vniuerſis Galliæ, ſcientiarumque omnium proceribus, habuit, beauitque Callithoen regiam, (Bellaqueum vulgus vocat) non modò enim interfuit Herricus Magnus, ſed & contulit ipſe, in oculis omnium, præclaram arbitrij ſui, ad capita varia, ſymbolam. In hoc verò, vt in reliquis quæ tunc ad litem ſacram terminata ſunt, pronuntiauit ex conſilio delegatorum dom. Belleüréus, Franciæ Cancellarius, verè alter Fabius, verā quidē eſſe allegationē, quā Pleſſeius eques ex Crinito ſcripſerat in opere ſuo Liturgico vt veterē ſigni Saluatoris Chriſti cultū obliteraret: ſed erraſſe Crinitum. Vnumq; propterea ſubnotabo, quod ad certamen illud de rebus diuinis publicum faciat: dies enim, & hora condictæ ſunt, dati Notarij hinc illinc eruditiſſimi, conſeſſuſque ille permulta habere viſus eſt quæ in condicto meridiano contigiſſe inter Catholicos, & Arrianos refert D. Auguſtinus epiſt. 184. ad Paſcentium ob vocem, ὁμοούσιον, quæ in libris diuinis, non quidem legitur, res autem ipſa inuenitur, ait Auguſtinus. Quod & idem cùm de veneratione Crucis dici debeat, re enim

ipſa inſtituta eſt ſacris literis, crucem vſque adeò coluit magnus Conſtantinus, vt non modò militare labarum, ſed ipſum etiam Palatij Conſtantinopolitani lacunar compacta, infixa, & radiante auro, ac gemmis media iſta mortis Domini Imagine fultum, inſignitumque eſſe voluerit, vt in qua ſalutẽ ſuã bene animatus Princeps, at verò & tutelam ſimul Imperij Romani collocandam didiciſſet. Partem verborum Euſebij ſubijciam tam ex lib. 3. de vita Conſtantini, quam ex lib. 9. cap. 9. hiſtor. μέσον ἐμπεπῆχθαι τὸ τοῦ σωτηρίου πάθους σύμβολον, &c. & pòſt, φυλακτήριον ἐδόκει τοῦτο αὐτῆς βασιλείας. Librum de celebritate illa Callirhoani conuentus, cuius memoriam excipient omnes anni conſequentes, eruditiſſimus ille, & argutiſſimus Cardinalis in lucem edidit paulò pòſt, ita hortante Hertico Magno, æternæ recordationis Principe: verè enim Chriſtianum in tanto conuentu Alciden egerat. Perlegi autem non ſemel, vt cuius lectione nihil vnquam mihi viſum ſit elegantius, doctius, ac melius. Vide que inſuper adieci ad Auth. ſed nouo iure, ſup. de Epiſc. & cler.

TIT. IX. DE IVDÆIS, ET COELICOLIS.

Lex 8.

Nemo exterus religionis Iudæorum Iudæis pretia ſtatuat cùm venalia proponunt. Iuſtum eſt enim ſua cuiq; committere.

Hoc ipſum in vulg. l. in re mandata. inf. de mand quæ vult vnumquemque in re ſua legitimum eſſe moderatorem, & arbitrum. Sic diſcimus ex variis locis iuris cogendum eſſe neminem fundum, vel quid aliud vendere niſi iuſto pretio. Hoc enim lex, ſi fideiuſſor. §. vlt. de leg. 1. lex, Si quis ſepulchrum. de religioſ. ff. l. inuitum. de contr. empt. & l. nec emere. de iu. delib Cod. Quinimò & arbitrio domini conſtituendum eſſe pretium, traditur in l. tutor. iuncta glo. de in lit. iur. ff. in l. 4. cum glo. de cond. furt. in l. mortis cauſa. §. vlt. de mort. cauſ. donat. in l. 1. § ſi hæres præcepto fundo. cum glo. in verb. ſine hac cautione. ad Trebell. ff. amplius ait lex, non enim æquum eſt. ff. de ret. amot. iniquum nempe eſſe vt quis vendat inuitus quod ſuum eſt, etiam vero pretio. Tamen obſeruatæ à me ſunt tres exceptiones: prima, ſi quis rem habeat communem cum principe. tit. de comm. ret. alien. Cod. in l. 2. aut ſi vel princeps, vel Reſpublica emendum ſibi videat quod vel cordi ſit principi, vel commodo Reip. Quantum enim ad principem, ſunt iura hæc Regis, dixit populo ſuo dominus cùm pertæſus iudicum Reges peteret. Proptereà in vulg. l. Lucius. de euict. ff. euictio non debetur ex facto principis, pretiumque ex rebus ablatis cedit magis in cauſam gratiæ, quàm emptionis, vt ſæpè viſum eſt. Hoc & ipſum ſibi vendicat Reſpublica, ſeu ad venditiones de quibus Molinæus ad conſuet. Pariſ. §. 53. ſeu ad vſus temporarios, vt in l. vlt. §. vlt. de pign. act. ff. l. iubemus ſacram embolam. de epiſc. & cl. ac ſimilibus. Secunda exceptio eſt in re quæ inter cohæredes diuidi commodè non poſſit. Licitationi enim etiam ab inuitis ſubiicienda eſt. l. ad officium. Cod. commun. vtr. iudic. Tertia exceptio eſt in fœno, ligno, carbone, & aliis id genus quæ vel nauibus onerariis, vel curriculis conuehuntur in portus, aut compita publica. Sic Lutetiæ diſtrahi ſolet ſœnum nauticum arbitrio præfecti vrbi, at verò & panis ſeu primarius, ſeu candidus quem exponunt in officinis piſtores. Lignum autem, & carbo æſtimantur à præfecto mercatorum, & Scabineis: ſoláque in frumento, ac vino vendendi libertas, dicto ſcilicèt à mercatoribus, qualecumque voluerint, pretio, ita vt nec viliùs, quàm annona exigat, diſtrahere cogantur, quod ait lex, non debere. ad municip. ff. vulgatum in eo vernaculum nobis eſt, *vendre à plus petit prix que celuy du marché* Nempe enim obtinuit ſemper non vnus politicus ille mos, ſed vt immunitate etiam gaudeant frumentarii conuectores, comportatis nimitùm vndequáque, citra omnem mancipum vexationem, ac moleſtiam, frumentis, nè oneretur annona, ſed laxiorq; tantò, vilior exiſtat, quod notat, inter cæteros, Theophilus ex more Athenienſi, tit. de iure natur. gent. & ciu. in inſtitut.

Lex

LEX 10.

Iudæos quodam feſtiuitatis ſuæ ſolenni Aman ad pœnæ quondam (al. quamdam) *recordationem incendere, & ſanctæ Crucis adſimulatam ſpeciem, in contemptum Chriſtianæ Fidei noſtræ, ſacrilega mente exurere prouinciarum rectores prohibeant: nè locis ſuis Fidei noſtræ ſignum immiſceant, ſed ritus ſuos, citra contemptum Chriſtianæ Legis retineant: amiſſuri ſine dubio permiſſa hactenus, niſi ab illicitis temperauerint.*

Lex hæc, quæ eodem prorſus textu legitur in Cod. Th. hoc tit. reſtituta eſt, mendóque inſigni repurgata à Io. Leunclauio qui, ad eius intelligentiam, docet libro 1. notatorum ad paratitlorum libros veteres, cap. 38. Iudæos temporibus Eccleſiæ primitiuæ, certis feſtiuitatibus ſuis hanc Amanis hiſtoriam ita repræſentaſſe, vt Amanis ſimulachrum populis ſpectantibus in crucem agerent, ac deinde concremarent: fingentes ſe id facere ad recordationem pœnæ publici quondam hoſtis ſui: cùm interim ſub occulta illa malignitatis, & odij fraude, Chriſto Deo, ſoſpitatorique noſtro, vt vocauit Arnobius, atque eius cruci illuderent. Norandum verò id ad ſpecies illuſionis ſimiles, impiaſque picturis imagines, cuiuſmodi nonnullas recenſet Lucius lib. 1. placitorum curiæ, tit. 3. areſto primo.

LEX 12.

Die ſabbato, ac reliquis ſub tempore quo Iudæi cultus ſui reuerentiam ſeruant, neminem aut facere aliquid, aut vlla ex parte conuenire eos debere, præcipimus: ita tamen, vt nec illis detur licentia eodem die Chriſtianos orthodoxos conuenire: cùm fiſcalibus commodis, & litigiis priuatorum conſtet reliquos dies poſſe ſufficere.

Obſeruandum in eos quibus ἑορταὶ ſunt ἀπόφραδες, qui nempe feſtis diebus perinde ac profeſtis ad negotia ſua vtuntur. Dixi ad l. diuus. ff. de feriis, an idem admitti debeat in patronis, procuratoribus, & iudicibus ad inſpectiones litium. Multum enim differt à contentioſa Iuriſdictione, de qua hic, quicquid voluntariæ Iuriſdictionis eſt, vt oſtendo ex Vido Papa, multumque diſtat ſtudiorum labor ab operatiis, & mechanicis. Plura etiam ad eumdem tit. de feriis in hoc ipſum perſequor.

LEX 13.

Nullus tanquam Iudæus, cùm ſit innocens, obteratur. Iudiciorum enim vigor, & tutela videtur in medio conſtituta nè quiſquam ſibi ipſi permittere valeat vltionem.

Idem ſtatuit in ipſiſmet Iudæis Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3. parte 20. cap. 1. Cum enim tolerentur à Chriſtianis, quia Deo ipſi ita viſum eſt, vt oſtendo infra ad l. vlt. ex tacito etiam Dei mandato illud dixerimus vt qui eos, tametſi inſanos, ac dementes finibus ſuis admiſerunt ſolitum pariter, nè obterantur, iudiciorum ordinem indulgeant. Sic D. Chryſoſtomus in epiſt. ad Rom. cap. 2. cum explicat verba Apoſtoli dicentis non eſſe προσωποληψίαν, ſeu perſonarum acceptionem, apud Deum, hoc ſubinde adiicit quod animaduerti, perpendique à Iudicibus maximoperè debeat eum in iudicando perſonam Dei induant, teſtante etiam pagano Tullio: ποιήσει ὁ προσ-

σώπων ποιότητα, ἀλλὰ πραγμάτων ἐξετάζει διαφοράν. *Deus*, inquit, *non perſonarum qualitatem, ſed rerum exquirit, atque explorat differentiam.* Spectat denique tota hæc lex ad iudiciorum auctoritatem de qua & notãdum videtur quod politicè indagat Ariſtoteles ad nomen iudicũ. Ait enim appellari eos δικαστὰς, à Græcis, quaſi διχαστὰς, à δίχα, inquit ille lib.5. eth. cap.7. quia nimirùm diſtribuere ex æquo teneantur vnicuique quod ſuum eſt, quódve eius intereſt, nec vlli liceat, quiſquis ille ſit, ſibi ipſi permittere vltionem, iuſque ſibi dicere, ac conſtituere. Selegi de his plura ad l.2. de orig. iur. ad l. in priuatis, de iudic. & ad l. extat quòd metus cauſa. ff. titulus verò ſpecialis eſt lib.3. Cod. nè quis in ſua cauſa iudicet. Exceptiones vide ad l. vt vim. ff. de iuſt. & iu. & ad l.vn. ſi quis ius dicenti non obtemperau. putauit Molinæus, vbi de minimo agitur, licere fundorum dominis per ſe exequi quod apud Iudices pluris cõſtaret quàm quanti res eſt. Exempla adducit ad conſuet. Laudunenſ. cap.19. artic.15. de ouibus, gallinis, pulliſve qui depopulantur fructus in agro alieno, nec capi poſſunt.

LEX VLT.

Iudæis omnes adminiſtrationes, & dignitates interdicta ſunt: nè acquiſiti ſibi officij auctoritate muniti aduerſus Chriſtianos, & ipſos antiſtites, veluti inſultantes Fidei noſtræ, iudicandi, vel pronuntiandi quamlibet habeant poteſtatem.

Imò in capitul. Car. Mag. lib.6. tit.120. prohibetur nè Iudæi adminiſtratorio vſu, ſub ordine villicorum, atque actorum, Chriſtianam familiam regere audeant, nec eis hoc à quopiam præcipiatur: mera conſtitutionis verba refero. Vide autem ad l. Archigerontes, de Epiſc. aud. vbi ſimiles etiam noſtræ huic legi Imperatoriæ prohibitiones concilij Aruerni, & Matiſcenſis, quibus addi & poſſit Meldenſe aliud cap.73. in hæc verba: nec fas quippe credimus vt ſupernæ maieſtati, & Romanis legibus inimici, ſub ſpecie cuiuſlibet officij, Chriſtianos, vel etiam ſacerdotes, ſub quacumque occaſione, iniuriis audeant fatigare, vel legis noſtræ aliquos aut condemnare, aut adiudicare præſumant, nec carcerali cuſtodiæ præſint, nè Chriſtiani, vt fieri ſolet, nonnunquam abſtruſi, cuſtodum odiis, alterum carcerem patiantur. Eadem etiam ratione prohibet Concilium Toletanum 3. can. 14. ac rurſus Toletan. 12. can. 9. nè Iudæis vllæ adminiſtrationes, dignitatéſve deferantur. Atque vt omnia cauenda ſunt ab eo genere Chriſtianis, vetat ſeptima Synodus in can. nullus, 28. q. 1. nè vllus cum eis habitet, aut aliquem eorum in infirmitatibus ſuis vocet, aut medicinam ab eis percipiat: ſunt verba Synodi. Seruatur iſtud in hunc diem à melioribus Chriſtianis, maximè in Gallia vnde & Iudæos omnes tandem expulit Philippus Pulcher ob frequentiora eorum in Chriſtianos maleficia, cùm & anteà iam non ſemel, ſed bis eiecti, eliminatique fuiſſent lege Francica: imò & nuper, cùm ſcilicèt in noſtram Lutetiam, per artes varias, indiſtinctóque habitu, gliſcere cœpiſſet colluuies iſta exulum. vt enim id compertum eſt, confeſtim ex edicto, ac Senatuſconſulto, cui interfuit illuſtriſſimus, doctiſſimuſque Princeps Condæus iuſſi ſunt, interminatione ſeuera pœnæ capitis, amiſſioniſque bonorum, finibus hinc illinc Gallicis intra menſem excedere: pronunciatumque eſt expaſſis curiæ valuis, an 1615. die 18. Maij, vt innoteſcat tantò magis omnibus parricidæ illius populi ex vniuerſa Gallia æternũ exilium. Cur autẽ tolerẽtur inter Chriſtianos, nec occîdere eos liceat, de myſterio illud eſt Pſalmi 58. in eis verbis: Deus oſtendit mihi ſuper inimicos meos, Ne occîdas eos. Conuertentur ad veſperam, & famem patientur, vt canes, & circumibunt ciuitatem. Ad hos enim verſ. parte 1. & 2. & ad verſ. diſperge illos. maximè autem ſermo.77. cui initium, ſi expoſitionem. ſic D. Auguſtinus, *Per omnes gentes diſperſi ſunt Iudæi teſtes iniquitatis ſuæ, & veritatis noſtræ. Ipſi habent codices de quibus prophetatus eſt Chriſtus, & nos tenemus Chriſtum. Et ſi quando fortè aliquis paganus dubitauerit cùm ei dixerimus Prophetias de Chriſto, de codicibus Iudæorum probamus. Librarij denique noſtri facti ſunt quomodo ſolent ſerui poſt dominos codices ferre:* ſunt eius verba ad Pſalm.56. vbi longè plura: rurſuſque ita perſequitur libro, de vera relig.

Digitized by Google

relig. cap.6. *Eccleſia Catholica vtitur gentibus ad materiam operationis ſuæ, hæreticis ad probationem doctrinæ ſuæ ſchiſmaticis ad documentum ſtabilitatis ſuæ, Iudæis ad comparationem pulchritudinis ſuæ.* Et cùm rationem reddit epiſt.59. ad Paulinum, ac lib.4. ad Bonifacium contra duas epiſtolas Pelag. cur diſperſos eos videamus vbique terrarum, *quia*, inquit, *ſi in vno loco eſſent, non adiuuarent teſtimonio prædicationem Euangelij.* De ipſis igitur accipiendum eſſe omnes conſentiunt caput 31. Hieremiæ, in hæc verba: *& erit ſpes nouiſſimis tuis, dicit dominus, & reuertentur filij ad terminos ſuos.* & Deuteron. 4. *poſtquàm te inuenerint omnia quæ prædicta ſunt, nouiſſimo tempore reuerteris ad Dominum Deum tuum, & audies vocem eius.* Eóque maximè retulit caput 3. Oſeæ, D. Auguſtinus lib.18. cap.28. de ciuit.Dei, & lib.16. contra Fauſtum cap.21. textum non exſcribo nè tædium afferam. *Dedit illis Deus oculos, vt non videant, & aures, vt non audiant vſque in hodiernum diem*, ait D. Paulus epiſt. ad Rom. cap.11. vbi plura. Vide & Genebrard. ad Pſalm. 58. vbi & citat cap. illud 11. Pauli. *Vagantur per orbem cœli, ac ſoli ſui extorres, ſine homine, ſine Deo Rege, quibus nec aduenarum iure terram patriam ſaltem veſtigio ſalutare conceditur*: hoc etiam in prolem iſtam viperEam Tertulianus in Apologetico, cap.21. Accepi tamen ab eruditiſſimis Theologis ſignatorum numerum qui apud Ioannem in Apocal.cap.7. Intelligendum eſſe de Iudæis qui intra eum numerum ſalui futuri ſunt in conſummatione ſeculi: reperióque in hoc ipſum epiſtolam 58. Paulini ad Auguſtinum.tom. 2. op. Auguſt.

TIT. X. NE CHRISTIANVM MANCIPIVM HÆRETICVS, VEL IVDÆVS, VEL PAGANVS habeat, vel poſſideat, vel circumcîdat.

Ferè nihil amplius in contextu legis vnicæ, qua vetant Imperatores in ſumma nè quis Chriſtianus ſubiiciatur deinceps Iudæi vllius mancipio, aut magis κακοδέσποτα τῇ δουλείᾳ, vt de impiis, maléque moratis dominis loquitur vetus Scholiaſtes Theocriti ad Idyll. ζ. Idem verò tria apud nos concilia prohibent, nempe Concilium Meldenſe can.73. cuius exſcripta verba ſunt ad tit. ſuperiorem: Item Concilium Aurelianenſe, 4. atque Concilium Matiſcenſe, 1. can. 16. in quo vltimo præclara hæc ratio traditur: quia nefas eſt, ait, vt Chriſtus dominus quos ſanguinis ſui effuſione redemit, perſecutorum vinculis permaneant irretiti. Licebat igitur mancipio cuilibet, vt addit ille idem textus, ſeſe poteſtati Iudaïcæ eximere, perſolutis domino Iudæo duodecim ſolidis. Vide etiam ad l. vlt. §. vlt. ſup. de Epiſcop. audient.

TIT. XI. DE PAGANIS, ET SACRIFICIIS, ET TEMPLIS EORVM.

Obſeruabitur primùm ethnicos, ſeu paganos dictos fuiſſe à Græcis ipſis ſcriptoribus Eccleſiaſticis, ἑλληνίζοντας, nempe ob Græcorum ſuperſtitiones nimias. Ita enim apud Syneſium, & Socratem in hiſtor. Eccleſ. imo apud Harmenopulum lib.6. tit.11. vocari etiam ſolent à D.Chryſoſtomo, οἱ ἔξωθεν. qui autem accuratiſſimè omnium diſcuſſerit, atque indagarit vnde paganos Latini dixerint, cùm de religione agitur, ſolus videtur Baronius in Martyrolog. Rom. ad diem 11. Ianuarij, recenſebo mera illius verba: Opinor quidem, ait, à temporibus Chriſtianorum Imperatorum nomen hoc in eam tranſiiſſe ſignificationem, vt pagani vocarentur gentiles, ea nimirùm ex cauſa, quòd legibus Imperatorum clauſis idolorum delubris, ſacriſque vetitis, gentiles ſic ſua ipſorum ſuperſtitione excluſi, pagos adirent, illicq; ſuos Deos colerent, ac clandeſtina ſacra peragerent. In pagis enim, & villis illorum ſuperſtitionis cultum fuiſſe frequentem docet Cic. lib. 2. de legib. &c. vſque enim ad tempora Honorij Imper. quæ erat in pagis idololatria, adhuc reſidua fuiſſe videtur. vnde S. Auguſtinus, qui iiſdem

tempotibus vixit, ſermone 6. de verbis domini, hæc de Idolis: multi pagani habent iſtas abominationes in ſuis fundis,&c. Iſta ex longiſſimo ſermone apud Baronium cuius verba ipſa in partem refero, quòd nihil apud cæteros comperiam vnde tam perſpicuè, ac dilucidè explicetur quicquid ad eam vocem ſtudioſus deſiderauerit. Nè faſtidiant ſupercilioſi quaſi grammaticum quod & ipſe Cuiacius dignum obſeruatione oſtendit plus ſatis ad hunc tit. alia autẽ longè inter paganum, & militem differentia eſt, toto tit. de milit. teſtam. ff. & de teſtam. mil. Cod.

Lex I.

Placuit omnibus locis, atque vrbibus vniuerſis claudi protinus templa, & acceſſu vetito omnibus licentiam delinquendi perditis abnegari, &c.

Narrat Euſebius In vita Conſtantini lib.3. cap.47. Conſtantinum, auctorem huius legis, qui imperauit ad annum vſque Chriſti 337. Eccleſias plures conſtruxiſſe Conſtantinopoli in honorem Martyrum, & omnem ſimulachrorũ cultum ſuſtuliſſe priuſquàm vrbem ſuo nomine donaret. Eodem autem lib.3. cap. 52. 53. & 54. iubet idem Imperator non modò deturbari ſtatuas, ac deiici, ſed ipſa etiam delubra dirui, quibus peractis oſtẽdit Euſebius cap.55. agnita tandem fuiſſe à gentilibus antiqua dæmonum ludibria, proſtratóque vbique terrarum paganiſmo, admiſſam fuiſſe ab omnibus Chriſtianam Fidem. Ita vt non immeritò Iuſtinianus dixerit in l. diui de natur. liber. Conſtantinum veneranda Chriſtianorum Fide Romanum muniuiſſe imperium. Euerſio illa frequens adeò per longos annos fuit, vt D. Auguſtinus, qui teſtatur ipſemet epiſt. 80. ad Heſychium, vixiſſe ſe circa annum à Natiuitate Domini quadringenteſimum, & ampliùs, ſcribat in hæc verba ad publicolam, epiſt.154 Cùm templa, inquit, idola, luci, & ſi quid huiuſmodi data poteſtate euertuntur, quamuis manifeſtum eſt, cùm id agitur, non ea nos honorare, ſed deteſtari, ideò tamen in noſtros vſus priuatos duntaxat, & proprios non debere inde aliquid vſurpare, vt appareat nos pietate iſta deſtruere, non auaritia, &c. Hactenus Auguſtinus. Vide etiam in id, ſi lubet, concil. Carthagin. tit.25. quod eſt de reliquiis idolorum, vel templis ab Imperatoribus abolendis. Prohibuerunt tamen Arcadius, & Honorius anno Chriſti 403. nè vlla deinceps ruina templorum fieret, cùm publica eſſent, & præclara vrbium ornamenta. ita enim in l.3. hoc tit. quod & à Gallis noſtris veteribus ſeruatum fuiſſe, ac mutaſſe eos ſolas in delubris falſarum adorationum ſpecies, conſtabit vel ex ea ad Burdegalenſes epiſtola quæ S. Martiali tribuitur, verba illius ſunt: ***Dum altaria dæmonum in puluerem redigerentur, aram ignoti Dei ad conſecrationem reſeruari iuſſimus: quæ dedicata in nomine Dei Iſrael, & ipſius teſtu Stephani, qui pro eo à Iudæis paſſus eſt, non hominis cultum, ſed Dei in ea frequentatis*** Teſtatus aliquando mihi eſt Iac. Brolius, S. Germani Pratenſis cœnobita, vir literatus, quod de Iſide Dea ſcripſit ipſemet lib. 2. originum Pariſ. conſecratum ſcilicèt fuiſſe olim, regnãte Childeberto, Deæ illius fanum in honorem S. Vincentij, quod hodie S. Germani dicitur, durаſſeque idolum in muro editiore verſus Septentrionem vſque ad annum 1514. quo Will Briçonnetius, tunc Abbas, deponi, confringique iuſſit ob aniles idololatrias quas ex eo renouari audierat, ſuffectamque in eius locum latam crucem quæ & hodie in ead. muri parte cernitur.

Lex 2.

Vel quod deterius eſt futura ſub execrabili conſultatione cognoſcat.

Vt iſta in magicos, & ſortilegos, vide ad l. Mathematicos, de Epiſc. aud. ſup. & ad l. ceteræ. ff. fam. herciſc. ***Nemo dicat***, ait D. Auguſt. ad Pſalm.88. in fi. ***ad idola quidem vado, arreptitios quidem & ſortilegos conſulo, ſed tamen Dei Eccleſiam non relinquo: Catholicus ſum Tenens matrem*** (ſup. Eccleſiam) ***offendis patrem*** (ſup. Deum) &c. Vulgatus denique eſt titulus de Mathemat. inf. lib.9. ad quem cætera in id perſequar, vt loco idoneo.

Lex

Lex 3.

Sicut ſacrificia templorum prohibemus, ita & volumus publicorum operum ornamenta ſeruari, non autem euerti.

Vide ad l.1. ſup. hoc tit. veriſimile autem eſt latam fuiſſe hanc conſtitutionem ab Arcadio, & Honorio anno 403. ad poſtularionem prouincialium qui vrbes ſuas deformari ruinis querebantur. Cum enim vrbes conſtituerit ætas, ait Seneca lib. 3. quæſt. natur. nec lædendus propterea earum ſit vultus, ſitus, ac ornatus, vt quæ, poſt tot recurrentium annorum variatas vices, longiſque incolarum laboribus acceſſerint, ſacras ex eo dictas fuiſſe ab Homero docet Euſtatius in librum Dionyſij Alexandrini qui inſcribitur, περιήγησις τῆς οἰκουμένης, quia nimirum adſeruari religioſiſſimè, arceriq; ab iniuria debeat quicquid ætas, curæque inhabitantium priuatæ, ac publicæ ad ſplendorem loci contulerint, dixit paucis Euſtatius, διὰ τὸ φυλακτικὸν τῶν ἐν αὐτοῖς. Exprobratum illu[d] eſt ab vniuerſa Græcia Philippo Macedoni poſt Olynthum euerſam: inuehiturque ex ea cauſa Chalcocondylas in immanis Turci barbariem ob effoſſum, ereptumque Grȩciæ ipſius oculum, Athenas, qui tamen, capta Conſtantinopoli, veruit nè ſolo adæquaretur celeberrimum illud in hunc diem S. Sophiæ templum μέγιστον, καὶ ἐνδόξως βασιλικῶς τε οἰκοδομούμενον, ita vocat Th. Balſamo ad 7. Synodum, & quod tanto ſtudio deſcripſit Procopius lib. 1. de ædificiis. Nec propterea ſatis vnquam laudabitur Magni noſtri Henrici prudentia, qui vt aboleret cladium Galliæ præteritarum memoriam, iuſſit paſſim per vrbes templa euerſa vel ære etiam publico inſtaurari, ac refici. Quod omnes confeſtim egregia opera, alacrique ſtudio adorſi ſunt, damnato ab eruditis Sacramento veteri quo iurabant Græci reſtituturos ſeſe numquam delubra diruta bello Perſico, vt ſpectatæ indies ruinæ renouarent perpetuum in euerſores odium: ſcribunt Orator Lycurgus ἐν τῷ κατὰ Λεωκράτους, Herodot. lib. 7. in Polyhymnia, Diod. Sicul. lib. 11. cap. 7. Æſchyl. in perſ. Valerius Max. lib. 2. cap. 3. in fi. imprudentes equidem Scoti qui ſuſtulerunt ferè Vrbium ſuarum faciem ſublatis templis: prudentiores verò Angli qui ſeruarunt.

Lex 4.

Vt profanos ritus iam ſalubri lege ſummouimus, ita feſtos conuentus ciuium, & communem omnium lætitiam non patimur ſummoueri. Vnde abſque vllo ſacrificio, atque ſuperſtitione damnabili exhiberi populorum voluptates ſecundum veterem conſuetudinem, miniſtrari etiam feſta conuiuia, quando exigunt publica vota, decernimus.

Sic & obſeruat Balſ. ad Synod. Gangren. can. 20. & ad Synod. Carthagin. can. 63. ea quæ in ſolennibus Sanctorum Feſtis, & memoriis fiunt, ſeu in vrbibus, ſeu in pagis, ac vicis, nempe cantica, choreas, conuiuia reprobanda non eſſe, quoniam in Dei honorem fiunt: Latina pro Græcis illius repono, quò res ſit clarior. Solus autem non eſt ex antiquis qui hoc ſcripſerit. Ita enim & Theodoritus, de Euangel. verit. cognit. lib. 8. qui de Martyribus inſcribitur, in fi. ita Gregor. Nazianz. in Orat. in laudem Cypriani: Ita denique Auguſtinus epiſt. 64. ad Aurelium Epiſcopum, vbi duntaxat admonet nè, vt Afris in more erat, fiant iſta in locis Sacramentorum, in domibus orationum, in memoriis Martyrum, quas hodie Eccleſias dicimus, in cœmeteriis. Et cùm diſceptatum fuiſſet in maiore auditorio an. 1586. menſe Aug. vtrùm abrogari oporteret feſtiuitatem anniuerſariam qua apud Bituriges, Turones confineſque populos, paulò ante quadrageſimam, circàque hilaria, laniones cum inſtrumentis muſicis circumvehunt apparatum omni opera, redimitumq; ſertis hinc illinc denſiſſimis bouem pinguiſſimum, quem poſteà in partes ſecant, ſingulisq; coementibus percarè tribuunt,

i

Digitized by Google

ac deinde conuiuia, choreaſque ſimul agitant, quaſi mactata Como, veteri comeſſationum Deo, victima: quæ omnia ſinguli in annos ſingulos ære importuno exhibent: lanionum vniuerſitas, contra vnum qui ſe eo ſumptu liberare cupiebat, argumento huius legis potiſſimùm vſa eſt vt inueteratum morem, miniméque à Chriſtianis alienum, defenderet: nec verò etiam Senatus abrogandum eſſe cenſuit: vocant vulgò, *le bœuf violé.* Cauſam agebam aduerſus dom. Iſac. Arnaldum, hodie conſiſtorianum Comitem, cuius ingenio ſua ſemper fuit dignitas. Dixi & ad l. 69. cùm ſocietas. ff. pro ſoc. vide autem Briſſonium ad l. Dominico. Cod. Th. de ſpectacul. Cuiacium ad l. vniuerſos, de decurion. lib. 10. & ad Nouel. 3. Baronium in præfatione Martyrologij, cap. 4. Io. Bodin. lib. 3. cap. 7. de republ. Athenæum lib. 4. dipnoſ.

TIT. XII. DE IIS QVI AD ECCLESIAS CONFVGIVNT, VEL IBI EXCLAMANT: ET nè quis ab Eccleſia extrahatur.

Obſeruabitur primùm quod ſcribit D. Auguſtinus epiſt. 215. de quodam Faſtio qui cum non haberet ad præſens vnde explicaret decem & ſeptem ſolidos creditoribus, ad Eccleſiam confugit nè corporalem pateretur iniuriam: & cùm Auguſtinum, vt Epiſcopum, grauiſſimis querelis onerarēt exactores, ſeu Cæſariani (ſergētios dicimus) vt eis illū traderet, liberauit miſerū mutua accepta pecunia. Hodie autem vt ſperaret fruſtrà hoc ipſum bonus debitor, maximè ſublatis apud nos aſilis, ita & præſertim à vetuſta religione huius tituli receditur, ſi quis in fraudem creditorum fiat clericus, & quia aliunde vitari non poſſit carcer. Singularis in id lex 2. Cod Th. hoc tit. vbi agitur de Iudæis qui reatu, vel debitis fatigati velle ſe Chriſtianam legem amplecti ſimulabant: hoc & ipſum lex 99. iuſſio. & lex 104. eod. Cod. Th. de decurion. quas vide. Adde etiam de præfectiano, aut Vicario, aut cohortalino qui, cùm eſſet chartis, ac rationibus publicis obnoxius, ad præpoſituram caſtri, & militum aſpirauerat. Iubet enim Imperator eum retrahi ad rationes reddendas, atque alium in eius locum à magiſtro militum eligi, & præponi, l. 1. de diuerſ. offic. & apparitoribus lud. lib. 12. iuncta & l. ad ſplendidioris. eod. illo tit. vbi videbis rationem d. legis primæ. Hinc igitur cooptatur nemo in cœnobitarum, qui emendatiores ſint, numerum, neque votum emittit quin priùs ſeſe omni ære alieno ſolutum iurauerit: eóque pertinet titulus, de obligatis ad ratiocinia ordinandis vel non, lib. 1. decretal. dixi ad tit. de ſeruis fugitiu, ff. & aliis locis.

Lex 3.

Si ſeruus cuiuſquàm in eccleſiam, altariáue armatus, nullis hoc ſuſpicantibus, inopinatus irruerit: & armorum fiducia reſiſtendi animos, inſania impellente, conceperit: arripiendi, extrahendique eum domino, quibus id poteſt efficere viribus, concedatur. Quod ſi illum etiam confici in conceratione, pugnaque contigerit, nulla erit eius noxa: nec conflandæ criminationis reliquetur occaſio.

Frequentiſſimus hic textus, vbi Reus, appræhendendus ab apparitoribus, pugnat punctim, ac cæſim, lethumque omni molitur ab enſe, quod ait poëta, aut aliis denique viribus experitur nè capiatur. Tunc enim occîdi poteſt impunè, vt cenſet Io. Faber hic, quem & rurſus vide ad l. 2. inf. de his qui latron. occultau. tamen cauere imprimis debet iudex nè decernat vt Reus capiatur viuus, aut mortuus, arg. l. aut damnum. §. proinde. de pœn. ff. vide Rebufum tractatu, de literis rogatoriis, pag. 2. ad quem tamen ſuppleri hoc neceſſe eſt, nempe, ſi Reus in arcem ſe receperit quæ expugnari debeat, nè quidem fas eſſe Senatori, cui executio Senatuſculti mandata fuerit, iubere tormenta illuc

ta illuc bellica euchi niſi, narratione facta rebellionis, alterum decretum interueniat. Diſceptationes in id acerrimas annis ſuperioribus vidimus: ſancitumque ab ampliſſimo ordine, non licere prouinciali iuridico, ſeu ex ea cauſa, ſeu alia qualibet notorias in Senatorem, qui vim illam adhibuerit, conſcribere, nempe ob priuilegium ſenatorium, quod alibi κατὰ τὴν ἀξίαν explico.

LEX 4.

Denuntiamus. In eccleſiis, in quibus cum pace, & quiete vota competit celebrari, abſtinendum ab omni ſeditione, conclamationibus, & conuenticulis.

In templo verbu porcimus, dixit profanus Quintilianus declam. 265. ***animos componimus, ac tacitam etiam mentem noſtram cuſtodimus.*** Contrà autem priſci illi Chriſtianæ ſcholæ proceres, D. Ambroſius, & D. Auguſtinus conqueruntur in hunc modum: an quicquam indignius (ait Ambroſius lib. 3. de virginibus) circumſonare ſacramenta confuſis vocibus, vt impediatur oratio pro ſalute deprompta omnium, cum gentiles idolis ſuis reuerentiam tacendo deferant? &c. D. Auguſtinus ſermo. 251. de tempore, to. 10. Adhuc quoque, quod deteſtabilius eſt, ad eccleſiam aliqui venientes non intrant, non inſiſtunt precibus, non expectant cum ſilentio ſanctarum Miſſarum celebrationem. Sed quando lectiones diuinæ intus leguntur, tunc ipſi foris aut cauſas dicere, aut diuerſis ſtudent calumniis impugnare, aut videlicèt alea, vel in iocis inutilibus inſudare. Et pòſt, nolite inuicem in eccleſia verboſari, ſed quieti eſtote. Sunt enim plurimi, & præcipuè plæræque mulieres quæ ita in eccleſia garriunt, ita verboſantur vt lectiones diuinas nec ipſæ audiant, nec alios audire permittant, &c. Verba etiam Arnobii in pſal. 9. hæc ſunt: Sicut eccleſiæ in mundo poſitæ ciuitates ſanctorum ſunt, ſic templa idolorum in toto mundo poſitæ ciuitates dæmonum eſſe noſcuntur. Oſtendo deinde ad l. pen. ff. de iuſt. & iure, quàm ſanctè olim, & nunc prohibitum ſit nè ius reddatur in eccleſiis. Quantum ad munitiones bellicas, conſtruendas eas non eſſe in eccleſiis putat Io. Faber ad l. 2. nullus hæreticis. ſup. de ſumma trinit. Contrà verò ſentit Baldus ad illum textum, ſi vrgeat neceſſitas: factumque id in maxima parte Galliæ vidimus, dum æſtuaret vbique diſſenſionibus ciuilibus anno 1589. & ſequentibus vſque ad annum 1594.

Si quis aliquid contra leges à quibuſdam ſibi exiſtimet perpetrari, liceat ei adire iudicem, & legitimum poſtulare præſidium.

Pars hæc vltima legis allegari ſolet in id quod dicimus, ***eſtre mis en la ſauuegarde du Roy & de la Cour, ou de Iuſtice***, &c. vocatur hoc veteribus practicis, aſſecuramentum, vulgò ***aſſeurement***, ita apud Vid. papam, q. 418. nec aliud in hunc diem nomen eſt in Bituria, Aruernia, & aliis plæriſque prouinciis noſtræ Galliæ. Dicunt Senones, ***fiancer bon, & loyal aſſeurement***, tituluſque in ea conſuet. quemadmodum & Aruerna, ac Marchiana, ſpecialis eſt: ***des aſſeuremens***. In quo peritè adnotauit Anton. Fontanonius, in Sen. Pariſ. patron. ad Maſuerium tit. 3. de contumacia, pag. 63. ***qu'en ce cas le demandeur eſt mis en la ſauuegarde de la Cour, ou du Roy, enſemble de la partie, par vertu d'vn premier defaut.*** Opus tamen eſt leui inquiſitione qua conſtet apud iudicem de comminationibus: aut ſtatur etiam ſoli ſacramento poſtulantis ſi vilis ſit perſona à qua metus eſt. Atque vt nè fallatur quis forſan ex articulo 3. conſuet. Melod. cuius verba: ***Au hault Iuſticier appartient donner aſſeurement: & au Iuge Royal donner ſauuegarde, priuatiuement à tous autres***: nota ſingulare hoc apud Melodunenſ. Promiſcuè enim hoc ipſum Senones art. 170. cuius etiam hæc verba: ***Aſſeurement peut eſtre donné par le Roy, ou haut Iuſticier, pardeuant lequel il ſera demandé.*** Sic verò & conſuet. Bituric. art. 20. ſic Borbon. art. 51. ſic Pontiuienſis, art. vlt. Attingit Raguellus in Indice. Pertractat copioſiùs G. Lab. ad art. 20. ***des eſpaues.*** in conſuet. Bitur. vbi & formam præſcribit concipiendi libelli, ac iudicii ad eiuſmodi

tuitiones quæ petuntur ex publico. Subiicienda autem arbitror verba Aufrerii ad q. 490. in deciſ. Capel. Toloſ. ſic enim ille. hoc ſeruatur de more, vt qui timet ab alio, committatur eius tutelæ,ac protectioni ſub interminatione pœnæ mortis, ſi vel corpori,vel bonis conquerentis,& paueſcentis nocitum fuerit. Hactenus Aufrerius: eoque ſenſu accipienda lex, illicitas. §. nè potentiores. de off præf. at verò & locus Caſſiodori lib. 7. cap. 39. in formula tuitionis, quæ fuit eiuſmodi: tuitionem noſtri numinis, quaſi validiſſimam turrim,contra inciuiles impetus, & conuentionalia detrimenta noſtra concedit auctoritas,&c. Symmachus lib. 10. epiſt. 36. ad Theodoſ. cauſidicus fori mei,Celſus, tuitionem contra me, & annonæ præfectum, de ſede vicaria poſtulauit. Is cùm à me in ſequenti tuitionis auxilium popoſciſſet, & vnius nomenclatoris, vt in vrbe pacata,adminiculo fretus incederet,&c. rurſus Caſſiodor. lib. 4. epiſt. 27. tuitionem poſtulanti contra inciuiles impetus, ex noſtra iuſſione, ſalua ciuilitate, præſtabis. Vbi notanda ſunt verba,ſalua ciuilitate: In tuitionum enim reſcriptis inſerebantur de more,nè velle videretur princeps auctoritatem ſuam potiorem quàm legum vim, & ſanctitatem eſſe. Obſeruauit & iſtud Durantius Caſſellius lib. 1. variar. cap. 1 Vide tamen ad l. vn. inf. de his qui ad ſtatuas confug. vbi aſſignatur æquiſſima aduerſus tricones flagitioſos, ac nocendi cupidos exceptio. Vide etiam Saluian. lib. 5. du gubernatio. Dei, variis locis.

LEX VLT.

Aut qui nuda ſaltem cogitatione, atque tractatu auſi fuerint tentare,capitali animaduerſione plectendis.

Optima gloſſa ſeueritatem hanc admittit in grauioribus. Quod latè explico ad l. ſi quis non dicam rapere. ſup. de epiſc. & cler.

---

§. vlt. *Sanè ſi ſeruus vel colonus, aut adſcriptitius, familiaris, ſiue libertus, & huiuſmodi aliqua perſona domeſtica, vel conditioni ſubdita, conquaſſatus rebus certis, aut ſeipſum fruſtratus ad ſacroſancta ſe loca contulerit,* &c. *ſtatim à religioſis œconomis,* &c. *pro qualitate commiſsi, aut vltione competente, aut interceſsione humaniſsima procedente,remiſsione veniæ, & ſacramenti interuentione ſecuri, ad locum ſtatumque proprium reuertantur,*&c.

Primùm notat Alexander lib. 4. conſil. 113. colonos haberi inter domeſticos. Quod tamen Molinæus negat eodem loco,niſi actu ſint domeſtici, vel, vt loquitur, niſi accedat actualis domeſticiras, qalem deſcribunt Baſilica, eclog. 27. in hæc verba: τοῦ αὐτοῦ κρατοῦντος καὶ ἐπὶ τῶν υἱῶν, καὶ ἐγγόνων, καὶ δομεστίκων, καὶ συγγενῶν, καὶ συγκαθέδρων, καὶ ἐπὶ πάντων τῶν οἰκείων αὐτοῦ. Latinè dixeris: *Cùm quis imperat liberis, nepotibus, domeſticis, conſanguineis, ac omnibus denique qui in familia ipſius ſunt.* ἕνωσιν τὴν ἐν ὑπεξουσιότητι vocat ex eo ipſo Theophilus domeſticum teſtimonium, tit. de teſtam. in inſtitut. cùm ſcilicèt plures ſub vnius,eiuſdémque poteſtate in ead. domo morantur. Quod ex moribus noſtris explicat longo ſatis commentario Aufrerius ad q. 4 deciſ. Capel. Toloſ. Fuſiſſimum, eruditiſſimumque de acceptione varia domeſtici ſcholium conſcripſie Ioan. Meurſius in gloſſario Græco-barbaro. Vide autem Cuiacium in recitation. ad tit. de teſtib. ad l. teſtimonium. eod. tit. docet enim domeſticos eſſe qui in eadem domo habitant. Sunt, ait, qui domeſticos accipiant pro cognatis, quibus non aſſentior: domum pro domicilio,non pro cognatione auctores noſtri accipiunt. Ita Cuiac. pulchrè igitur ſcholiaſtes Theocriti ad Idyl. ε. cum dixit οἰκέταν, καὶ δοῦλον, in eo differre, quòd οἰκέτης ſit, ſeruus ille quem poſſidemus, δοῦλος verò qui ſeruus quidem eſt, ſed manumiſſus. οἰκέτης, ὁ ἔτι ὑπὸ κτίσιν ὢν δοῦλος ἐστι· ὁ ἀπελεύθερος. ſunt eius verba. Gloſſa

deinde

deinde arguit ex hoc textu, iurate oportere maritum qui vxorem digreſſam repetit, ſe eam non læſurum: quod & ita ſeruatur hodie à iudicibus, iuxta cap. 1. vt lite non conteſtata.

Nè patronis, vel dominis per ipſorum abſentiam obſequia iuſta denegentur, & ipſi per incommodura eccleſiæ, egentium, ac pauperum alantur expenſis.

Referri hoc poſſit ad mendicos extraneos qui ſeſe paupetibus patriis, ad eccleſiarum poſtes cōmiſcent. Summouendos enim eſſe vult conſtitutio Caroli Magni, parte 3. ſtyli Parlamēti, tit. 50. licèt nihilominùs mixtura iſta omnium cuiuſq; loci pauperum in ſacris veſtibulis pretioſius nihil eſſe oportete apud Chtiſtianos prædicent impenſiſſimè, ac perpetuò ſancti interpretes. Chriſtus poteſt alere pauperes, ait D. Chryſoſtomus hom. 32. ad ep. 1. Cotinth. ſed ali eos à nobis voluit, vt nos colligaret in charitate, ἵνα ἡμᾶς εἰς τὴν ἀγάπην συνδήσῃ, ſic ille. Sunt enim ὑπομνήματα τῆς ἡμῶν ἀσθενείας, quod dixit Greg. Nazian. id eſt, obiectæ humanæ ſpecies quæ infirmitatem noſtram nobis in memotiam teuocant. Quòd autem ſtare ad poſtes eccleſiarum debeant, ita Chryſoſtomus homil. 1. ad epiſt. 2. Timoth. in fine. διὰ τοῦτο ἑστήκασιν οἱ πένητες πρὸ τῶν θυρῶν, ἵνα μηδεὶς εἰσίῃ κενὸς, ἵνα μετ' ἐλεημοσύνης εἰσίῃ. εἰσέρχῃ ἐλεηθῆναι, ἐλέησον πρότερον. ποίησον σοι ὀφειλέτην τὸν θεὸν, καὶ τότε αὐτὸν αἴτησον. δάνεισον, καὶ τότε ἀπαίτει, ἵνα μετὰ τόκου λάβῃς. βούλεται τοῦτο ὁ θεὸς, οὐκ ἀποφεύγει. ἂν μετ' ἐλεημοσύνης αἰτῇς, χάριν ἔχει. ἂν μετὰ ἐλεημοσύνης ἀπαιτῇς, δανείζεις, καὶ τόκους λαμβάνεις. ἔκτεινον σου τὰς χεῖρας μὴ εἰς τὸν οὐρανὸν, ἀλλ' εἰς τὰς τῶν πενήτων χεῖρας, &c. Id eſt: *Iccircò pauperes ſtant ante fores*, ſup. eccleſiæ, *vt nemo vacuus ingrediatur, vt miſericordia comite ſecurus introeat. Intras vt miſericordiam conſequaris, prior ipſe miſerere. Fac tibi debitorem Deum, & ita demum ab illo exige. Fænerare primò, tunc repete, vt cum vſura recipias. Vult ſanè ita Deus, nec fænus ſoluere renuit. Si cum eleemoſyna poſtules, gratias agit: ſi cum eleemoſyna repetas, fæneraris, vſuráſque accipis. Expande manus tuas non in cælum modò, ſed & ad pauperum manus.* Plura ſunt eo loco. Adiungendus verò è Latinis D. Auguſtinus qui hoc ipſum populatiter, ſermone 5. de verbis domini, in Matth. in fi. *Ex quo hic ſumus euntes ad eccleſiam, & redeuntes*, ait, *pauperes interpellant nos, & dicunt vt dicamus vobis vt aliquid accipiant à vobis. nos monuerunt loqui vobis: & cùm ſe vident non accipere à vobis, inaniter arbitrantur nos laborare in vobis. Expectant aliquid & à nobis. Damus quantum habemus: damus ſicut poſſumus. Numquid tamen ad eorum neceſſitatem implendam idonei ſumus? quia ergo ad eorum neceſſitatem implendam idonei non ſumus, vel ad vos legati ipſorum ſumus.* Hactenus Auguſt. D. ſermo. 5. tomo 10. ſed iſtud iterum longè vberius apud D. Chryſoſtomum, hom. 36. in eumd. Matthæ. quæ videnda, petlegendáque tota eſt. Docet enim excuſanda eſſe mendacia, imò & impudentias pauperum, neque afficiendos eos eſſe opprobriis, & criminationibus. Εἰ γὰρ, inquit, μὴ βούλει δοῦναι, τί καὶ ἐγκαλεῖς καὶ συντρίβεις τὴν ταλαίπωρον, καὶ ἀθλίαν ψυχήν; Id eſt: *Si dare nihil vis, quid criminaris, & conteris miſeram, & infelicem animam?* Patticulam hîc inſero homiliæ quæ autea verè tota eſt, vt ex leui quaſi indicatura allicíatis quiſquis hoc legis, vt totam perlegas. Qùa verò politica etogatione vtendum velit idem Chryſoſtomus in alendis Conſtantinopolitanis pauperibus, vide etiam omninò homil. 67. in eumd. Matth. cap. 21. Apud nos ſolebant fieri catalogi, ſeu matriculæ complectentes egenorum nomina quos eccleſiæ ſingulæ alerent: vocabanturque matricularii quotquot inſcripti fuiſſent, vt videre eſt apud Hincmarum epiſt. 11. cap. 30. & Gregorium Turonenſem, lib. 7. cap. 29. Appellatio autem illa tranſiit ad curatores pauperum: tandémque ipſi æditui eo nomine donati ſunt. Vernaculo enim noſtro vocantur, *Marguilliers*. Obſeruauit hæc primùm Io. Sauàto ad Gregor. Turonenſem, variis locis, ac poſt eum Hier. Bign. ad Marculfum. Hodie ab anno 1612. conſtitutam eiuſinodi politiam in hac noſtra Lutetia cernimus, inſtituente, & præſcribente illuſt. Nic. Virdunio, nuper Senatus Toloſani, & nunc Lutetiani Principe, vt neque pro eccleſiarum foribus, neque per vias mēdicabula vlla ſtare, aut errare audeant, ſegnémque

vr anteà.per ſtipes quotidianas,vitam ducere. Incluſa enim ſunt, atque innutrita ptochotrophiis publicis,roboreæq́ue, ac ferratæ proſtant arculæ ad eccleſiarum omnium ingreſſus præcipuos,vr eroget Chriſtiana pietas quod extorquebat ſæpiùs quaſi ab inuitis tranſeuntibus validorum mendicantium otioſa, importuna, clamoſaq́ue vilitas. Nimirùm reuocatus tandem eſt verus ille mos quem inualuiſſe Conſtantinopoli diſcimus ex Nouella Iuſtin. 80. cùm eò confluerent millia varia mendicorum inertium qui aliâs confictа facilè miſeria liberarenrur ſi non in ignauo otio, ſed χειροβιότως, manuq́ue admota operi,viuerent. Verè ſunr hi inſcriprorum pauperum greges, quales eos deſcribit ipſemet Chryſoſtomus ad cap. 9. epiſt. 1. Corinth. homil. 21. cùm ait, inter cætera,ſub finem, ἐννόησον ϗ τῶν ἐγγεγραμμένων πενήτων ἀγέλας, *cogita*,inquit,*inſcriptorum pauperum greges*,&c. agit de eccleſiis ſingulis quarum cura hæc fuit.

TIT. XIII. DE HIS QVI IN ECCLESIIS MANVMITTVNTVR.

Lex I.

In eccleſia catholica libertatem domini ſuis famulis præſtare poſſunt, ſi ſub aſpectu plebis, aſſiſtentibus Chriſtianorum antiſtibus,id faciant: vt propter facti memoriam, vice actorum, interponatur qualiſcumque ſcriptura, in qua ipſi (glo. manumittentes) *vice teſtium ſignent.*

Huc omninò pertinet vetus manumiſſionis formula apud Marculfum, quæ eſt quinquageſima ſexta in veteribus formulis, vbi & appoſitè componitur textus Sozomeni lib. 1. cap. 9. hiſtor. eccleſ. in erudito ſcholio. Nè autem reſidem, inutilémque locum occupet apud nos hic textus: conuenientiſſimus fuerit ad ea omnia in quibus præſentia plurium,præſertimque probatiſſimorum exigitur,vt rei,qua de agitur,maior vtrique concilietur auctoritas: vulgò dicimus, *pour ſignaler d'aduantage vn acte public.* Multæ ſunt eiuſmodi extra forum ſpecies: in foro autem videmus aliquando mulctari 25. aureis appellationes publicè diſceptatas in quæſtione iuris, conſtitutionis, conſuetudiniſue prouincialis nobili,id verò hac ſola ratione, videlicèr propter facti memoriã.

TIT. XIV. DE LEGIBVS, DT CONSTITVTIONIBVS PRINCIPVM, ET EDICTIS.

Lex I.

Inter æquitatem, iuſq́; interpoſitam interpretationem nobis ſolis & oportet, & licet inſpicere.

Nempe hoc ſolis Principibus, ſupremiſque curiis tribuitur: non autem inferioribus Iuridicis, vt quibus nec licear vel tantillùm à præſcripto legum, & conſtitutionum recedere, niſi adſit reſcriptum principis. Eo ſenſu accipiendus apud nos locus D. Auguſtini ſcribentis in hæc verba, libro vno de vera Religio. cap.31. in temporalibus legibus, quamquàm de his homines iudicent cùm eas inſtituunt, tamen cùm fuerint inſtitutæ, atque firmatæ, non licebit iudici de ipſis iudicare,ſed ſecũdum ipſas. Hactenus Auguſtinus. Supplent ampliſſimi ordines quod videntur æquius, ac melius. Inde ſæpiſſi-

ſæpiſſimè vidimus in cauſis capitalibus, vbi Iuſta Rei defenſio ex elogiis, ſeu notoriis (informationes vocant) emerſiſſet, mandatum fuiſſe à Senatu Procuratori Regio vt, accuſati nomine, codicilli veniales præſtarētur in officina codicillari, ſeu minore cancellaria, vt loquimur. Non enim ambigitur Senatum ius facere poſſe, ait lex, non ambigitur, hoc tit. ff. ad quam etiam præcipua in id quædam adieci. Cæterùm fruſtrà hîc gloſſa adnotat doctoris ſententiam eſſe probabilem, non neceſſariam, eùm hoc vulgatius, nec vlla ſit ex Iuriſconſultorum, patronorúmve conſultationibus, vel apud inferiores iudices, iudicandi neceſſitas. Sola Pariſienſis aduocationis, & cæterorum regni ſupremorum tribunalium prærogatiua ea eſt, vt, impetrata ſupplicatione ciuili aduerſus centumvirale iudicium, probabile fiat iudicibus qui cauſam audituri ſunt, magna aliqua, & iuſta ratione petitorē conqueri, ſi modò duos cōſultos patronos aſſertores, præſenteſq; ſecum habeat qui cauſam agit, ſiq; omnium collata videatur opera τοῦ μὲν ἀνδρείως ἀγωνιζομένου, τῶν δὲ φρόνημα γενναῖον ἀγωνιζομένῳ ἐμβαλλόντων, quod in oratoriis certaminibus ſuadet Libanius ἐν ῥήτορος λόγῳ. Tanti agreſſio illa eſt vt & patronos adeſſe, & conſignari ab eis conſilium quod dederint, oſtendique oratori regio iuſſerit à paucis annis, decretóque publico ordo ampliſſimus.

LEX 2.

Quæ corporibus quibuſlibet aut legatis, aut prouinciæ, vel ciuitati, vel curiæ donauimus, nec generalia iura ſint, ſed leges faciant his duntaxat negotiis, atque perſonis pro quibus fuerint promulgata, &c.

Optimè Baldus, cùm ait, ex hoc textu, priuilegia eſſe in ſuis terminis ſeruanda. Iura enim ſunt ſingularia, quæ neque res, neque perſonas, quibus indulta ſunt, egredi conſueuerunt. Eiuſmodi eſt priuilegium dotis, quod nec ad filios tranſit, vt aperiam ex præiudiciis curiæ, ad tit de priuil. dotis. inf. Item priuilegium tutelæ, quo frui hæres non poteſt: & ſimilia, quæ perſequuntur Decius, Cuiacius, ac Pet. Faber ad l. in omnibus. & ad l. priuilegia. de reg. iur. aliíque interpretes ad l. ius ſingulare. ff. de legib. Ratio autem coërcitæ iſtius acceptionis priuilegij peti poteſt vel ex vulgato gloſſæ axiomate ad l. 1. inf. de dot. promiſſ. vt ſcilicèt cùm duo ſpecialia tribui vni, ac eidem ſubiecto non poſſint, eò minùs etiam ampliatio priuilegij admitti debeat quòd, cùm ſit contra tenorem iuris communis, (vnde παρὰ νόμον Græcis dictum eſt, *par deſſus la loy*, diximus nos Galli) alterum prætereà ſpeciale pariter accederet, ſi, lata ſignificatione, porrigeretur ad res alias, & perſonas quàm quæ à lege, conſuetudine, aut reſcripto principis deſignatæ ſunt. Eo ſenſu accipiendum eſt capit. ſuſceptum. de decim. eo ſenſu lex 1. ad municip. ff. lex, Titius, l. filiuſ. de milit. teſtam. ff. & alij vtriuſque iuris textus longè plurimi in quibus indulgetur aliquid ob merita, ac ſine exemplo, vt loquitur lex 1. de conſtit princ. ff. Sic vidimus apud nos priuilegium Eudonis Maioris, al. *de Chaſlo ſainct Mats*, quo immunes eſſe voluerat Herricus I. & mares, & fœminas qui nati ab Eudone illo fuiſſent, redactum fuiſſe anno 1559. ad ea duntaxat quæ terra, maríve, aut fluuiis, vſus ſui cauſa, vexiſſent: poſteà autem anno 1578. ad eas tātummodò vectigalis, tributiq; ſpecies quæ in Gallia pēſitarētur cùm immunitas cōceſſa eſt. Parum autem profuit tandem quingentorū annorum poſſeſſio: quia enim ingens eorum numerus cōpertus eſt qui per prouincias temerè, ac falsò ſeſe effuſæ illi familiæ adſcriberēt, detrimēto capitalium illationum (taleas vocāt) non minimo, abrogatum eſt penitus, obliteratum, ac æterno ſilentio damnatum an. 1601. conſtitutione regia. Cauſas egi de gentili illa immunitate non paucas in maiore auditorio, & in ſubſidiorum curia. Nè ſim nimius, ſeruantur etiam eiuſmodi reſtrictiones priuilegiariæ in contracto ære alieno Nundinis Lugdunenſibus, Campanis, & Brienſibus, de quibus conſule, ſi lubet, Rebufum tit. de ſent. executoriis, art. vlt. glo. vlt. dicam & infrà ſuo loco. Benignas verò interpretationes, ampliationeſque, vt dicimus, & quatenus admittendæ ſint, delibaui ad l. Beneficia principum, de conſtit. princip. ff.

LEX 3.

Leges vel miſſæ à principe ad venerabilem cœtum, (glo. id eſt, Senatorium) *oratione conduntur, vel inſerto edicti vocabulo nuncupantur: vel eas ſpontaneus motus ingeſſit principi, vel precatio, vel relatio, vel lis mota legis occaſionem poſtulauit.*

Orario habebatur interdum à principe in Senatu cùm ſancienda eſſet noua quædam conſtiturio, vt conſtar ex locis pluribus in iure, quæ tædium ſit hîc ſubiici. Hoc fieri ab Herrico III. ſæpe vidimus, maximè anno 1587. ſtudebat enim imprimis elegantiæ, ac eloquio. Mittebatur etiam aliquando oratio condira, vel epiſtola, quam legiſſe de more in eodem ipſo Senatu vel quæſtorem, vel candidatum principis, rradit lex vn. de off. quæſt. ff. ſeruamus autem hodie vt, ſeu ſinr codicilli regij (patentes literas dicimus) ſeu obligata ſigillo epiſtola, (vocamus etiam, *lettres de cachet*) mittatur à Principe ad ampliſſimū ordinem non ſummus palatij quæſtor, aur Cancellarius Franciæ, vr loqui mos eſt, neque vllus de conſiſtorianis Comitibus lecturus quod miſſum eſt: ſed acceptus Principi quiuis aulicus breui illa legarione fungitur, legitque actuarius forenſis, & mox vel decuriæ inauraræ iudices ſoli decernunr, vel cōſultis claſſibus.

LEX 4.

Digna vox maieſtate regnantis, legibus alligatum ſe principem profiteri, adeò de auctoritate iuris noſtra pendet auctoritas. Et reuera maius imperio eſt ſummittere legibus principatum: & oraculo, (id eſt exemplo) *præſentis edicti, quod nobis licere non patimur, aliis indicamus.*

Huc pertinet quod ſcripſit de aureo ſeculo Fabius pictor in fragmenro libri primi: pudor ipſe regebar populos, & ius Principes, ait ille. Maximè autem faciunt orationes quatuor ſingulares Dionis Chryſoſtomi, de regno, quibus mirè, inter cætera, deſcribir quo vultu, & conſeſſu ſedentem vidiſſet Hercules Deam Baſileam, ſeu Βασιλείας, vr vocat: conſidentes nempe, Δίκην, Ευνομίαν, Ειρήνην: conſiſtentem verò ante ipſum ſceptrum, vitum fortem, canum, & magnanimū, qui vocabatur, Νόμος, &, λόγος ὀρθὸς, ſine quo nihil eis fas eſſet facere, neque cogitare. Iſta in genere ad legis verè regiæ conſilium. Liceat verò perſtringere nonnulla è noſtris ad officium, & mores regnantium. Decius enim conſil. 580. ex hoc textu, & aliis docer, Reges obligari ex contractibus quos cum ſubditorum vel minimo inierint, nec poſſe, quocumque imperio, ſeu de plenitudine poreſtaris, vt loquitur, ab iis recedere quæ fide publica facturos ſeſe receperint. Tamen vr addir ipſemet conſil. 198. ex Baldo, deſideratur hoc vnum in magnis principibus, quòd à conſiliis habeant ferè neminem qui audear ſemper, & vbique verum acu, quod dicitur, contingere, eiſque vel ſuſurrare quod tantillum diſpliciturum ſentiat: fruſtráque ſcripſir Capirolinus in Gordianis, miſerum eſſe Imperarorem apud quem vera teticenrur fœliciſſimus inde Alexander Macedo, Homerum fidelem ſuum conſiliarium nuncupans cuius perpetua oblectabatur lectione, ac ſtudio. atque vr è poſterioribus iſtis ſeculis delibem quod ſit ſatis: ſcribit quidem Petrus Bleſenſis epiſt. 95. ad Herric. Britanniæ maioris Regem, in hæc verba: Qui dar Regibus diuirias terræ, ab eis autum non poſtulat, vel argentum, ſed vt audiant cauſam populi, & arguanr pro māſuetis rerræ. Quanta autem laus ex eo debeatur Regibus Francicis, docer inrer cærera expreſſæ imagines in ſigillis publicis. Sedēr enim in ſolio, ſceptrumque arrollunt pro enſe, cùm cæteri toto orbe principes effingi in ſigillis æquiranres, armarique dexrra vindice ſoleant. Quinimò cōſignatum etiam eſt parriis tabulis, Ludouicum XI. ſtatim atque inauguratus eſt, & Sacramentum palam omnibus, arque

ad aram,

ad aram, de reddendo vniuerſis, ac ſingulis iure, præſtitit, miſiſſe continuò ad Senatum Sacramenti præſtiti formulam, hoc adiecto, precari ſe tantæ curiæ Iudices vt fidem ſuam, in eo quod ritu tam ſolenni promiſiſſet, liberarent. Vnum denique commendat principatum Gallicum, quòd poſito omni metu, vel Gallus minimus, ac viliſſimus litem inſtituere poſſit aduerſus Principem, depellitque, ac excipit Procurator Regius perinde ac ſi contra priuatum, nec verò contra Regem ipſum mota eſſet cõtrouerſia. Hoc de more, teſtaturque adeò Baldus ad l. magis puto. de reb. eor. vt & impenſis regiis pauperem eo caſu litigare adiiciat. Sinautem ſit extraneus qui ſe à Gallis in ſolo Gallico ſpoliatum, expilatumq; exclamet, ac defleat, ea fuit ſemper Regum noſtrorũ προξενία, & humanitas vt non tantùm vindicare perpetuò ſoliti ſint ferinam hanc iniuriam, ſed erogare etiam afflictis ſumptus publicos quibus inquiratur in prædones. Experti ſunt nuper Saraceni, ſeu Mauriſci, vt vocvnt, qui expulſi cùm eſſent finibus Hiſpanis ad ſexcẽta & amplius millia, vt ferunt, ſpoliatique, occiſi, ſubmerſi, ac diſiecti huc illuc ad partem maximam in oris Maſſilienſibus, Prædones Galli affecti ſunt pœnis meritis impenſa regia: cauſam dixit eo nomine in Senatu dom. Seruinus, fiſci patronus, in qua pugnacem, ac bellatotium orandi ſtylum, ad antiquam gentis noſtræ gloriam, extulit. Quod & ante annos ferè ſexaginta, ingenti celebritate, præſtitum fuerat aduerſus Opedeum, Præſidem, quo auctore & duce vaſtationes, incendia, morteſq; eo numero, tantóque feritatis æſtu illatæ fuerant, vt, relatione ad Herricum II. facta, conclamantibuſque Principibus exteris, inſtructa lis fuerit ſumptu publico, cauſaque in Senatu perorata palam, & publicè, per 40. ſeſſiones à patronis plurimis. Fusè hoc Poplinerius, & dom. Thuanus, vterque in hiſtor. Francica: memini audiuiſſe me aliquando à ſummis Iudicibus plurima quæ, in cœtu auditorum denſiſſimo, iuuenes cum eſſent, per cauſæ illius occaſionem, didicerant. Vide autem, ſi lubet, de priſcis Regum noſtrorũ, in iure dicundo, moribus, apud Car. Magn. in capitular. cap. 22. & 25. additione 2. & quæ adieci ad l. Princeps, de legib. ff. pro fœlici autem, illuſtrique auctario vnũ hoc ſubiungã de Opt Auguſtiſſimóque Principe noſtro Ludou. XIII. cuius memoriam omnes anni conſequentes excipere debeant. Ea enim iam hodie emicat tanti Principis ſolertia, ac maieſtas, vt cùm annum adhuc XIIII. paucis vltrà menſibus decurrat, æquandum tamen priſcis illis Regiæ & Babylonij, & Palæſtini pueritiæ duobus tam laudatis iudiciis pronuntiauerit ad caſum perditi cuiuſdam ſectoris Zonarij qui in ſacro cubiculo appenſum horarum indicem ſuccîderat. Rumore enim à circonſtantibus aulicis facto, cùm depræhenſus eſſet ſector, atque, vnde tumor iſte, confeſtim Rex peteret: narratur audacis, laqueóq; vindicandi facti hiſtoria. Nulla mora eſt, auferatur hinc, ait Princeps, & tradatur carnifici verberandus. Contrarium verò adurget prætorianus iudex qui & ocyùs ſectorem de ſacro cubiculo arripit, ordirur iudicium, iubetque vt reſponſa ad obiectum crimen faciat. Defugit Reus paratum ſeſe inquiens parére iudicio Principis, iudicatumque facere: ridet iudex effugium, minaturque damnaturum ſe ganeonem quaſi mutum, niſi reſpondeat. Refertur intereà Iudicis, Reique certamen ad Principem, qui tunc vt ſiſtatur ille apud ſe, mandat viatori aulico. Adducitur: Percellitque Princeps miſerum, laqueo ſcilicèt, furciſq; territans ob temeratum eius ſacrarium. Nam ſi, inquit, arbori infœlici continuò ſuſpenditur, vt audio, qui tale quippiam in publicis cauſarum auditoriis auſus ſit, quantò magis ſi in intimo mei ipſius cubiculo. Parcere tamen ſeſe addit, gratiamque pœnæ totius facere, quia & reddiderat iam anteà iudicium, & Reus ipſe bene conſultus acquieuerat: cæterùm ſi vnquam recideret, tantò grauiorem fore animaduerſionem iudicum, iubetque propterea conſignari tabulario iudiciali ſnum hoc decretum, de quo ſubinde acclamatum eſt ab audientibus, mirantibuſque aulicis, dignam reuera hanc eſſe vocem maieſtate regnantis, cuius tanta à primis annis emineret iam, atque ante annos ipſos prudentia.

Aliis indicamus.

Rectiſſimè obſeruat gloſſa Imperatorem non dicere, præcipimus, ſed, indicamus: quia, inquit, par in parem non habet imperium. Conſilij nempe verbum eſt: dixerimus

Digitized by Google

vernaculo patrio : *nous faiſons l'ouuerture à ceux qui regneront apres nous de ce que nous n'eſtimons pas nous eſtre loyſible de faire.* In Gallia, ait Connanus lib. 1. cap. 16. commentat. iur. nullus in tegno hæres, ſed primogenitus Regis, aut agnatus proximus, lege tegni vocatur. Proinde non tenetur ſucceſſor eorum nomine quæ pater, aut is cui ſuccedit, Rex geſſit, ſtatuítve, niſi ptætereà priuato ſuo iure hæreditatem eius adierit: leges verò nouas condere, prætetiras abrogare, aut emendare, liberum eſt ex cauſis, & tempotibus, quotieſcumque nouus Princeps iuſſerit.

Lex 5.

Non dubium eſt in legem committere eum qui verba legis amplexus contra legis nititur voluntatem. Nec pœnas legibus inſertas euitabit qui ſe contrà iuris ſententiam, ſaua prærogatiua verborum, excuſat. nullum enim pactum, nullam conuentionem, nullum contractum inter eos videri volumus ſubſecutum qui contrahunt, lege contrahere prohibente, &c. *Ea quæ lege fieri prohibentur, ſi fuerint facta, non ſolùm inutilia, ſed pro infectis habenda ſunt.*

Non eſt vulgatior textus in foro, vbi mentio incidit de contractu, teſtamento, vel alia re qualibet in qua peccatum ſit contta conſtitutionis tegiæ, ſtatutive, & moris municipalis præſctiptum. ſempet potior eſt lex quæ verat, quàm quæ permittit, ait Quintil. declam. 374. interpretatur verò id Eg. Magiſt. nuper Senatus Ptæſes maximus cap. 18. de bonorum publicationibus ad hæc verba conſtitutionis anni 1551. *ſous peine de nullité*: vt ſcilicèt quod fit contra legem tunc dicatur nullum, atque itritum, cùm forma certa ptæſcripta eſt, qua non ſeruata textus adiicit, nullius fore momenti quicquid agitur: lex enim hoc caſu verè ſurda eſt, & inexorabilis, vt olim in genere de legibus ſctipſit Liuius lib. 2. decad. 1. quod ipſum conciſè Io. Faber hîc docet de iis quæ à lege prohibita ſunt. Perſequot cætera ad l. mutus. ff. de procurat. vide autem Tiraquellum quæſt. 24. de iure ptimigen. vbi, inter varia, decîdit, edicto prohibitorio, de quo agit lex, mutus, renuntiari non poſſe, cùm diſertè, & conceptis verbis irritum eſſe vult conſtitutio quicquid in contrarium fiet: dicimus nos Galli, *quand l'ordonnance annulle l'acte, & le declare de nul effect.* Conſenſum enim eo caſu lex vetat, ait ille. Tractant Baldus, Bartolus, & alij ad hanc l. non dubium: rurſuſq; Bartolus ad l. cùm lex, de fideiuſſorib. ff. ſed tam implicitè, & obſcurè, vt conſulere indigenas interpretes tantò ſit ſatius, maximè in vſu Gallico, quanto minus peregrinandum eſſe in ciuitate propria dixit Varro apud Cicer. in fragment. Academic.

Lex 7.

Leges & conſtitutiones futuris certum eſt dare formam negotiis, non ad facta præterita reuocari.

Maximè id obtinet in negotiis ttanſactis omninò, & conſummatis, vt ſupplendum eſt ex l. vlt. in fi. inf. de ſuis & legit. lib. 6. atque ex cap. ex tua, qui fil. ſint legit. quod & Baldus docet ad l. illam. inf. de donat. & ad l. ſi ita ſcriptum. §. vlt. de legat. 2. Felin. ad cap. quoniam, de conſtitutionib. Cur ita, vide apud Plinium lib. 10. epiſt. 116. in hæc verba: mihi hoc temperamentum eius placuit, vt ex præterito nihil nouaremus, &c. ſed in futurum lex Pompeia obſeruaretur, cuius vim ſi retrò quoque velimus cuſtodire, multa neceſſe eſt perturbari: ſic ille. Vna autem, per mores noſtros, atque ex variis curiæ decretis, exceptio eſt: ſi nempe declaret ius antiquum noua conſtitutio, cuiuſmodi eſt edictum anni 1561. quo aufertur reſtitutio aduerſus ttanſactiones ex cauſa læſionis. Idem enim iure Romano, in l. Lucius. §. vlt. ad trebell. ff. eiuſmodi etiam eſt edictum de ſecundis nuptiis, cùm, imitatione legis, hac edictali, promulgatum

tum fuerit an. 1560. Eiuſmodi denique nouiſſimum de ſubrogatione creditorum in locum eorum quos pecunia ſua dimiſerint citra ceſſionem actionum: Idem enim in l. 1. & 2. Cod. de his qui in prior. creditorum locum ſuccedunt, ad quam æquitatem tandem itum eſt exploſa ſubtilitate legis, Modeſtinus. de ſolution. ff. vt iniqua, & captioſa. Ratio autem à Baldo, & Io. Fabro, ad hanc noſtram legem, redditur, cur nouæ cõſtitutionis effectus reuocari debeat ad præterita, ſi declaret tantummodò quod anteà leges cauerant. Declaratio enim, aiunt illi, nihil nouum vel donat, vel ſtatuit, l. hæredes palam. §.1. de teſtam. & l. adeò. §. ſi quid poſt. de acq. rer. dom. ff. proinde ſi valere in futurum duntaxat eiuſmodi nouas conſtitutiones Princeps voluerit, tunc adiiciuntur hæc verba, aut ſimilia, *d'oreſnauant*, vel, *pour l'aduenir ſeulement.* Vide ad tit. ad Sen. Velleian. ff. de Senatuſcõſulti illius abrogatione facta edicto ſpeciali an. 1606. quo, ex mera æquitate, confirmati ſunt omnes contractus in quibus, ante edictum, reperirentur veteres de Velleiano conceptæ perperam formulæ. In his tamen omnibus ſemper excipe, niſi vel tranſactione, vel alio quouis contractu, aut iudicio finita negotia fuerint. Seruamus enim deciſionem Baldi ad l. illam. Cod. de donation. deinde niſi, emendatione facta conſuetudinis, qua auferuntur patri fructus percepti ex bonis liberorum in caſum ſecundi matrimonij, pater ipſe ſecundam vxorem duxerit, cùm ſtante adhuc antiqua conſuetudine, viduatus vxore prima fuiſſet. Viduitatis enim tempus ſpectandum non eſſe, ſed tempus ſecundarum nuptiarum, pronuntiatum eſt in purpuris ad Paſchales Ferias, an. 1584. in conſuetudine Turonenſi, nempe in gratiam liberorum, atque in odium δευτερογαμίας, ſeu iterati coniugij.

Lex 8.

Humanum. Si quid neceſſarium emerſerit quod formam generalem, & antiquis legibus non inſertam expoſcat, id ab omnibus tam proceribus noſtri palatii, quàm glorioſiſſimo cætu veſtro tractari: & cùm omnes conſenſerint, tunc demum in ſacro noſtri numinis conſiſtorio recitari volumus. Bene enim cognoſcimus, patres conſcripti, quod cum veſtro conſilio fuerit ordinatum, id ad beatitudinem noſtri imperii, & ad noſtram gloriam redundare.

Sic Iuſtinus lib. 3. de Lycurgo: *Senatui*, inquit, *legum cuſtodiam permiſit.* Sic verò & Suetonius in Auguſto, cap. 54. *Interdum ob immodicas altercationes diſceptantium è curia per iram ſe proripienti, quidam ingeſſerunt, licere oportere Senatoribus de Rep. loqui.* Nec immeritò propterea dici poſſit, quemadmodum tertia eſt hæc lex qua Theodoſ. & Valentinianus ſcribunt in hoc titulo ad Senatum, ita & pertinere eam maximè ad auctoritatem Senatus Pariſ. quem componunt in partem Pares Franciæ. Celebratur enim in hunc diem laude illuſtri, antiqua, & continua; eique iampridem permiſerunt Optimates exteri deciſionem ſuarum litium. Hoc Imperator Fridericus II. & Innocentius IV. hoc Reges, Caſtellanus, & Luſitanus: hoc & Carolus Valeſius, comeſque Namurtius: Dux Lotharingius, & Vidus Caſtellionius: aliique, qui à ſcriptoribus noſtris recenſentur, plurimi. Solent proinde diſcuti, confirmarique ab eo edicta, priuilegia, iuraque omnia quo more olim & ipſos Romanos Principes feciſſe diſcimus ex epiſtola Marci Imperatoris, quam Iuſtinus martyr ſubiicit in fine apologiæ ſecundæ pro Chriſtianis. Sic enim Imperator: Ταῦτα δὲ καὶ τῆς συγκλήτου δόγματι κυρωθῆναι βούλομαι: *Hæc autem*, ait, *& Senatus decreto confirmari volo.* Nempe hoc ipſum eſt quod dicimus nos Galli, *verifier en Parlement.* Si reiiciatur quod exoptat Princeps, tunc inſtat ipſe iuſſionibus, aut præſentia, vt quondam Romani illi domini. Eminet verò & ſplendor tanti ordinis in probandis, temperandiſque edictis, ac emendandis etiam conſuetudinibus, ſeu perſcriptis prouinciarum moribus. Nec enim vim vllam legum obtinent promulgata edicta, aut redactæ conſuetudines à delegatis, & licèt habita in id à prouincialibus comitia fuerint, niſi Senatus acceſſerit vltima, ſupremáque auctoritas. Cætera vide ad l.

Digitized by Google

non ambigitur. ff. hoc tit. Maximè autem apud Lud. Aurelianum in orationibus curiæ Panegyricis cap. 6. 7. 8. 9. 10. 20. 21. 22. 23. & ſeqq. Nihil denique ad obſeruandas, confirmandaſque leges Romanas, tributum fuiſſe maius, auguſtiuſque Senatui Romano tradit hic textus, nihilque Areopagitico Andocydes ſi ageretur de Atticis, oration. περὶ τῶν μυστηρίων, pag. 11. & 12. ex typ. Herric. quod non etiam hodie videat, ſeruétque in Lutetianis purpuris vniuerſa Gallia. Parùm quippe eſt ſcriptas fuiſſe leges à Principe: vanæ erunt tamen, & habebit eas populus pro non ſcriptis, niſi iudicio tanti ordinis receptæ, probatæque fuerint. Neque vnquàm propterea committuntur typis publicis, ἐν στοᾷ, καὶ στήλαις βουλευτηρίῳ, (id eſt, in porticu, & columnis) quod dixit in hoc ipſum de Græcis Andocydes, niſi probatæ anteà, confirmatæque à Senatu.

LEX 9.

Leges ſacratiſſimæ quæ conſtringunt hominum vitas, intelligi ab omnibus debent. Si quid verò in eiſdem legibus obſcurius fuerit, oportet id imperatoria interpretatione pateſieri, duritiamq́ legum noſtræ humanitati congruam emendari.

Iunge l. vlt. quæ vult vt, leges condere, ſolius eſt Principis, ita &, eas interpretari. ſic Plinius ad Traianum, rogo vt beneficia tua interpretari ipſe digneris. Et Symmachus ad Theodoſ. epiſt. 43. lib. 10. nos venerari potiùs, quàm interpretari oracula diuina conſueuimus. Dicuntur Reges σημάντορες, ait Euſtatius ad ἰλ. κ. quaſi indicatores, & præmonſtratores, quia nimirùm eiuſmodi notas ferunt, atque inſignia, vt, oſtenſis illis, ſequatur ſubinde populus, & pareat, vt oues opilioni. Verba Euſtatii ſunt hæc: οἷς τίθεται σημαῖά τινα, καθ᾽ ἃ καὶ σημαίνειν λέγοιτ᾽). Vide quæ in hoc adieci ad l. 5. ſacrilegii. inf. de diuerſ. reſcript.

LEX PEN.

Cùm de nouo iure, quod inueterato vſu non adhuc ſtabilitum eſt, dubitatio emergat: neceſſaria eſt tam ſuggeſtio iudicantis, quàm ſententiæ principalis auctoritas.

Huc ſpectant relationes de quibus agitur ſeparato titulo, inf. de relationib. ad quem plura notaui. Hodie tamen raro conſulitur Princeps ad interpretationem promulgatæ conſtitutionis. Mandatur enim illa executioni citra cauſæ cognitionem quali olim periculo apud Perſas in eos qui temerè publicatis ſemel legibus aduerſati fuiſſent, vt videre eſt in cap. 8. libri Eſter. Si qua autem ambigendi iuſta forſan cauſa incidat, diſquirit Senatus, atque inſpicit pleniſſima cognitione: temperat de more, auget, atque minuit quicquid æquius, ac melius. Quod, inter cætera, in edicto, de publicationibus bonorum, cernitur, in edicto de reliquis redituum poſt bella ciuilia, in ed. Cremolienſi, Melodunenſi, aliiſque plurimis, in quibus temperamenta (modificationes vocant) ſubiecta ſunt. Quantum ad inferiores iudices, ſola eis obſequii gloria relicta eſt. Iudicare enim habent neceſſe ex conſtitutionibus, regio, publicóque typo editis. Si prouocat alter litigantium, & diſceptationem fori mereatur ambiguæ conſtitutionis interpretatio, ſuccedit perſæpè Senatuſconſultum quod, in agitata quæſtione, inſtar poſteà Forenſis legis eſt. Pulchrè Symmachus ad Theodoſ. lib. 10. epiſt. 41. de conſiſtorianis decretis: hæc eſt omnis ſumma luctaminis. Nunc oraculum numinis veſtri fortuna litis expectat.

TIT.

TIT. XV. DE MANDATIS PRINCIPVM.

Lex vn.

Debent ſcriptis probari : aliâs non creditur : quæcumq; ſit aduenientis dignitas.

Hoc potiſſimùm in acceptioribus Principi aulicis, vbi de re agitur valdè ardua, quibus tamen ſæpiſſimè ex ſolo aſpectu, & verbo creditur, quali prudentia fingunt Poëtæ veteres, vbi primùm viſus fuiſſet aquila, verum portendi, & proſperum ſemper Iouis aliquod nuntium, ἀεὶ ἀληθῆ, καὶ αἴσιον, quia nempe ſolium ipſius attingere ſoleat volatu proximo aquila. Ita Euſt. ad verſum hunc Homeri ἰλ. θ.

Αὐτίκα δ' αἰετὸν ἧκε τελειότατον πετεηνῶν.

Statim, inquit, ***miſit Iupiter Aquilam, perfectißimam volucrum.*** Seruatum autem ſemper eſt religioſiſſimè, vt quos mittit Princeps, docere ſoleant quibus auſpiciis, ac pignoribus obierint legationem, quæcumq; illa ſit, & quæcumque eorum dignitas : inde *χωρήκια*, de quibus in l. ſanctum. de rer. diuiſ. ff. hoc olim in miſſis dominicis de quibus veteres formulæ cap. 7. apud Marculf. Car. magn. lib. 2. & 3. capitular. variis locis, Flodoardum, Valafridum, Strabonem, randémque Chopinum lib. 1. conſuet. Pariſ. tit. 2. nu. 49. vbi eos meritò clariſſimis libellorum in regia ſupplicum magiſtris comparat qui mandatas ſibi prouincias obequitant, renuntiaturi ſi quid emendandum obſeruauerint. Hoc verò maximè in legato Rom. pontificis adueniente in Galliam, de quo dixi ad l. ex hoc iure. in verb. dominia diſtincta. ff. de iuſt. & iu. de eo prættereà qui iuſſu, ac mandato Regis aliquem occîderit, atque vt damnandus non eſt, vide in capitular. Car. Mag. lib. 5. cap. 215. alibi dixi ad Pandectas.

TIT. XVI. DE SENATVSCONSVLTIS.

Lex vn.

Si quiſquam ſpeciali ſupplicatione eliciendum aliquod reſcriptum tentauerit, vt tranſire ei formam liceat ſtatutorum (gl. à Senatu) ***tertia patrimonii parte mulctetur.***

Duo ſunt apud nos quibus impugnare liceat quod à ſupremis curiis iudicatum eſt, ſupplicatio ciuilis (requeſtam ciuilem dicimus) & propoſitio erroris. In illa factum partis arguimus, in bac factum iudicum, vt qui ſcilicèt veram litis hypotheſim non perceperint. Illa ergo non tam infauorabilis: (quod verbum Vlpiani eſt) de ſola enim fraude victoris aduerſarii condemnatus queritur: admittunturque propterea patroni vt cauſas ſupplicationis explicent etiam antequàm executioni mandetur Senatuſconſultum: hæc autem odioſa eſt penitus. Accuſat enim condemnatus Senatuſconſultum apud Senatum ipſum, accuſanturque ceu iniuriæ iudices: quod quanti odii eſſe ſoleat, vide apud Plin. epiſt. 13. lib. 6. Seruatur proinde ab antiquo ille mos, vt actori qui erraſſe contendit in facto iudices, perpetuum indicatur ſilentium, quamdiu exequendi iudicii, de quo queritur, vel minima pars ſuperfuerit. Quæſitum eſt an. 1576. menſe Auguſto, aut, ni fallor, Iulio, inter Brochetium, & Bertrandi viduam, idque primùm in ſubſidiorum curia, ac poſteà in magno conſilio, ſi concurſus fiat & ſupplicationis ciuilis, & propoſiti erroris aduerſus vnum, idemque Senatuſconſultum, vtrùm in vtroque interdici debeat cauſæ dictio donec ad plenum executio rei iudicatæ ſecuta ſit: in quo vrgebat maximoperè dom. Marionius, cùm priuatas adhuc cauſas ageret, textu legis,

ſed ſi. § 4. ait prætor. ff. ex quib. cauſ. maiores. Verba legis ſunt: Sed & ſi, dum decreto prætoris non obtemperat, iuriſdictionem ei denegauerit, non eſſe reſtituendum Labeo ſcribit. Dicebat ex aduerſo Dion. Butillerius, ſolertiſſimus etiam patronus, propoſitum fuiſſe errorem in cauſæ tantummodò ſubſidium quæ momenti erat maximi, ita vt vanum eſſet, ac inane, proferre ſingulares in propoſito errore regulas, cùm de errore non agererur principaliter. Perorari ergo cauſam iuſſerunt iudices quòd in acceſſionem duntaxat veniret erroris propoſitio. Et cùm duos tantùm illos modos concedat ius Gallicum aduerſus ſupremorum tribunalium iudicia, cæteros etiam omninò reiicit, quicumque inducatur color indulgentiæ regiæ vt reſcriptum videatur acceptius. Iuſtas autem eorum querelas nemo non dixerit qui, victis, per plures annos, fugacibus Reis in Senatu, redintegrandum ſibi vident certamen apud Principem, quaſi nihil iudicatum fuerit. Fallunt enim hi, ſi poſſunt, relicto Senatu, à quo nihil deinceps ſperant, conſcientiam Principis, quod & queritur Conſtantinus l. vn. de iis qui à non dom. manum. ſunt, Cod. Th. elicito nimirùm blandis mendaciis reſcripto quo vocare conceditur victorem ſuper illa ipſa lite mortua, prohibitione adiecta nè interim executioni manderur expectatum, exhauſtis ferè omnibus fortunis, perque annos, fortè viginti, aut ampliùs, Senatuſconſultum. Complures ita queſti ſunt. Quantum ad ſacri conſiſtorii Principis iudicia, in tabulariis curiæ legitur olim equidem poſtulaſſe dom. Riantium, cùm regii Oratoris perſonam ſuſtineret, nè illa patroni deinceps alio quàm deliberationis nomine dicerent ſi de Forenſibus controuerſiis agererur: *Aduis du conſeil*, vt aiebat vulgari vernaculo: *Acta conſiſtorii* nuncupauit alter in Senatu etiam maximus: Appellantur verò hodie, nec à multis annis, areſta, quibus ineluctabile in ſuperiores regni curias fatum. Si tamen condemnati ſupplicare aduerſus ea voluerint, poſſunt etiam, ſed non eo more quo in curiis. Fit enim id libello ſimplici, non reſcripto: quia nempe tradũr in ſacro cõſiſtorio perpetua ſit ſedes & Principis, & ſigilli quo ſuppletur alibi paſſim Principis ipſius præſẽtia in reſcriptis, diplomatis, epiſtolis, tabuliſq; omnib⁹ emiſſis. σῆμα γὰρ ἐμφανὲς βασιλείας ἡ βασιλέως σφραγίς: regnique ipſius ἐπισήμους, ſeu inſignes notas ferunt ſigilla regia. quantò magis igitur vbi Princeps ipſemet eminet, perſonamq; ipſam Iudicis induit. Blandè in eo adurget me opportunus hic locus vt aſpergam nonnihil de Herrici Magni humano, ſagacique animo, planéque regio. Cùm enim Callirhoanus quidam incola diras, infandaſque voces iactaſſet in ſanctiſſimam virginem, id verò in caupona, & cùm ſepultus vino eſſet, tertio pòſt anno poſtulatus eſt ſacrilegæ iſtius impietatis nomine nõ ab actore publico (regium procuratorem vocant) ſed ab inimico, loci etiam illius incola, adeò vt, inſtructa lite, miſer ille tandem à ſenatu damnatus ad furcas fuerit, remiſſuſque Callirhoen, ſeu Bellaqueum, vt loqui mos eſt, paſſurus de trabe infame vinculum. Sorte obtigit vt eiulans vxor copiam tunc haberet adeundi Principis qui pridie in celeberrimum illud Callirhoanum ſuum palatium, paucis comitatus, aduenerat. Accurrit illa, nec ſemel, aut bis aduoluitur genibus deambulantis in hortis Principis, ſed immoratur tantiſper dum impetrarit tandem vt, viſis totius litis tabulis, de cauſa condemnationis ipſe cognoſceret. Renuit, repellit, reiicit aliquamdiu preces iſtas Princeps ob auctoritatem tanti ordinis à quo latum iudicium fuerat. Euictus tamen muliereulæ illius nixæ genibus inuicto, intrepido, vlulantique gemitu iubet ſuſtineri tortoris manum vſque dum ipſe inſtrumenta, quod mirum, luctuoſæ illius litis omnia vidiſſet, legiſſet, atque expendiſſet: quibus viſis agnoſcit reuera prolatas, effuſaſque blaſphemias ab ebrio, triennium autem elapſum, & litem ab inimico inſtitutam vt vltionem ex eo, nec verò ex vlla pietatis cauſa, quæreret. Iubet accedere curionem parœcum, ac æditvos, ſeu matricularios, vt loquimur. Sciſcitatur de condemnati vita, & moribus: affirmant illi virum eſſe probum, ſacris eccleſiæ aſſiduum, imò ſanctæ altaris victimæ, per ſolennes anni quaſque ferias, ſuſceptorem, & pientiſſimum alioqui erga ſacratiſſimam, cuius nomen per vinum temerauerat, virginem: denique eſſe pergratum parœcianis omnibus æditvum, ſeu, vt iam dixi, matricularium. De his omnibus perſcribuntur elogia à clariſſimo notariorum quatuor Principis, Villoregio: quibus ita perſcriptis reditur paulò pòſt Lutetiam: acceſſiturque in arcem Luparam pars ea Senatus quæ iudicium dederat. Proponit Princeps quid egiſſet, & quid factis de nouo probationibus, comperiſſet de miſero illo quem damnauerant. Laudat iudicium: addit verò, vt induebant imaginem ſui in fungendis ad iura explican-

plicanda,reddendáque muneribus,ita & ſe referre imaginem Dei cuius proinde exornabatur tantò maioribus gratiæ viribus, eaſque edebat, promittebátque tantò altiùs,& longiùs, quantò de tribus oppoſitis ſoli ſpeculis, luminoſius, actuoſiuſque illud eſt quod ingruentes,vibratóſque primo impetu,& ardote Solis radios admittit: ſuppoſita enim,& ſummiſſa quotquot alia ſpecula fuerint, vt lucent obliqua tanrùm luce,ac ſecunda,ita & multò minùs ardoribus,flammiſque ſolaribus inclareſcunt, imò creditam quaſi ab obſtante ſuperiore ſpeculo lucem accipiunt. Eo planè vultu, aiebat, ſe habet Princeps erga & iudices, & omnes in vniuerſum quibus diuidit, mandátque commiſſum à ſummo, æternóque moderatote imperium. Agit enim ille longè potentiùs, ac fæliciùs vbi per ſe, nec per vicarias operas manum admouet operi: ſe igitur exploraſſe denuò litem,& cùm res ſingulas,verámque facti ſpeciem obſeruaſſet ſagaciſſimè, videri temperandum eſſe iudicium, commutandas pœnas, & mortis loco ſuccedere oportere nexum triremis ad triennium, exiliumque à Callirhoanis finibus perpetuum: ni damnatus iam à Senatu eſſet, futurum fore mitius, ac benignius ſuum iudicium. Cæterùm admonuit exemplo perpetuo,vt quotieſcumque deinceps iudicarent Reum aliquem blaſphemiæ, vel impietatis in rès diuinas, aut Principem, numquàm id faciant cognitione vltima quin priùs in eius vitam, mores, ac famam inquiſitum fuerit. Hoc amplexi,miratique ſunt impenſiſſimè iudices: & cùm dom. Bretius,Orator regius,mihi aliquando inter ſermones narraſſet hiſtoriam, edo nunc in lucem publicam vt & Galli,& exteri ipſi qui hoc vnquàm lecturi ſint,humanum,ſagax, natumque ad magna, & pia quælibet,tanti Principis ingenium amare,miratique numquàm deſinant. Fit hodie ex conſilio illo, aut potiùs mandato regio, vt in triumuirali exedra poſtulent ſemper triùmuiri, ad incurrenres, oblatáſque eiuſcemodi blaſphemiarum, & impietatis ſpecies,ſingularem,ſpecialémue fieri de læſa, illæſáue accuſati exiſtimatione probationem, déque eius vita, ac moribus priuſquàm procedatur vlteriùs. Quod & vltimum rurſus memorauit dom. Bretius cui reuera debeo meum hocce operoſæ meæ commentationis,quale quale illud ſit, ad res noſtras adhibirum ornamentum. Ab eo enim regiam hanc hypotheſim didici quam & ipſe ex voce ipſius Principis acceperat.

TIT. XVII. DE VETERE IVRE ENVCLEANDO, ET DE AVCTORITATE IVRISPRVDENTVM QVI in Digeſtis referuntur.

Ad Rvbricam.

Tota antiquitas de obliquis Iuriſconſultorum dictis, vetuſtique iuris obſcuritate conqueſta eſt,adeò vt Pithii obliquatis reſponſis ea comparauerit,quemadmodum,inter cæteros, notat vetus interpres Iuuenalis Satyr. 1. cùm explicat cur Apollo dicatur Iuriſperitus: ac poſt eum Sidonius Apollinaris lib. 4. epiſt. eiuſque doctiſſ. interpres Io. Sauaro. Anceps autem ille Legiſlatorum animus, verè λοξίας, vt Apollinem dicebant,adeò ſemper leges,ac edicta,moréſque ptouinciarum perſcriptos implicuit, vt in hunc diem ferè quot verba in illis leguntur, tot ſint litium, controuerſiarumque laborantes vomicæ,quæ vſu,& ſale multo deſiccandæ ſint. Accepi ſæpiùs ab Optimatibus noſtri ordinis,cùm conſuetudo Pariſienſis accurationi formæ, ac emendatiori reſtitueretur an. 1580. & proponerentur nonnulla quibus adhuc clarior, dilucidiorque fieret, reſponſum fuiſſe à viro maximo, oportere eſſe aliquid in iure Gallico quod excitaret, acuerétque aduocatorum induſtriam.

Lex I.

Neque armis confidamus,neque noſtris militibus, neque bellorum

ducibus, vel noſtro ingenio: ſed omnem ſpem ad ſolam prouidentiam referamus, ſumma trinitatis.

Contrà paganus Imperator, Seuerus, moriens monuit filios Caracallum, & Getam, primùm vt bene inter eos conueniret, deinde vt locupletarent milites: poſſe enim ex his duobus contemni cætera. Ita ſuis verbis Xiphilin. in Seuero. Aliud igitur Chriſtiana fiducia, de qua vt nihil & hoc loco proferam niſi ex ſacris, verba hæc ſunt Moſis in Exod. cap. 14. *Populum timentem confortauit dicens: Nolite timere, dominus pugnabit pro nobis.* ſic & lib. 2. Machabæor. cap. vlt. *Machabaus*, ait textus, *ſemper confidebat cum omni ſpe auxilium ſibi à domino affuturum, & hortabatur ſuos nè formidarent ad aduentum nationum, ſed in mente haberent adiutoria ſibi facta de cælo*, &c. Tamen vt nè quis forſan ſibi plus æquo de ope diuina indulgeat ignauus ipſe, nihilque adurgens vnde iuuetur, liberetúrve Reſp. quam regit, meminerit primùm quod in genere monuit ſatyrographor. prudentiſſimus,

——— *tuo, dum nouis in alto eſt*, ait,
Hoc age, nè mutata retrorſum te ferat aura.

Qui ſegnis eſt in opere ſuo, frater eſt aſoti dixit Palæſtin⁹ ille Princeps, qui ſingulare Dei opificiũ, Prouer. 18. refert propterea D. Auguſt. li. 2. de ordine, doctrinã Pythagoræ quã ſequãtur qui in regnis, ac imperiis, quaſi in naui, clauũ tenẽt. Verba eius ſunt: *Tãtos fluctus ibi videbat, vt eis nollet committere niſi virum qui in regendo penè diuinè ſcopulos euitaret, &, ſi omnia defeciſſent, ipſe illis fluctibus quaſi ſcopulus fieret.* Sic ille. In quo equidem vt admiſceamus ſemper nonnulla è noſtris quæ modò ad forum, modóque ad imperium Gallicum pro re nata faciant, mirabuntur poſteri, feréq; vt minus credant quod vero verius, qua nempe manu diuina virgo agreſtis reſtituerit paterno ſolio ſopitum, ac vileſcentem Carolum VII. id verò deſperantibus Gallis qui tandem duce illa bellatrice (quæ ferè nec admittebatur tunc quaſi fabulis ipſis fabuloſior) pepulerunt Britannos ex vniuerſa Gallia. Attigi de his & ad l. 19. ſi vir vxoris. ff. de donat. inter vir. & vxor.

---

§. 1. *Tot auctorum diſperſa volumina vni codici indita oſtendere, res nobis difficillima, imò magis impoſſibilis videatur: ſed manibus ad cœlum erectis, & æterno auxilio inuocato, eam quoque curam animis repoſuimus, freti Deo qui & res penitus deſperatas donare, & conſummare virtutis magnitudine poteſt.*

Mira, ac penè diuina tanti huius operis compoſitio vel ex eo etiam obſeruabitur, quòd, cùm per annos quadringentos & ampliùs, vt ferunt, variis in bibliothecis delituiſſet, quarum aliæ partem, partemque aliæ, omnia denique trunca, & mutila haberent, quod vel conſtabit plus ſatis ex glo. ad l. 81. quærebatur. in verb. tres partes. ff. ad l. Falcid. redierit tandem ceu poſtliminio in primæ ſuæ ætatis gloriam circa annum 1130. opera nimirùm, ac beneficio eruditiſſimi Vuerneri, ſeu Irnerij, vt ſæpe nominat Accurſius, qui tunc collecta membratim volumina, aut fruſta potiùs edidit, effecitq; apud Lotharium II. Imperatorem, vt ex his ius diceretur in iudiciis Imperialibus. Adeo vt paulò pòſt, ſpretis ſenſim vbique gentium reliquis quibuſcumque legibus, vocarum fuerit conſenſu omnium, ius commune. Quamuis enim mores cuiuſque loci veteres ad frequentiorem controuerſiarum partem obtineant, (quod in omnibus penè Galliæ noſtræ prouinciis cernitur) tamen vbi ad ſubortas lites, & quæſtiones nihil prouinciali lege cautum eſt, forenſem ſemper Iuriſprudentia Romana facit paginam, ad eamque perpetuò, quaſi ad ſacram ancoram, certiſſimamque in expediendis controuerſiis ſemitam decurritur, cùm ſit certiſſima quædam velut amuſſis ad internoſcendum quid æquius, melius: tradit verò de communibus vitæ officiis præcepta quæ alibi non reperias. Et cùm ſolum reſtaret integrum in Malfitana, vel, vt volunt quidam, Byzantia Bibliotheca Archetypum, idque peruide, vt ſparſæ reliquiæ, neglectum ob

ſuffecta

ſuffecta apud Græcos circa annum 895. à Leone Philoſopho Imperatore Baſilica, editum & illud tandem eſt anno 1540. à clariſſ. Iuriſc. Lælio Taurello qui impetrauit à poſſeſſore Optimo, Florentinorum Duce, Coſma Medico, incomparabile literatis omnibus ſubſidium, quo nimirùm vt fideliſſimo deinceps venerandæ vetuſtatis adiumento ſupplerentur non modò lacunæ, ſed eximerentur etiam, ac repurgarentur innumera in vulgatis libris menda, duratura ſcilicèt in hunc diem niſi diuinus ille Codex, dictus primùm Piſanus, & poſteà Florentinus, acceſſiſſet. Hæc Taurellus ipſe, Anton. Auguſtinus, Cuiacius, Contius, Oldendorpius, Cation.

Iuſſimus quos probares tam ex facundiſſimis antecesſoribus, quàm ex viris diſertiſſimis togatis fori ampliſſima ſedis, ad ſociandum laborem eligere.

Adiungendus §. primus primæ conſtitutionis de nouo Cod. fac. ſup. vbi recenſet decem συνέργους, ſeu cooperarios, qui, vt tanta moles ſibi optimè, & vndequaque conſtaret, contulerunt ſinguli indefeſſam toto triennio operam, delectu nimirùm facto ſeptem illuſtrium qui dignitatibus ampliſſimis præfulgebant, Comitis vnius ſacri conſiſtorij, & duorum ex fori prætoriani patronis conſultiſſimis. Itavt nec abs re nonnulli dixerint, veriſimile fieri Tribonianum, vt erat vir longè eruditiſſimus & ſagaciſſimus, verſaſſe animo Homericum iſtud ἰλ. β. vbi Agamemnon ait optare ſe decem conſiliarios Neſtori ſimiles, breui enim capturum ſe vrbem Priami, ſi compoſitum haberet eo numero conſilium:

Αἲ γὰρ Ζεῦ τε πάτερ, καὶ Ἀθηναίη, καὶ Ἄπολλον,
Τοιοῦτοι δέκα μοι συμφράδμονες εἶεν Ἀχαιῶν,
Τῷ κε τάχ' ἠμύσειε πόλις Πριάμοιο ἄνακτος
Χερσὶν ὑφ' ἡμετέρῃσιν ἁλοῦσά τε, περθομένη τε.

Miror denique quàm præceps eorum ſit iudicium qui tanti viri honorem adeò libenter decutiunt, ac deterunt vt conuitiis etiam proſcindant atrociſſimis. Imò & ſunt qui libellos, Antitriboniani nomine, ediderint, κακολόγοι ſcilicèt in beneficum. Oportebat enim & hunc tandem naſci, decemque illos verè ἐργολάβοις, quibus, in peragendo opere, præfuit, vt repararetur ius ciuile ferè iam, eorum ætate, emortuum, vt oſtendit plus ſatis lex 2. §. antiquæ. hoc tit. quod & ipſum de noſtro Cuiacio publicè, atque inter cauſas forenſes profeſſus eſt dom. Briſſonius, cùm Regij Oratoris perſonam ſuſtineret, vt à quo nitorem ſuum receperint, lucemque priſtinam loca paſſim informia, exeſa, corrupta, fœdáque vetuſtatis carie, immò & barbarie obſita.

§. *Cumq; hac materia.* *His quinquaginta libris totum ius antiquum per mille & quadringentos penè annos confuſum, & à nobis purgatum, quaſi quodam muro vallatum nihil extra ſe habeat.*

Obſcuritatem illam, & confuſionem creatam fuiſſe Iuri Romano vel ſat procul ab ætate Ciceronis, putà tercentum, aut quadringentis illis annis quos meminit Iuſtinianus, conſtabit liquidò ex iis quæ ſcripſit Cicero ipſemet in orat. pro Muræna: Difficilis, inquit, res ideò non putatur Iuriſprudentia, quoniam perpaucis, & minimè obſcuris literis continetur. Itaque ſi mihi vehementer occupato ſtomachum mouerint, triduo me Iuriſconſultum profitebor. ſic ille. Inductæ autem ſunt eæ ad Iuſtinianum vſque tenebræ per immenſam ſcriptorum ſyluam qui, ad quæſtiones in quotidianis rerum experimentis varias, his & illis quiſque temporibus, ſcripſerunt: vt & nunc conquerimur coaceruatam fuiſſe à quadringētis circiter annis, quibus, iure ciuili paſſim admiſſo, Irnerius breues quaſdam gloſſas applicuit, tam immenſam commentariorum congeriem vt fateri neceſſe ſit iniectas iterum, quas tantopere Tribonianus timebat, veteres hinc

illinc nebulas, diuiſis quippe ferè ſemper ad quæſtiones iuris interpretibus longè plurimis.

---

§. *Sed neque.* *Cùm poßit vnius forſan & deterioris ſententia & multos, & maiores aliqua in parte ſuperare.*

Sola hæc cauſa eſt, cur in inſtituendis, promouendíſque negotiis, & in expediendis, terminandíſque litibus habeantur conſilia. Vnuſquiſque enim ſeorſum in iudicando imperfectus eſt, ait Ariſtot. lib. 3. Politic. cap. xi. in hæc verba: χωρὶς δ᾽ ἕκαστος ἀτελὴς περὶ ὃ κρίνειν ἐστίν. Inde apud nos ſi paganus ſit iudex, χαμαιδικαστὴς, & agatur de modico, poteſt quidem eo caſu ſolus, nulliſque accitis arbitris, rem inter vicanos, viléſque perſonas, de plano terminare, ac decîdere. Sin autem paulò maioris momenti ſit negotium, conſulere debet peritos. Quod & ab oppidanis, regiiſque iudicibus ſeruandum eſt. Si præſidale verò ſit iudicium, in quo nempe ad ducentas vſque & quinquaginta libras iudicatur, vel vſq; ad quingentas cùm dicuntur ſecundum aliquem vindiciæ, tunc ex edicto eiuſmodi prouincialium iudicum, ſeptenario iudicantium numerō opus eſt. In ſupremis tribunalibus, decem ſemper iudices eſſe oportet in re qualibet ex edictis quæ hac ratione ſubnixa ſunt legis, nè cauſas. inf. de appell. quoniam verendum eſt, ait textus, nè lis, incognito negotio, dirimatur adempta copia conquerendi. Dici ſolet vulgari idiotiſmo, poſticum in eiuſmodi vltimis iudiciis deeſſe quo effugiat qui damnatus eſt. Quinimò ſi de propoſito errore agatur, duplicandus eſt numerus iudicantium. Quod ſi de cauſa capitali aduerſus Parem Franciæ, aut Senatorem, totus Senatus cogendus eſt.

Omnia meritò noſtra facimus, quia ex nobis omnis eis impertietur auctoritas. Nam qui ſubtiliter factum emendat, laudabilior eſt eo qui primus inuenit.

Hoc maximè de literarum ſtudiis, literariiſque operibus, in quibus propterea Quintilianus docet lib. 3. cap. 6. ſuperuacuum fore laborem vel longiſſimum, niſi liceret melius inuenire præteritis, inuentiſque addere. Prætergreſſus cætera, dicam eodem modo beatum Dionyſium, nempe Corinthium, vt volunt, perfeciſſe quod à doctore ſuo Hierotheo inchoatum fuerat. Teſtatur enim iſtud ipſemet libro de diuinis nominibus cap. 3. quem librum de diuin. nomin. & alterum de cœleſti hierarchia, S. Dionyſio Areopagitæ tribuendum non eſſe, inter literatos omnes, veréque orthodoxos conſtare ſemper vidimus qui ſtudio non ſcribunt, ſed iudicio. Ita verò ſenſit, & conſignauit literis piiſſimus ille, & doctiſſ. Nic. Faber optimi, fœliciſſimíque Ludoici XIII. Gall. & Nauarr. Regis præceptor, cuius memoria in benedictione eſt. Et cùm in hanc ipſam eruditorum diſceptationem totum opus ſtudioſè perlegiſſem, miratus ſum non ſemel cur tantopere nitatur magnus Baronius aduerſus ſcriptores veteres, vt adſtruat in martyrolog. ad 9. Octobr. quod nullo antiquitatis veſtigio fieri poſſit veriſimile. Si enim Athenienſis epiſcopus, Dionyſ. Areopag. diuinum hoc condidiſſet, quis vnquàm dixerit ſuppreſſum nihilominùs fuiſſe nomē tanti cœleſtiū interpretis ab iis qui Græcè, & Latinè olim de Chriſtiana fide ſcripſerunt? Attingit equidem Gregor. Nazianzenus nonnulla ex libris de cœleſti hierarchia, & de diuinis nominibus, oratione 2. in Paſcha, ſed ita vt Græcus cùm eſſet, & Græca de rebus Chriſtianis opera accuratè legiſſet, imò Athenis philoſophos, ac rhetores vnà cum D. Baſilio audiiſſet, ignorarit tamen vſque adeò auctorem, quem hodie Athenienſem, eumque Areopagitam fuiſſe volunt, vt opus ex incerto auctore memoret. *Quidam olim, ante nos,* ait, *pulcherrimè, ac ſublimiſſimè philoſophatus eſt de ſanctis ſanctorum quæ etiam ab illis Seraphim obteguntur, & tribus ſanctificationibus in vnam dominationem, diuinitatemque coëuntibus celebrantur* verba eius in partem referam: ὅσα καὶ ἄλλῳ τινὶ τῶν πρὸ ἡμῶν πεφιλοσόφηται) κάλλιστά τε, καὶ ὑψηλότατα. Præterea defendi non poteſt, ita ſcripturum fuiſſe D. Auguſtinum

Digitized by Google

num de B. Dionyſio Areopagita, ſi inſcriptum ipſius nomen tantæ lucubrationi vidiſſet, ſique illud vnquàm didiciſſet mirus librorum helluo qui omnes ad ſuam vſque ætatem Chriſtianos ſcriptores legerat. Græca enim cùm parùm intelligeret, legiſſe tamen eum adhibitis interpretibus ex variis operum ipſius locis comperi. *Nec defuerunt*, ait, *qui crediderunt, atque in eis nominatur quidã Dionyſius Areopagites.* Sic ille, nempe vt de Gregario Chriſtiano, quẽ aliâs proculdubio ὡς ἐπ' ἄκροισι θαμίζοντα laudaſſet. Vide, ſi lubet, tractatum D. Auguſtini tomo, 6. de Epicureis, & Stoicis quibuſcum egit Paulus Athenis: boni conſulant quibus aliter videbitur. ἀγλαὰ Θεῖ μύθους vocauit Orpheus, liberéque de re literaria ſentire, ac loqui, nemini criminoſum, opinot apud egregiè cotdatos. vide etiam ad l. 1. de orig. iur. ff.

---

§. *Nulla itaque in omnibus prædicti codicis membris antinomia aliquem ſibi locum vendicet: ſed ſit vna concordia, vna conſequentia, aduerſario nullo conſtituto*, &c.

Plus ait in §. contrarium. inf. l. 2. hoc tit. qui autem indulgent Triboniano, accitiſque eius decem comitibus, malunt dicere ἐναντιοφανῆ, ſeu apparentia contraria, quàm ἀντινομίας, id eſt leges inter ſe oppoſitas, ac omninò contrarias: ita vt modò ad Proculianos, aut etiam Sabinianos illud detorqueant, modò ad titulos, & tractatus quibus hæc, atque illa lex, quæ pugnare videntur, ſubiecta ſit, modò etiam ad tempora quibus ſcripſerunt Iuriſconſulti, vt ſcilicèt conſultiores, & experientiores, iudiciique defæcationis in ætate ſenili fuerint, quã dũ iuuenilibus annis ſcriberẽt, quod effugiũ quærit Cuiacius ad leges Pauli, vt conciliet legem, rem alienam. de pign. act. cum l. Titio. de pignorib. ff. Quinimò & alii obſeruant literulas, aut addunt negationes, vt Othomanus in l. frater à fratre. Alii comminiſcuntur leges ab his, vel illis correctas: aut manum etiam damnant Triboniani, quod perperam aliquid detraxerit de reſponſis Iuriſconſultorum, immutauerit, vel adiecerit, vt ſæpè ait Cuiacius. Alii denique importunis conditorum occupationibus illud tribuunt, vt notaui ex Molinæo ad d. l. Titio. Optarim tamen non veniſſe in mentem doctiſſimo Budæo vt falcem in meſſes alienas immitteret cùm leges quaſdam oppoſuit ad l. vlt. de æd. ed. ff. in quibus antinomia implacabilis ei viſa eſt. Primus enim Zazius, non inferioris notæ Iuriſconſultus, poſteáque Cuiacius in obſeruationibus, Molinæus tractatu, de vſuris, & alii plures oſtendunt manifeſtiſſimè quã infœliciter iſtud, & imperitè apud eos qui in Romana Iuriſprudentia verſati ſint. Malè non minus ceſſit Philoſopho Senecæ cùm Iuriſconſultos in hæreditatis definitione laceſſere auſus eſt, vt alibi ad primum Pandectarum volumen explico.

---

§. *Sed et ſi.* *Debent omnes ciuitates conſuetudinem Romæ ſequi quæ caput eſt orbis terræ, non ipſa alias ciuitates. Romam autem intelligimus non ſolùm veterem, ſed etiam regiam noſtram quæ, Deo propitio, melioribus condita eſt auguriis.*

Dixi de vſu Gallico ad l. omnes populi. ff. de iuſt. & iu. ad quem vſum notandum eſt quod ſcribit Socinus conſil. 131. Piſanos nempe ſequi debere ſtatutum Florentiæ ſi ſtatutum Piſis deficiat, quia, inquit, Piſæ Florentinis ſubditæ ſunt. Non ſic tamen erga Pariſiorum Lutetiam, quamuis regni caput, cætera Gallia. Cùm enim nihil iuris in vrbes reliquas Lutetiani habeant, quippe omnes ex æquo ſub vnius, eiuſdémque Principis nutu, ac imperio, & cùm prætereà conſuetudines omnes ſint facti, nec habeatur earum ratio niſi in quantum ex actis curiæ hoc, vel illud caput, de quo agitur, depromptum eſt, non patitur Senatus vt ius inter prouinciales conſuetudo Lutetiana faciat, niſi ei ſeſe ambo litigatores, enuntiarione ſpeciali excepra ab actuario, ſubiecerint. Ita ann. 1613. areſto in purpuris ad ferias natalitias, inter duos Ecoliſmenſes, quorum alter

agebar ex retractu gentilitio ad bona quæ addicta, dato curatore, fuerant cùm eis ceſſiſſet debitor. Summotus enim fuerat actor ab Ecoliſmenſi Iudicio quòd habita pro derelictis fuiſſent. Appellauit ille Senatum, inquiens differentiam eſſe inter curatorem datum bonis vacantibus, & eum qui conſtitutus fuiſſet rei pro derelicto habitæ, id verò ex conſuetudine Pariſ. arr. 151. & 153. quæ etiam diſtinctio eſt in l. 36. quod ſeruus. de ſtip. ſeru. ff. Emptor excipiebat de conſuetudine Ecoliſmenſi vt quæ nihil ad eam quæſtionem ſtatueret. Tandem cùm ſeſe ambo legi Lutetianæ permiſiſſent, infirmato Ecoliſmenſi iudicio actor admiſſus eſt. Hanc à Senatu factam diſtinctionem inter diuerſas prouinciarum conſuetudines, monuit dom. Virduuius, hodie Senatus Pariſ. præſ. max. cùm de more Forenſi pronuntiaret, purpurato conſeſſu, iudicium. De Roma autem, & Conſtantinopoli, de quibus in hoc §. paucis. Io. Zonaras tomo 3. Annalium in imperio Valentiniani Iunioris, & Theodoſii: ὁ θρόνος τῆς νέας Ῥώμης δευτέραν τάξιν ἔλαχε μετὰ τὸν πρεσβυτέραν ταχθείς, καὶ τῶν ἑτέρων δ' προκριθείς. Id eſt, *noua Romæ ſedes ſecundum ordinem ſortita eſt: poſt veterem collocata, prælata autem cæteris* Exæquari præterea Conſtantinopolitanum Patriarcham Romano pontifici in ſolis deſtitutionibus, & excommunicationibus, ſeu anathemarizationibus ab alterutro cœtum emiſſis, docebit Conſtantinopolitana prima, & ſecunda ſynodus in fine cuius verba ipſa veritus ſum nè parerent hic faſtidienti tædium, cùm in ſumma nihil amplius ferant: illuſtratur verò ſynodi illa pars notando Theod. Balſamon. ſcholio.

Melioribus condita auguriis.

Stephanus libro, περὶ πόλεων, memorat verſum oraculi Delphici ad Megarenſes de Byzantio, cui poſteà nomen, Conſtantinopolis:

Ὄλβιοι, οἳ κείνην πόλιν ἀνέρες οἰκήσουσι.

dixit videlicèt beatos fore qui vrbem illam habitauerint: nec immeritò. Primum enim vt deſcribunt Polyb. lib. 4. Zonar. lib 3. in Conſtant. Magno, Cedrenus, & Zoſimus, ora fertilis, ſitus vrbis formoſiſſimus, & gratiſſimus, vnde, in colle triangulo, mare duplex aſpicitur, (quod apprimè commendat Imperator Nou. 63.) & Boſphorus, ſeu Aſiæ Europæque innocens tranſitus, qui tantæ inſuper piſcium copiæ, vt prima illic condendæ vrbis ea cauſa fuerit. Et cùm alibi de conſtituenda imperii ſede Conſtantinus, relicta Roma, cogitaret, mutato diuinitus, conſilio, vt notant Cedrenus, & Zoſimus, lib. 2. vrbem quam Seuerus Pertinax odio Peſcennij Nigri aduerſarij, cui Byzantij fauerant, vt tradit Herodianus, deleuerat, anno ferè centeſimo ab euerſione inſtaurauit, nouamque in amœniſſimo omnium, atque commodiſſimo illo loco Romam eſſe voluit cui deinceps parêret vniuerſus orbis, & qui propterea ferret pro inſignibus, quatuor B. B. B. B. quod ideò ſubiicio quia putarunt impetiti plures eſſe quatuor igniaria. Imò vetus Franciæ chronicon vocat idiomate noſtro Gallico, *quatre fuſils*, cùm à contrario ſint quatuor Grecæ literæ indicantes Conſtantinopolim eſſe Reginam regnantium. Singulæ enim literæ hoc efficiunt, βασιλεὺς βασιλέυων, βασιλεύοντων βασιλεύει. Tandem vindice paracleto, vt cuius hoſtes eſſent ciues, libertas, formáque vrbis eo ipſo die mutata eſt, quo liberaſſet eos procul dubio ab irruente Aſiæ monſtro dominus, ſi reſipuiſſent. Die enim Pentecoſtes capti, direpti, expilati, eiecti, occiſique ſunt ad partem maximam, an. 1453. quam cladem, aut diuinam potiùs vindictam, ac vltionem deſcribunt ſuſpirantibus calamis Laonicus Chalcocondylas, Atheníenſ. lib 8. & Græcus alius auctor, *franzes*. conſtat ex noſtris veniſſe in Gallias Imperatorem ipſum mer Conſtãtinopolitanum anno 1400. & vixiſſe Lutetiæ duos annos, ac amplius, impenſa regia, hoc agentem vnicè vt auxiliares copias haberet aduerſus imminens, quod ipſe proſpiciebat, Conſtãtinopolitani imperij exitium: ſed obſtabant motus Gallici quominus & tunc, & poſteà obtinuerit quippiam ex ſolitis militiæ noſtræ ſubſidiis, aut præſidiis potiùs toto ſemper terrarum orbe terrificis, vide, ſi lubet, Iuuenal. Vrſinum in Carolo VI. ad an. 1400. & 1402.

§. No-

§. *Noſtram.* *Sufficiat per indices tantummodò, & titulorum ſubtilitatem, quæ παράτιτλα nuncupantur, quædam admonitoria facere.*

Cuiacius ad tit. de operi noui nuntiat. ff. loquitur in hæc verba: vnus quidem eſt & certus, ac perpetuus ordo quo catenati inuicem tituli ſunt, itavt alius ex alio necti videatur: ſed rerum, de quibus agitur, ea eſt inter ſe cognatio, vt non poſſit non qui tractat vnam, attingere, vel cõiungere etiam alteram, vel mutuari ex vna quod in præſens conducat in alia, &c. ſic ille. Vno autem verbo experietur iuris ſtudioſus, quiſquis operam in hoc dederit vt intelligat titulos, & memoria teneat, vix occurrere quæſtionem de qua ſubinde figere, ac deſignare apud ſe non poſſit ſedem in parte aliqua librorum iuris certiſſimam. Legum denique ſcientia illa prima eſt.

§. penult. *Iubemus non per ſignorum captiones, & compendioſa ænigmata, quæ multas per ſe, & per ſuum vitium, ἀντινομίας induxerunt, codicis textum conſcribi.*

Pauca attigi ad tertiam conſtitutionem codicis ſup. de emendatione codicis Iuſtin. vſui autem eſſe poſſit hic §. in ſcriptionum breuiationes, vt ex quibus cauſæ importunarum litium ſæpe ortæ ſint, mutato nempe à falſatoribus ſingulari numero in pluralem, vel alio ſimili inducto vitio. Maximè illud fit in Arithmeticis vel dierum, vel ſummarum numeris, à quibus propterea cauent ſemper prudentiores: tempora enim, & ſummas integris, neque contractis dictionibus, ſcribunt, ſcribique iubent ab amanuenſibus, & perſonis publicis. Cæterùm de ſingulariis iſtis literis vide quid Cuiacius collegerit lib. 12. obſeruation. cap. vlt. Notariorum inuentum eſt, ait ille, quod plærumque nullam habet rationem. Notarios dicimus eos qui ſcribunt notis: Singularios qui ſingulis, id eſt ſingulariis literis. Sigla enim, vel ſingla dicebantur per ſyncopen, quaſi ſingula: quod latiùs perſequitur eo loco. Nom immeritò igitur improbatæ ſunt, ac vetitæ deinceps eiuſcemodi ſignorum captiones, compendioſaq; ænigmata hoc textu, & tertia conſtitutione, ſup. ſuperſunt & hodie ſimilia ferè ænigmata in ſignaturis Romanis, quas dicimus, itavt vel à ſolis, tritiſque rerum Beneficiariarum practicis, aut à trapezitis, quorum quotidiana in his opera, explicari ſoleant.

LEX 2.

Tanta. *Nihil neque contrarium, neque idem, neque ſimile in eo inuenietur, & nè geminæ leges pro rebus ſingulis poſitæ vſquam apparebunt.*

Condonandum eſt, vt opere in longo, tam laborioſis conditoribus, ſi quod hîc præmittitur, alio interdum vultu appareat lectoribus. Primùm enim lex, pactum quod dotali. de pact. & lex, pactum quod dotali. de collat. inf. eodem prorſus textu redactæ ſunt, idemque textus in l. ſi quis in conſcribendo. de Epiſc. & cler. ſup. & in l. ſi quis in conſcribendo. de pact. inf. idem in l. ex conuentione. de pact. & in l. 1. ſiue cenſu, vel reliq. inf. idem in l. extat. quod met. cauſ. & in l. pen. de vi prin. ff. idem in l. raptores. de Epiſc. & cl. & in l. vn. de raptu. inf. idem in l. reſtituere, & lege alia eiuſdem initij, at verò etiam in l. apud Labeonem, de verbor. ſignif. ff. ad quàm vltimam Alciatus ſtomachatur, paulóque grauiùs in Tribonianum, & Comites (ſatellites non dico, vt in hac ead. l. 1. §. 1.) ob repetitas tam ſæpe eaſdem leges.

§. *Nihil de caducis à nobis memoratum eſt, nè cauſa quæ in rebus*

non proſperè geſtis, & triſtibus temporibus Romanis increbuit calamitatibus, bello coaleſcens ciuili, in noſtris remaneat temporibus, quæ fauor cæleſtis, & pacis vigor firmauit, nè luctuoſum monumentum læta ſecula inumbrare concedatur.

Iſta ferè eiſdem verbis repetit lex vn. in princ. Cod. de caduc. toll. ratione hac ſubiecta; vt quod belli calamitas introduxit, hoc pacis lenitas ſopiat. Iunge tit. de infirmandis quæ ſub tyrannis geſta ſunt. Cod. Th. & glo. in verb. hoſtilitatis tempore, de pacific. in Pragm. Sanct. vide & Chop. de dom. tit.14. vbi latè de alienatione domanij, ſeu patrimonij coronæ bellorum cauſa factæ. tradit Præſes Mag. cap.3. de regalib. collationes factas ab Epiſcopo Cœnoman. dum occuparetur vrbs ab Anglis, ratas omnes fuiſſe, Anglis, ſeu Britannis expulſis: quod & vidimus in omni genere collationum quæ factæ fuerant annis 1589. & ſeqq vſque ad 1594. ex edictis amneſticis. vna fuit & ſola exceptio, ſi nempe collatum, factumque aliquid occurreret nomine Caroli Borbonij, Cardinalis, qui à rebellibus electus in Regem fuerat quamuis coërceretur cuſtodia libera apud Fontenacum, vrbem Pictonum, in qua deceſſit. Quotquot enim eiuſmodi liberalitates regiæ oblatæ ſunt nomophylaci, pacata Gallia, vt nempe confirmarentur quemadmodum cætera quæ geſſiſſet Dux Meduanus, vt interrex, ſeu regni vicarius, aut vt vocabant vernaculo Gallico, ***Lieutenant de l'eſtat Royal, & courone de France***, tamen hic vnus caſus obeli, ſeu cultri pennarij vindictam in membranis tulit, ea poriſſimùm ratione quòd duos Reges, vt nec duos ſoles, pati non poſſit Gallia. Carolum enim decimum dicebant, ſcribebántque priuatim, ac publicè rebelles Seruarum prætereà quod ſcribit Iuſtinianus Nou.147. & 148. vt enim duabus illis Nouellis narrat ſe poſt bella ciuilia remiſiſſe reliqua tributorum populo, & voluiſſe irritas fieri obligationes quaſlibet ex ea cauſa initas, ita & Henricus Magnus anno 1596. & 1600. edictis in id promulgatis, donauit populo quicquid de tributis foret reliquum vſque ad annum 1596. omittere iſta non debui, quia & futurum inter monimenta clementiæ tanti principis. Numquam perlego epiſtolam 36. ad Phocam Auguſtum, lib.11. Greg. Mag. in regiſt. quin ſubinde verſetur mihi ob oculos miſeranda Gallicarum cladium, quas vidimus, facies, & ſumma aliunde exultatio omnium, cùm primùm Lutetia ab Hiſpanis, Galliſque factioſis, bonorum ciuium auxilio, & ope qui includebantur inuiti, recepta eſt anno 1594. cum autem ab anno 1589. per æſtus ciuicos, ad annum vſque 1596. ſuſtinerentur in regiis Galliarum propugnaculis antiqua Romani Pontif. in conferendis Eccleſiaſticis beneficiis iura, recluſi tandem anno illo 1596 Alpini fuere commeatus, factáque vnicuique impetrandi à Rom. Pontifice beneficij licentia, edicto & Senatuſconſulto.

---

§. *Tanta.* *Tanta autem antiquitati habita eſt reuerentia, vt nomina prudentum taciturnitati tradere nullo modo patiamur: ſed vnuſquiſque eorum qui auctor legis fuit, noſtris digeſtis inſcriptus eſt,* &c. *vna omnibus auctoritate indulta, vt quicquid ibi ſcriptum eſt, hoc noſtrum appareat, & ex noſtra voluntate compoſitum.*

Sic Liuius lib.3. dec.5. quædam religio me tenet, inquit, quæ illi prudentiſſimi viri publicè ſuſcipienda cenſuerint, ea pro dignis habere quæ in meos annales referam. τιμιώτατον γὰρ τὸ πρεσβύτατον, ait Ariſtot. 1. Metaphyſ. percenſet maior Plinius ſtatim initio ſui operis, ex quibus auctoribus, Romanis, ac externis, hiſtoriæ ſuæ naturalis ſingula ferè capita exſcripſerit, vt fidem tantò maiorem ſibi vel ab inuidia ipſa conciliet, dum auctores ſuos, ceu ad omnes metas, partiráque ſtadia, & milliaria, deſignat, apud quos explorare poſſit quiuis, ſi in aliquo ſciens ipſe fefellerit. Et cùm videam dolere plurimis quòd acciſa nimiùm Tribonianus Iuriſconſultorum reſponſa dederit quæ periére ferè ad vnum, nullóque ex eis ſuperſtite, præter titulos Vlpiani, Pauliquе ſententias: negari quidem haud poſſit contigiſſe hoc ex eo quod abro-

abrogarit Iuſtinianea conſtitutio quicquid deinceps extra hanc νομοθεσίας, nouamque Iuriſprudẽtiam, cõperiretur in ſtudioſorũ Muſęis, Bibliopolarumq́, officinis reliquum. Sed etſi nihil tale quicquam edixiſſet Imperator, tamen redactæ in epitomen diuinæ illæ, ac immenſæ Iuriſconſultorum lucubrationes ferè ſemper eadem ſortè interiiſſent qua ſexaginta baſilicωn libri, decas ſecunda Liuij, Trogus Pompeius, Verrius Flaccus, & alij quidam. Solus enim penè Tribonianus, Papiniani, Vlpiani, ac cæterorum libros ex quibus opus iſtud conſarcinatum eſt, immenſa cura, & pecunia, vt cui opes vndequaque affluerent, redemerat, quod & hac eadem l. 2. longo ſatis ſermone traditur. Cur ita, non tam altiùs repetenda ratio eſt. Nondum enim illis ſeculis, ad auctorum παλιγγενεσίας, nouaſque in æternum fœturas, ſucceſſerat ceu è cœlo demiſſa typice, Imò pauci, iique locupletiſſimi pretioſam illam ſupellectilem colligebant, quippe ingentis pretij cupidinem quæ hodie longè minoris conſtat ſtudioſis per iuges nempe chalcographorum operas quibus vindicantur ab interitu ingenioſiores, vtilioreſque, inuitis annis, literæ. Neque damnandos proinde eos putem, quaſique præpoſterè diligentes qui, non vt auctorum libros mutilent, ſed vt facilior, vtiliorque eorum ſit vſus, maximè in foro, operam ſuam, quæcumque illa ſit, conferunt. Manent enim, manebuntque inexhauſti ſemper, ac inextincti codices integri, ſine quibus parum profuturum eſt quicquid accurabitur κατὰ σύνοψιν, ad retum huius, vel illius gentis, & regni vſitatam frequentiam.

---

§. *Si quid autem.* *Omnium habere memoriam, & penitus in nullo peccare, diuinitatis magis, quàm mortalitatis eſt: quod & à maioribus dictum eſt.*

Inter maiores illos fuerint Plato in Theætero, pluribus locis, & in ſympoſio, Ariſtot. libro de memoria & reminiſcentia, Sueton. in Auguſto, cap. 84. Seneca in princip. lib. 1. ac lib. 9. controuerſ. & lib. 7. cap. 28. de benefic. Plin. lib. 7. hiſtor. natur. quibus omnibus & acceſſerit quòd ſcribit D. Auguſtin. lib. 2. contra Academ. cap. 9. infidam nempe rerum cuſtodem eſſe memoriam, cuius vt damna, ac pericula notant iuris interpretes ad l. peregrè. de acq. poſſ. ff. at verò maximè Boërius q. 155. num. 23. conqueritur ſæpe accidere Iuriſconſultis vt fallantur in memorandis, indicandiſq́, legibus: præcipuaque illa laus datur Accurſio ab omnibus, quòd affluenter, & vbique receſſus omnes, ac angulos legum, certiſſimo ferè ſemper indice, referat: dixerunt ex eo nonnulli Scæuolam νομοδεικτήν. Ammianus ſingulare hoc in ſuæ ætatis patronis ſcribit lib. 31. paulò tamen acerbiore in eos ſtylo. Et ſanè ei qui fiduciam ſtudiorum ſuorum habet, quique quaſi amentatas haſtas, atque idonea ſingulis cauſarum generibus argumenta ſufficit ex profeſſo, neceſſarium apptimè eſt memoria repetere quæ ad quæſtiones hinc inde propoſitas conducant: in quo præcellere vidimus Iac. Canayum, Claud. & Iac. Mangotios, Pet. Montholonium, (huic cuſtodia annuli regni ab Herrico III. commiſſa eſt an. 1589.) Pet. Verſotium, Simon. Marionium, alterum ſeculi ſui Ciceronem, tandemque Oratorem Regium, Renatum Chopinum, Ludou. Buiſſonium, Pet. Dulacium, Petrumque illum Magiſtrum qui, in præmium optimi, generoſiſſimique erga patriam animi aduerſus factiones exteras, decoratus eſt an. 1594. ab Herrico Magno dignitate infulati Præſidis. Virtute functos, more patrum, ſenes debita hac laude veneror. Superſtitibus, quibus & hodie forum ornatur, debebitur ſua etiam & olim gloria.

---

§. *Mirabile aliquid ex his libris emerſit, quòd multitudo antiqua præſente breuitate paucior inuenitur. Homines enim qui anteà lites agebant, tamen ex paucis lites proferebant, vel propter inopiam librorum quos comparare eis impoſſibile erat, vel propter ipſam inſcitiam: & vo-*

luntate iudicum, magis quàm legitima auctoritate lites dirimebantur. In præſenti autem conſummatione noſtrorum Digeſtorum, ex tantis leges collectæ ſunt voluminibus, quorum etiam nomina antiquiores homines non dicimus neſciebant, ſed nec vnquàm audiebant: quæ omnia collecta ſunt ſubſtantia ampliſſima congregata: vt egena quidem antiqua multitudo inueniatur, opulentiſſima autem breuitas noſtra efficiatur.

Maior equidem fingi, excogitaríque vix poſſit inſcitia iudicum: ſupplendúſque neceſſariò hic locus ex §. 1. & glo. vt iudices ſine quoquo ſuffrag. fiant, in Nouel. vbi narrat Iuſtinianus, antequàm ius iſtud ciuile conderet, delectos non fuiſſe iudices, ſed admiſſos ex pretio quod quiſque maius, atque amplius adiiceret. Ita vt, nulla ſcientiæ, peritiæque probatione facta, proueherentur ad iuridicinas, & de empto tribunali ius dicerent. Solum enim ſacramentum præſtabant Principi: quem morem diſcimus ex l. 2. Cod. de crim. ſacrileg. atque ex l. quidam conſulebant. ff. de re iudic. Longè autem aliud, & ſanctius ſeruat noſtra Gallia. Cùm enim væneant hodie, publicóque mercatu, omnia, quæcumque illa ſint, iudicandi munera, (qui mos exoleſcet tandem, vt boni omnes ſperant, optimi noſtri Principis Ludoici XIII. beneficio: promiſit enim hoc ipſum tribus comitiorum Pariſ. claſſibus, decreuítque fide publica hoc anno 1615) tamen ex ſolo diplomate regio nullus admittitur, ſed inquiſitione vitæ, ac probatione Senatus vſque adeò opus eſt vt, quæcumque effuſa ſint in emptionem magiſtratus aureorum millia, nihilominùs niſi de iure Romano, & Gallico emptores reſponderint, reiici, ſummouerique quandóque ſoleant, alii ad ſemeſtre, alii ad annum, vel ſi quod aliud breuius, longiuſue indulgendum tempus videbitur. Quinimò & quidam abdicare ſe empto magiſtratu, aut iuridicina iuſſi ſunt ob craſſiorem ignorantiam. Damnat enim ordo ampliſſimus quod à Iuſtiniano hîc, & Nou. 161. traditur, inſcitiam nempe in iuridicinis. ſique paulò longiùs ad ingenioſæ illius Græcorum gentis politiam aduertere liceat, morem eum καὶ δοκιμασίας, καὶ ἐξετάσεως ſeruatum fuiſſe Athenis docet Harpocratio in verbo, δοκιμασθεὶς, ex Demoſthene contra Eubulidem, Æſchine contra Timarchum, & Lycurgo ἐν τῷ περὶ διοικήσεως. Ignorantia enim iudicis plærumque eſt calamitas innocentis, ait D. Auguſtinus lib. 19. cap. 6. de ciuit. Dei, eaque ſola cauſa eſt cur pſaltes regius pſal. 2. cecinerit in hæc verba: Erudimini qui iudicatis terram. Quo & ſenſu accipiendus locus Ariſtotelis lib. 3. cap. 17. Rhetor. νόμος ἐστὶν ὑπόθεσις ἐν δικανικοῖς. *Lex*, inquit, *fundamentum eſt in iudicialibus*: quotus ergo quiſque eſt qui non fateatur, debere numquàm iudices de ſolo ſuo ingenio, citráque iuris ſcripti peritiam, ſententias ferre, maximè vbi de re ſeria, maiorisq; momenti agitur in qua neceſſe ſit cutuo dignoſcere rectum, vt dixit noſter Horatius. Fusè hoc rurſus explicat idem Ariſtoteles lib. 4. cap. 2. Eudemior. ſcripſit verò in eam ſententiam Orator Lyſias, τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχειν δικάζοντας ἄξιον τῶν νομοθετούντων. Cætera perſequor ad l. cæteræ. in verb. boni, & innocentis iudicis. ff. famil. herciſc. Vnum mihi ſupereſt de intellectu legis, probatorias. tit. de diuerſ. offic. & apparitorib. lib. 12. inf. ſcio enim Briſſonium, vbi de ſacris probatoriis agit, referre eas ad atteſtationes, ſeu informationes ſuper vita, & morib⁹, vt loquimur, quibus quis ad aliquod munus publicũ prouehitur, idoneus, probatuſque renuntiatur. Sed poſtquàm textus legis, probatorias. ac duatum ſequentium à me perlectus, perpenſuſque eſt, comperi viris eruditis placere meritò contrarium: vt ſcilicèt ſacræ probatoriæ intelligi debeant de reſcripto quo factam à magiſtro officiorum collationem militiæ aulicæ Princeps confirmauerit, vt fieri hodie cernimus in eis qui prouehuntur ad militias à quibuſcumque officiorum capitibus aulicis. Conferunt enim hi militias ſingulas quibus præſunt, poſteáque ſuccedunt ſacræ probatoriæ, id eſt, vt loquimur, *lettres de retenue ſellées en placard du cachet du Roy, & expediées par l'vn des quatre Secretaires des commandemens*. Dixit equidem iure optimo D. Auguſtinus lib. de quantitate animæ, cap. 6. auctoritati credere, magnum eſſe compendium, & nullum laborem. Valuerat enim apud me diu ſatis comparata nullo negotio erudi-

eruditiſſimi Briſſonii auctoritas,ſed vincit deinceps ratio dictata, acceptáque à verbis ipſis Imperatorum,locis ſuprà citatis ad quos ſobriè equidem Cuiacius, nemóque, vt obſeruaui è multis, ad veram hanc mentem legis, probatorias. aduerterat ante Carolum Loyſeau qui tractat iſtud fuſiùs lib. 1. cap. 3. & lib. 4. cap. 3. de offic. Vnum, quod omitti non debeat,ſubiungo,iudices nempe dominicos interrogari equidem, vt loquimur, probatique à iudicibus regiis, id eſt Præſidalibus: inquiſitionem autem in eorum vitam,ac mores non fieri.

---

§. *Antiquæ autem ſapientiæ librorum copiam maximè Tribonianus præbuit: in quibus multi erant & ipſis eruditiſſimis hominibus incogniti. Sed huius operis conditores non ſolùm ea volumina perlegerunt, ſed alia multa quæ iſti, nihil vel vtile, vel nouum in eis inuenientes quod exceptum Digeſtis noſtris applicarent, optimo animo reſpuerunt.*

Liquidò conſtat ex his quantum debeatur Triboniano cuius tanta in omnibus,quæ aggrederetur,prudentia,& ſagacitas, vt eum vel inuitus Harmenopulus in præfatione ſui prochiri appellet δαιμόνιον. Cùm enim libros omnes iuris longo ſtudio, pretióque immenſo collegiſſet,quod vix vlli ante ipſum contigerat, collata in vnum, eumdemque hominem fuerunt omnia quibus pretioſi illius depoſiti vtilitas exiret in publicum, denſiſſimæ ſcilicèt librorum moles,ingens viri doctrina, dignitas, auctoritas, ſagaxque non modò ingenium,ſed & imperium apud facilem totius orbis Principem,acciti verò decem comites quibus nihil par in ſequentibus æui ſeculis ad Cuiacii vſque tempora quem eruditorum nemo non videt æquaſſe non modò Iuriſconſultos veteres,ſed ſuperaſſe etiam quotquot vnquàm vel antè, vel poſt ſcripſerunt de Iuris Romani peritia. Iactabit ergo ſe deinceps noſtra Gallia, tanti illius ſui alumni ortu, immenſóque merito. Vnum autem hoc hodie ſupereſt, vt ſcilicèt quod Tribonianus olim in Iuriſconſultorum reſponſis præſtitit, hoc & ipſum tandem impenſa publica delecti quidam apud nos viri expertentiſſimi obeant,ac efficiant, veſtigantes nempe ex Bartoli, Baldi, ac cæterorum id genus impedimentis barbaris, applicantéſque conuenientibus titulis ſingula quæ ad meras,quotidianaſq; fori deciſiones conducunt,vt,ſummotis deinceps fæcibus reliquis,proſtent in publico puræ, putæ decidendi, iudicandique ex vſu, receptioribuſque interpretum ſententiis, regulæ: quod ferè olim fuit magni illius Cancelarii Franciæ, Mich. Hoſpitalii,votum in hæc verba:

Aut certè liceat multis quod molior annis,
Leges, prudentumque hominum reſponſa, iacebant
Vt paſſim confuſa priùs, finéque ordine, certis
Aſſignare locis, vnúmque effingere tanquàm
Corpus, cæmento compactum, & calce tenaci.
Non ideò, non ipſe mihi tamen arrogo, multa
Promiſſam, verùm quam nemo præſtitit artem:
Quæ tradi vel nulla poteſt tanto agmine rerum,
Et tam multiplici, vel ſi potuiſſe fatemur,
Tradita iampridem eſt, &c.

Hæc lib. 1. epiſt. 2. ad Fr. Oliuarium, Franciæ cancellarium. Vide etiam ad §. hoc autem. in verb. commentarios. inf. hac ead. l. 2.

---

§. *Sed quia diuinæ res perfectiſſimæ ſunt, humani verò iuris conditio ſemper in infinitum decurrit, & nihil eſt in eo quod perpetuò ſtare poſſit, multas enim formas natura nouas deproperat, non deſperamus quædam poſteà emergi negotia quæ adhuc legum laqueis non ſunt innodata.*

Nouellas intelligit, vt interpretatur latiùs in 3. conſtitutione Codicis, §. ex his igi-

tur. ſup. quaſcumq́ue enim generales leges in Codicem, & Pandectas redegerit, tacitè tamen admonet, ſpectandum ſemper eſſe, vbi de lite terminanda agitur, non quid in genere, ſed quid in ſpecie. Neque enim poſſunt leges tam effuſo ſermone conſcribi, vt, quod dixit Iulianus tit. de legib. ff. complectantur omnia omninò negotia quæ per varios caſus, & vultus, perq́ue diuerſas ſpecies, ac formas incidunt. Propterea æſtimandum eſt iudici ex qualitate diſceptationis quid agi oporteat vt conſulit lex, Aurelio. §. filias. de liber. leg. ff. at verò ex cuiuſque perſona, conditione, ætate, ait lex, 5. §. prohibendi. de his quæ vt indign. itē & ex reipſa, in l. 1. de ſicar. ff. Cùm igitur eiuſmodi varia occurrant in Nouellis, in quibus ſubſtitit, ætate Iuſtiniani, prudentia iudicum, factæ inde ſunt nouæ plures conſtitutiones poſt euulgatum codicem, & Pandectas, prout noua ſemper quædam ſpecies omiſſa viſa eſt de qua nihil in lege generali adiectum fuiſſet: ferè dixerimus ſecundarias leges, aut, ſi quis malit, δευτερώσεις, factas ſcilicèt ſecunda nota quatenùs Imperatori propoſita eſſet noua quædam, nec dum cogitata quæſtio, καὶ ἐπειδὰν αὐτὸς τὴν προτέρων σφαλῇ, vt cum Philone hoc dicam.

---

§. *Si quid igitur tale contigerit, auguſtum imploratur remedium: quia ideo Imperialem fortunam rebus humanis Deus præpoſuit, vt poßit omnia quæ nouiter contingunt. & emendare, & componere, & modis, ac regulis competentibus tradere.*

Qui obſeruabit conſtitutionum Gallicarum præfationes hoc ferè initio inueniet plurimas. Numquam enim niſi perblandi Principes, vbi per ſe, vel ſummos palatij ſui quæſtores, aut per delegatos agunt in comitiis, conuentúque alio publico apud populum: vix autem eſt vt vnquam ſileant quanti eis curæ ſit ſalus publica, & quàm laborioſa ſit adminiſtratio regia. Vulgata in hoc lex, Bene à Zenone de quadr. præſcr. inf. atque Homeri diſtichon ἰλ. β.

Ου χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα,
Ὧι λαοί τε τετράφαται, καὶ τόσσα μέμηλε.

δημοφελεῖς ex ea cauſa Reges vocat Paul. Doſcius. Aſſueſcat Imperator, inquit, Plinius ad Traianū, cum Imperio calculum ponere. Deſinam in ratione xenophōtis, lib. 3. ἀπομνημονευμ. pag. 2. fieri enim Reges ſcribit, non vt ſui curam gerant, ſed vt per ipſos quieti, ac fœlices viuant ij quibus imperant.

---

§. *Hoc autem.* *Nemo nec eorum qui in præſenti iuris peritiam habent, nec qui poſteà fuerint, audeant commentarios iiſdem legibus annectere: niſi tantùm ſi velint eas in Græcam vocem transformare ſub eodem ordine, eademq́ conſequentia ſub qua voce Romana poſitæ ſunt: hoc eſt quod Græci* κατὰ πόδα *dicunt: vel ſi quid forſitan per titulorum ſubtilitates annotare maluerint, & ea, quæ* παράτιτλα *nuncupantur, componere, alias autem interpretationes legum, imò magis peruerſiones eos iactare,* (al. tractare) *non concedimus.*

Prima erit animaduerſio ad eam partem qua Imperator concedit cuilibet Latinum ſuum hunc codicem Græcè reddere. Liquet enim ex his manifeſtiſſimè, fuiſſe numquam Græcas leges codicis, ſed & ab initio, & ſemper Romano ſermone conſcriptas. Et tamen ita parum ſibi cauit Io. Bodinus lib. 3. cap. 6. de Republ. vt cōtrarium prima editione ſui operis ſcripſerit: quem errorem cùm notaſſet Cuiacius ex hac lege in ſuis recitationibus, perinde ſe angiportu illo explicat Bodinus, ac ſi apertè fateretur. Tam fatalis, κατ' κηείας τινὰ τὴν ἡμέραν, de qua agit, error ille eſt. Cur autem Græcus hic

codex

codex ex Latina prima editione factus non fuerit, probabile ex eo eſt, & quaſi veriſimile, quòd comperta ſint plurima quorum tam fœliciter Græca verſio ficti non poſſit. Videmus enim Theophilum, & alios eiuſmodi Græcos interpretes Romanas ideò dictiones retinuiſſe immēſo numero, quia nihil æqua ſignificatione ἀντίστροφον habuerint. Adeò ſuus cuique linguæ genius, de quo literatiſſimus D. Auguſtinus teſtatus eſt veriſſimè in hæc verba: habet omnis lingua ſua quædam propria genera locutionum quæ, cùm in aliam linguam transferūtur, videntur abſurda. ſic ille libro, de vera relig. cap. 50. nec mirum proinde cur ex ea veniam petat Sirachides in Prologo Eccleſiaſtici, ſeu Sapientiæ, ſi, cùm ex Hebræo Græcum illum librum faciat, videatur alicubi vim dictionum quarumdam non aſſecutus. Quæ enim, inquit, Hebraicè dicuntur, æqualem, paremque vim non habent ſi in idioma aliud tranſlata ſint: aut, vt ipſemet loquitur, οὐκ ἰσοδυναμεῖ αὐτὰ ἐν ἑαυτοῖς ἑβραϊστὶ λεγόμενα καὶ ὅταν μεταχθῇ εἰς ἑτέραν γλῶσσαν, &c. Secunda animaduerſione explicabitur hoc quod Græci, κατὰ πόδα, dicunt: gloſſæ enim intelligendæ ſunt, quas primus Irnerius adiecit, ac deinde Bulgarus, Ioannes, Martinus, Hugolinus, Placentinus, & alij quidam, tandemque maximus omnium interpretum, Accurſius, quem tanti omnes interpretes fecerunt vt commentarios magis ad gloſſam Accurſianam conſcripſerint quàm ad textum. Quinimò in iis quæ dubitationis magnæ ſunt, ſequendam eſſe opinionem gloſſæ cenſet Baldus ad l. 2. Cod. de ſentent. quæ ſine certa quantit. profer. Alexander numquam ab ea recedendum eſſe vult lib. 4. conſil. 73 num. 24. ſeu quis cōſulat, ſeu iudicet. Hinc & addit Dynus ad l. non moriturum. Cod. de contr. ſtipul. gloſſam eſſe, idolum aduocatorum, ſunt eius verba, quæ refert Vid. Papa q. 177. atque vt nè quis, poſt ſummos illos anteceſſores, forſan eleuet tam neceſſarij, tamque ſolertis interpretis exiſtimationem, præferre illum ſolebat incomparabilis Cuiacius omnibus interpretibus tam Græcis, quàm Romanis. Vidi pretioſiſſima iuris volumina, in quibus ille, quamdiu vixit, deſigebat indies ceu perpetui, indefeſſique ſui laboris domicilium: nulla autem ferè pagina eſt quæ manum eius non ferat, modò vt probet gloſſas ſingulas, modò vt quaſdam reiiciat, quod tamen rarum eſt. Digniſſimum habent, meritiſſimumque hoſpitem, Ant. Arnaldum, in Senatu patronum, qui in hunc diem ſuas illas Archetypi Cuiaciani delicias deſiderio publico prætulit.

Commentarios iiſdem legibus annectere, &c.

Vide ad §. antiquæ. ſup. hac eadem l. 2. vbi de his attigi, & quanto deſiderio expeti debeat vt ex huiuſcemodi ſalebroſis, incōditiſque ruderibus eruerentur quæ vtiliſſima. Parum enim decederet publico, iacére in puluere & ſitu tam moleſtos, implicitoſque commentarios, ſi modò rubricis, idoneiſque titulis ſubiiceretur ab experientiſſimis conſultis, nec verò ab infruniris hominibus, quod, cùm tanquam in luſtris lateat, inſeruiret plurimùm ad conſilia fori, & iudicia.

---

§. *Leges.* *Quæ iam vel iudiciali ſententia finita ſunt, vel amicali ſopita pacto: hæc reſuſcitare nullo volumus modo per leges noſtras, quas in his codicibus, vel institutionum, vel digeſtorum poſuimus.*

Dixi ad l. leges & conſtitutiones. ſup. de legib. hoc verò ſeruatur maximè in edictis amneſticis de quibus in l. 8. de infirmād. his quæ ſub tyran. geſta ſunt. Cod. Th. neque frequentiores fuerunt textus in foro, pacata anno 1594. Gallia, aduerſus eos omnes qui, poſt contradicta iudicia, pactionéſve, ardente bello, initas, vti voluerunt edicti amneſtici inſecuto beneficio quo ſpecies quædam σεισαχθίας atticæ inuecta eſt in gratiam debitorum, detracta nimirum parte tertia reliquorum, ſeu, vt loquimur, arreragiorum, quæ toto motuum ciuilium quinquennio intercurriſſent ex conſtitutis, pecuniariiſque reditibus.

TIT. XVIII. DE IVRIS, ET FACTI IGNORANTIA.

Lex 2.

Sera prece ſubueniri tibi deſideras.

Rebuſus tractatu de literis impetraris ad renuntiandum prouocationi, in hæc verba loquitur ad conſtitutionem Ludoici XII. quæ vult nemini licere, poſt incœptam litis explicationem, acquieſcere: nam, inquit ille, labor conſiliariorum, & iudicum eſſet inanis, acquieſceretque litigator ſtatim atque audiret forſan ſeſe in lite propè iudicata periclitaturum: eóque proinde particulam hanc legis applicat. Sed alia cauſa eſt, quòd ſcilicèt concludi numquam ſoleat in lite, quin adiiciatur periculum mulctæ appellarionis temerariæ erga principem. Itavt appellatori pedem amplius referre non liceat, appellationíque ſemel interpoſitæ renunciare, niſi beneficio reſcripti fiat gratia mulctæ regiæ. Sportulæ tamen ſoluuntur perinde ac ſi terminata iudicio lis fuiſſet. Inaudiui aliquando à Iac. Choartio, qui & octogenario maior, & aduocationis Pariſienſis celeberrimus, miſſum olim à Senatu dom. Hennequinum, inſularum Præſidem, ad dom. Egid. Magiſtr. qui tunc omnibus præerat, vt acquieſceret, in lite mora à Iac. Lauergnio, genero ob hæreditatem defunctæ nepris, quoniam aliâs mulctaretur appellatio 25. aureis. Eaque gratia fieri ſolet ſponte à Senatu egregiis perſonis propter dignitatem, aut meritum, vel miſerabilibus, ob inopiam, tamen accepto priùs ab eis reſcripto regio. Nec imputari quicquam poteſt procuratori qui acquieuit ſententiæ à qua prouocatio, patronis agentibus, terminanda ſit, licèt, cliente inſcio, id fecerit, ſi tamen id à ſe non temerè, ſed adhibito conſilio factum doceat.

Lex 4.

Si poſt diuiſionem factam teſtamenti vitium in lucem emerſerit: ex iis quæ per ignorantiam confecta ſunt, præiudicium tibi non comparabitur.

Quotidianus textus ad erroneas diuiſiones, vt ſcilicèt, errore probato, non officiant diuidenti. Compone autem vulg. l. maioribus. cum glo. in verb. perperam. inf. cõm. vtr. iudic. l. tres fratres, de pact. l. non eſt ferẽdus, l. de his. de tranſ. ff. l. 3. qui ignorans. de falſ. & l. ſi ita quis promiſerit. §. vlt. de verb. oblig docet præterea Baldus fuſiſſimè ad l. vlt. de fid. inſtr. inf. falſitatibus aperiendis numquam vias obſtrui, cùm nullum ſit quod falſum eſt, l. Paulus. de verb. ſign. & veritatis ſubſtantia mutari minimè poſſit, vt ait lex 5. quæ ſequitur. In quo tamen ſeruamus ſummum ius legis querela. de falſ. inf. vide ad tit. fam. herciſc. ff. quæ hîc repetere, eſſet pudor. Plurima enim ex vſu & Senatuſconſultis, ad quæſtionem d. legis, querela. quæ in foro tritiſſima eſt, adiicio. vide etiam, inter cætera, quæ notaui ad l. cùm putarem. ff. famil. herciſc.

Lex 5.

Cùm falſa demonſtratione mutari ſubſtantia veritatis minimè poſſit: reſpondendo id quod paternum erat, ex maternis eſſe bonis, nihil egiſti.

Rectè Paul. Caſtr. falſa confeſſio non immutat veritatem. Ratio eſt ex l. 8. cùm teſtamentum, & l. 9. non idcirco. inf. hoc tit. cum lege, ſi per errorem. de Iuriſd. ff. quòd ſcilicèt errantis nulla voluntas, nihilque ſit conſenſui tam contrarium quàm error.

error. Quinimò imagine naturæ non obumbratur veritas, ait lex, filio. 23. ff. delib. & poſt. ſic Etymolog. auctor, Ἀληθὲς, ὃ μὴ λήθῃ ὑποπίπτον τῷ δικαίῳ. & apud Sophocl. in Antigo. ſub fi.

ὀρθὸν ἡ ἀλήθει' ἀεί.

Tamen apud nos reſcripto ſemper opus eſt, vt reſtituatur is qui ita in reſpondendo, vel contrahendo, aut aliud agendo, errauerit, aut falſi inſtrumenti imagine deceptus ſit. Falſique inſcriptio neceſſaria eſt, ſi de falſo agatur, quo vno caſu ſeruamus legem 3. ff. de accuſatio.

Lex 7.

Error facti, nec dum finito negotio, nemini nocet. Nam cauſa deciſa velamento tali non inſtauratur.

Dilucidiùs interpretes, Erronea confeſſio, cùm erratur in facto, poteſt vſque ad ſententiam reuocari: ſed poſt rem deciſam eſt irreuocabilis. In quo propterea diſtinguendum eſt: aut enim error ille facti ei ſoli, qui errauerit, imputandus eſt, & tunc fruſtrà aduerſus Senatuſconſultum ſupplicabitur, l. ſub prætextu ſpecierum. de tranſ. inf. niſi tamen ſit minor. l. minor 25. annis omiſſam allegationem. de minor. ff. & l. 4. ſi aduerſ. rem iudic. inf. nempe ob omiſſas defenſiones. Aut dolo partis id factum eſt, & tunc ſupplicatio vſitatiſſimo more admittitur, ex l. ſub prætextu inſtrumentorum, eod. illo tit. de tranſ. & l. ſub prætextu, de re iudic. inf. Aut errarunt in facto Iudices, reſque magni momenti eſt, & tunc propoſitioni erroris ſit locus, veluti ſi contra expreſſa verba conſuetudinis iudicatum fuerit, vt refero de conſuetudine Cœnomana ad tit. de Senator. ff. inter Ioannis de la Rochethomas, quondam Senatoris Pariſienſis, hæredes.

Lex 11.

Quamuis in lucro nec fœminis ius ignorantibus ſuccurri ſoleat: attamen contra ætatem adhuc imperfectam, locum hæc non habere, retrò Principum decreta declarant.

Rectiſſimè hîc gloſſa, cùm ait magis ſubueniri imbecillitati ætatis quàm ſexui, licèt in multis æquiparentur. Minoribus etiam in lucro ſuccurritur, l. 7. ait prætor. §. hodie certo iure vtimur. & l. ſi in emptionem. ff. de minorib. ſecùs verò eſt in fœminis, vt quibus ſubueniri non ſoleat, vbi de lucro captando agunt: docet hic textus, qui confirmatus eſt an. 1596. menſe Maio, perorantibus Pe. Martellerio, & T. Chauuelino in hanc ſpeciem: vidua quædam cùm Lutetiæ moraretur nec auderet anno 1590. proficiſci Blæſas vbi defuncti tunc mariti erant bona, optionem fecerat doarii, ſeu dotalitii conuentionalis, aut præfixi, vt loquimur: in quo cùm læſam ſeſe poſteà vidiſſet, impetrauit reſcriptum vt reſtitueretur, ac regredi ei liceret ad ſtatutarium, cauſa adiecta, primùm fragilitatis ſexus, quia inconſulta facilitate aliud pro alio elegiſſet, deteriuſque accepiſſet: deinde notiſſima cauſabatur pericula quibus tunc nemo auderet Pariſiis, per vagos, efferos, denſoſque hinc illinc milites, Blæſas petere. Intercedebant verò aliunde, atque ex ſuo capite, liberi, contendentes optionem matris nihil officere, cùm proprietas ad eas pertineret, ſoluſque vſusfr. ad matrem. Contrà autem allegabatur, potuiſſe viduam patronos Pariſienſes conſulere, quæ exceptio nititur lege, Regula. ff. hoc tit. factamque optionem auctore iudice, & ſic, vt veriſimile erat, conſilio adhibito: quo caſu nè Velleiano quidem locus eſt, vt cenſuit etiam in aliis Senatus: fruſtrà deinde interuenire liberos, cùm optio purè & ſimpliciter detur à conſuetudine Pariſienſi non liberis, ſed matri. Pronuntiatum eſt optionem matris & ei, & liberis obfuiſſe. Et cùm eadem rurſus quæſtio inter alios moueretur in eodem maiore auditorio an. 1614.

20. Ianuar. mirati ſunt plurimi ſuſtinuiſſe iudices in re omninò ſimili, vt videbatur, iudicium. Dicebant in cauſa Doubletius, & Arroltius.

Lex vlt.

Si, per ignorantiam iuris, damnum aliquod circa ius, vel ſubſtantiam ſuam, patiantur mulieres, ſubuenitur eis in iis tantùm caſibus in quibus præteritarum legum auctoritas eis ſuffragatur, (glo. veluti in interceſsionibus, tit. ad Velleian. &c.)

Notat Iaſon hîc, ſtatuta generaliter, & indefinitè condita obligare mulieres non minùs quàm maſculos niſi excipiantur ſpecialiter. Cùm autem gloſſa caſus enumeret quibus tueri ſe poſſunt fœminæ ex iure ciuili, & Romano, vt vel non cogantur à creditoribus, vel excuſentur apud iudices, operæpretium putaui ſi ſingula, ex iure quo hodie vtimur, diſcutiam. Primùm enim quātū ad interceſſiones, Velleianū exoleuit edicto regio, an. 1606. dixi ad Sen. Velleiā. ſecundus caſus gloſſæ de inceſti crimine quod per matrimonium illicitum contrahitur, vt eo ſcilicèt mulier errans non teneatur, ex l. ſi adulterium. §. 1. de adult. ff. pendet hoc ex circumſtantiis legis, qui in prouincia. de rit. nupt. & legis vlt. auunculo. de condict. ſine cauſa. ff. Indulgere enim Senatum infirmitati muliebri ſæpè vidimus vt in tuto ſit ſtatus liberorum ex bona fide alterutrius coniugum. Tradidi Senatuſconſulta ad l. qui in prouincia. Tertius caſus de ſatiſdatione, iudicio ſiſti, minùs idonea quam acceperit, totus eſt in arbitrio iudicantium, vt iubeant, pro perſonis, & cauſis renouari cautionem, vel non. Quartus caſus, vt exoneretur probatione in condictione indebitæ rei quam ſoluerit, planè hodie inanis eſt. Nemo enim ad petendum quicquam admittitur, niſi probet quod petit: id verò per mores Gallicos, dummodò non egrediatur petitio centum libras Francicas. Quinto caſu, de cautionibus, vel rationibus in iudicio non editis, vt ſcilicèt non incidat in plus petitionis periculum, quemadmodum illud explicat lex 2. de calumniatorib. & plus petitionib. in Cod. Hermogeniano, antiquata eſt apud nos eiuſmodi plus petitionum ſubtilitas, ſeruamuſque vſum legis, qui ſolidum. de legat. 3. vt nempe quamcumque ſummam exigat creditor, ei ſit ſatis aduerſus debitorem, dummodò vero, nec controuerſo debito debeatur vel pars minima, quam ſi debitor non offerat, in mora, & mala fide eſt. Sextus caſus, cùm in nouatione dotis decipitur, proculdubio eſt ex receptis fori noſtri regulis, quibus pacta connubialia mutari, nouari, augeri, minuiue nulla arte poſſunt inter coniuges, quæcumque illa ſit, vt oſtendo ad l. inter ſocerum. de pact. dotal. ff. Septimus caſus, cùm legatum ſibi adſcribit dictante matre, accipiendus eſt pro locis, & regionibus quæ vel iure ſcripto vtuntur, vel reguntur ſuis moribus. Neque enim admitteretur hoc Lutetiæ, vbi nè teſtis quidem poteſt eſſe legatarius, vt tanto magis præcludatur ſuggeſtionibus teſtamentariis via. Duo caſus vltimi, quorum alter eſt ex l. 1. §. accuſationē ad Turpil. ff. vbi proprius accuſantis mulieris dolor excuſatur: alter verò ex l. 1. §. viduas. de falſ. mon. inf. pendēt prorſus ex arbitrio iudicantiū, prout culpa lata, aut leuis, aut etiam dolus, vel crimen modò ex perſona accuſatricis, modò ex elogiis, ac notoriis, ſeu informationibus, vt loquimur, extiterint. Cætera de conditione ſexus muliebris tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, vide apud Decium ad l. 2. de reg. iur. quantum ad deciſiones: Petri autem Fabri, ad illum eumdem textum, quantum ad diſquiſitiones Græcas, ac Romanas, vt animo, ex priſcis obſeruationibus, fiat ſatis.

TIT. XIX. DE PRECIBVS IMPERATORI OFFERENDIS, ET DE QVIBVS SVPPLICARE liceat, & vbi.

Præmittam ab ipſo limine quod ad Auguſtæ Principis viduæ, primíque familiæ regiæ Principis dignitatem ſpectat. Si quæ enim eo nomine ſupplicationes Senatui offerendæ

ferendæ ſint,ſtylus ille eſt planè regius,vt non dicatur,ſupplicat humiliter,quemadmodum in quibuſcumque reliquis, ſed tantùm, ſupplicat. Cæteros Principes, qui ſint, vti ſemper oportet verbo,humiliter. Dixi plura ad l. Princeps. de legib. ff. de prærogatiuis Auguſtæ.

Lex 1.

Admiſsi ſceleris atrocitas, & laudabilis fidei exemplum ſuper vindicanda cæde dominii, admittunt delationem, ſeu ſupplicationem ſerui contra reos cædis,licèt alias,ex ſua conditione ſeruili,deferendæ precis capax non ſit.

De fide,perfidiáque ſeruorum dixi fuſiſſimè ad tit. ad l. Aquil. tit. de ſeru. fugit. & tit. de ædil. ed. ff. notandus verò hic textus ad probandas, excipiendáſque delationes, ſeu ſupplicationes omnium cuiuſcumque conditionis, & vitæ ſint, vbi de vindicando grauiori,horrendóque aliquo crimine agitur. In quo tamen vſitatus nobis ille mos, vt delator publicum,ſeu regium cognitorem adeat,cui teſtes audiendos exhibet, ſinguláque ad implendas probationes perinde exequitur, ac ſi aperto, liberóque vultu, ſtatuque conditionis ſuæ integro, accuſationem inſtitueret ipſemet, ac perficeret. Si tamen ſit monachus,denuntiatoris vicem fungi non poteſt, niſi auctore,& conſentiente abbate, vel prælato alio quolibet. Totius autem capitalis illius iudicii telam orditur ſolo ſuo,publicóque nomine cognitor regius,neque alia legitima perſona aduerſus accuſatum agnoſcitur.

Lex 2.

Moratoria, ſeu dilatoria præſcriptio (id eſt,exceptio) *permitti,concediq́; poteſt reſcripto Principis*, &c.

Hodie ex conſtitut. Aurelian. art. 61. non reſcripto Principis, ſed ſolo libello agit miſer debitor, quo rogat Senatum non quinquennales inducias, vt olim, ſed ſemeſtres,aut annales in ſpem vel ſex menſium, vel trium duntaxat. Neque enim indulgeri longius tempus ſolitum eſt, niſi perſonæ, aut cauſæ ſummam ex æquo rationem habeant iudices. Math. Affl. deciſ. 377. tradit deciſum fuiſſe in Neapolitano conſilio, conceſſis moratoriis præſcriptionibus ex edicto ob clades Italiæ quas Caroli VIII. Franc. Regis exercitus inuexerat an. 1495 vt illi ſoli debitores eas obiicerent qui pauperiores eſſent creditoribus,admiſſóſque fuiſſe creditores plurimos ad probandum pauperiores ſe eſſe debitoribus.

Lex 4.

Vniuerſa reſcripta quæ in debitorum cauſis ſuper præſtandis dilationibus promulgantur, non aliter valeant, niſi fideiuſsio idonea ſuper debiti ſolutione præbeatur.

Non ſeruamus: Nec verò prætermiſit Rebuffus ad proœmiũ conſtitutionum,glo.5. num. 42. aliâs enim inutile eſſet moratorium iudicium impetranti, cùm nulla vnquàm inueniretur ſatiſdatio. Obtinuiſſe tamen aliud ſua ætate in Gallia ſcribit ad hunc textum Pet. à Bella Pertica,doctor Gallus,quem fuiſſe epiſcopum Antiſſiodor. tandemq́ue Franciæ Cancellarium,tradunt Paradinus lib. 2. hiſtor. Lugdun. & Chaſſan. in catalog. glor. mund. part. 7. Agit ille de Crucesignatis (quos aliâs vulgò dicebant, *Cheualiers de la Croyſade*) habent, inquit, indulgentiam vt nè quis eos conuenire poſſit ante quinquennium. Debent tamen dare fideiuſſores de ſoluendo tunc. ſunt eius verba.

Lex 5.

Si quis aduerſus præfectorum prætorio ſententias duxerit ſupplicandum, victuſq́; denuò fuerit, nullam habebit licentiam iterum ſuper eodem iudicio ſupplicandi.

Hoc ipſum ex conſtit. Blæſ. art. 146. cuius verba ſunt: *Celuy qui aura obtenu requeſte ciuile contr' vn areſt, & en aura eſté debouté, ne ſera plus receu à propoſer erreur contre le principal areſt, ni contre l'areſt donné contre la requeſte ciuile Celuy auſſi qui aura propoſé erreur, & en aura eſté debouté, ne ſera plus receu à propoſer erreur, ni requeſte ciuile.* Exceptio tamen eſt, niſi ſuper falſis iudicatum fuiſſe ſeu in principali Senatuſconſulto, ſeu poſteà dum de ſupplicatione ciuili actum eſt, manifeſtiſſimis agumentis, & probationibus actor doceat. Ita enim Senatus in edictali auditorio an. 1609. ex ſententia Baldi ad l. vlt. de fid. inſtr. inf. num. 4. vſque ad finem. monuit me huius Senatuſconſulti dom. Durantius, Senator, confirmatæque eo caſu Baldi ſententiæ.

Avth.

Qua ſupplicatio, &c. *Cùm ſupplicatio offertur præfectis prætorio, vel eorum conſiliariis intra decem dies poſt ſententiam: tunc victrix pars ſententiam mandare executioni non poteſt, niſi dignam fideiuſſionem præbuerit. Secùs ſi poſt decem dies*

Hodie neque ſupplicatio ciuilis, neque erroris propoſitio impedimento ſunt, quominùs executioni mandetur ſupremæ curiæ iudicium. Imò in propoſitione erroris ea eſt perpetua, immotáque regula, nullas eſſe oportere executionis Senatuſconſulti reliquias, cùm petitur ab actore iudicium, vt oſtendo latiùs ad l. vn. ſup. de Senatuſconſ.

Lex pen.

Reſcripta contra ius elicita ab omnibus iudicibus refutari præcipimus: niſi fortè ſit aliquid quod non lædat alium, & proſit petenti, vel crimen ſupplicantibus indulgeat.

Scribit Molinæus ad Io. Galli q. 105. vetuiſſe Senatum patronis, nè auctores ſint clientibus ad elicienda reſcripta contra conſtitutiones regias: additque cauſam dediſſe Senatuſconſulto Ducem Tremulium, qui impetrauerat à Principe vt ab omni coacto, collectóbue Senatu lis ſua iudicaretur.

Lex vlt.

In precibus oblatis Principi neceſſe eſt inſtrumentorum vim exprimi quibus vtitur is qui ſupplicat, vt reſponſuro Principi vera precatio rem aperiat cognoſcendam.

Hoc ipſum & hodie in minori codicillorum officina, ſeu minori cancellaria, vt loquimur, in qua proinde referendarii magiſtris libellorum ſupplicum, quid complectantur reſcripta ſingula, explicant. Fuit hoc olim rudimentum aduocatorum iuuenum, ait Molinæus, donec anno 1530. vt ex officinis publicis pecunia emungeretur, ad certū numerum redacti ſunt: ſic ille ad §. 8. tit. 25. tertiæ partis ſtyli Parlamenti. Hoc verò ipſum in triumuirali exedra vidimus an. 1587. de clariſſ. procuratoris catholici vicariis, qui tunc emptitii eſſe cœperunt edicto regio, cùm ſemper anteà delectus per dignitatem

tatem fieret, quod & Panegyrica actione paulò pòſt conqueſtus eſt dom. Fayus, tunc pattonus fiſci doctiſſ.

TIT. XX. QVANDO LIBELLVS PRINCIPI DATVS LITIS CONTESTATIONEM FACIAT.

Ex l. 1. & 2. breuis hæc deciſio eſt, in temporalibus actionibus, cuiuſmodi eſt iniuriarum, conteſtationem litis intelligi per libellum oblatum Principi, ira vr perpetuentur aduerſus hæredem eius in quem porrectus eſt. Vno verbo Baldus, Reſcriptum Principis habetur pro libello & conteſtatione. Caſus autem fingi non poteſt quo vſitatum hoc dici apud nos debeat, niſi cùm, ad transferendam in forum aliud lirem, codicillos à Principe petimus, eíque in id libellum porrigimus: ſolus enim tunc libellus peremptionem inſtantiæ impedit. Si autem de retractu gentilitio agatur, cuius actio annalis eſt, ſeu de actione alia qualibet, eo iure vtimur vt, iuxta legem, ſi pater. nè de ſta. def. inf. inſtantia, quæ per ſolam conteſtationem fieri puranda eſt, non inrerrumpat actionem apud in comperentem iudicem, quicquid ſcripſerit Tiraquellus §. 1. glo. 10. num. 58. & 86. de retractu, motus hac tatione, quòd eiuſmodi inſtanria apud quemcumque iudicem in mala fide conſtituat. Eo & ſenſu accipiendum quod rradit Loërius in lit. A, areſto 10. ſimplicem nempe vocationem in ius inrerrumpere præſcriptionem. Hoc enim ira demum verum eſt ſi vocetur quis ad competenrem iudicem. Mouebat me aliquando Tiraquelli ratio, ſed rria ſenatuſconſulra didici quibus in cauſa retractus iudicatum ſemper ex d. l. ſi pater. neque alius hodie vſus eſt: referóque ex his Pariſienſis aduocationis ſententiam.

TIT. XXI. VT LITE PENDENTE, VEL POST PROVOCATIONEM, AVT DIFINITIVAM ſententiam, nulli liceat Imperatori ſupplicare.

Nihil ampliùs in rrium ſubiectarum legum textu reperies, quàm in rubrica, cui & adiunge Nouellam 113. nè in medio litis fiant ſacræ fortnæ, aut ſactæ iuſſiones: vbi eriam vetat Imperator nè quis, pendente lite, impetret nouum ius, nouumque priuilegium, vel grariam, murando meritum, aut deciſionem cauſæ: veluti ſi alrer litigantium, conteſtationibus factis, cœptóque iudicio, reſcriprum offerat quo iubeatur Iudex rem, de qua quæritur, ei addicere, quippe ex dono principis, ſpreriſque, ac inſuperhabiris quæ ad motam quæſtionem rerminari ex iure Rom. aut ſtarutario cõſueuerint. Pendẽre enim lire, deber procedi, & iudicari iuribus antiquis, air Molinæus ad cõſuet. Pariſ. §. 52. num. 88. 89. 90. 91. In quò tamẽ vna hæc, perpetuáq; exceptio eſt: ſi nimirùm impetrẽtur codicilli ab iis quorũ lires in Senatũ Pariſ. trãſlaræ, ſeu euocaræ, vt loquimur, fuérunt à Rhotomagẽſi, Tholoſano, Burdigalẽſi, & aliis, adiecta hac clauſula, vt nimirùm rrãſlaræ liris quæſtio ex eo iure, & more dirimatur qui in foro ſeruari ſolitus eſt vnde lis ad nouos Iudices trãſiit. In iis enim quæ ad ordinarionem litis ſpectãt, ſtylum quidem loci ſeruari æquum eſt in quo iudicium redditur, ſed non ita in iis quæ ad deciſionem, vt docer Io. Fab. ad l. 1. de Summa Trinit. iuncta glo. in can. illud 12. diſt. eóque ſenſu accipi ſacras formas, ſeu reſcripra, quæ ad mediam litem ſubeunr, ſempet vidimus. Sic enim rranſlata lis fuit Caſtelnoui Eſtrefonij: ea ſcilicèr lege vt Senatus Pariſienſis Tholoſanum in iudicandis ſubſtitutionibus morem teneret, nempe per generationes, non autem per perſonas. Hoc & in lire Placeana quam princeps è Rhoromagenſi tribunali ad Lutetianum tranſtulit. Lex enim dicta eſt, vt nempe citra vllum peremptionis inſtantiæ obicem, terminaretur, quippe inuſitatum Rhoromagi. Præſcriprum eriam eſt non ita diu diplomate ſimili vt haberetur perinde ratio legis, aſſiduis. apud Luterianos Iudices, ac ſi Tholoſæ, vnde euocabatur controuerſia, ferretur iudicium. Plura ſunt id genus quæ quotidiana dabit periria.

Digitized by Google

TIT. XXII. SI CONTRA IVS, VEL VTILITATEM PVBLICAM, VEL PER MENDACIVM, FVERIT aliquid poſtulatum, vel impetratum.

Lex 1.

Non iccircò minùs is, cui ex noſtro reſcripto cognitio delata eſt, iudicare poteſt, quod ex geſtis (glo. apud primum Iudicem) *quædam in precibus omiſſa proponis.*

Hæc ad mandatas à Principe, in lite ſpeciali, Iuriſdictiones, vt ſcilicèt lata interpretatione intelligatur cognitio rerum omnium quæ ad mandatam Iuriſdictionem ſpectant. Quotidiana iſta diſceptatio eſt, *pour les commiſſions addreſſantes aux Iuges des Prouinces, pour faire & parfaire le procez à vn criminel iuſques à ſentence diffinitiue excluſiuement, ou incluſiuement, & ſauf l'execution, ſ'il en eſt appelé*: Quæſitum eſt in criminali auditorio, ſi alicui iuris dicundi licentia mandata ſit à Senatu, excepto, nè quod extremum in Iuriſdictione eſt, faciat, vel, vt loquimur, *ſauf l'execution, ſ'il en eſt appelé*: Vtrùm iudicio capitali reddito in contumacem, poſſit nihilominùs & eò progredi vt, ad executionem rei iudicatæ, ſtatuat Imaginem abſentis affigi patibulo, quem & morem obſeruat Treb. pollio in 30. tyran. Cenſuit verò Senatus poſſe. fit enim hoc in odium contumaciæ aduerſus abſentem, ſola autem executio realis excepta eſt, non imaginaria. Cauſam agebant Vid. Fauerellus & Feronius an. 1614. 15. Febr. litigatores vocabantur, *Gaudichart, & le Baron de Mouchy.*

Lex 2.

Præſcriptione mendaciorum oppoſita, ſiue in iuris narratione mendacium reperiatur, ſiue in facti, ſiue in tacendi fraude: pro tenore veritatis, non pro ſupplicantis affirmatione datus Iudex cognoſcere debet, & ſecundum hoc de cauſa conuenit ferre ſententiam.

Huc facit maximè locus D. Chryſoſtomi homil. 28. in Ioann. in princip. ait enim nihil mendacio eſſe imbecillius, etſi innumeris obtegatur velamentis. Depræhenditur atque effluit facilè. veritas autem tametſi variis circumueniatur inſidiis, inuicta nihilominus, inexpugnabiliſque eſt. Nec abditos tantùm receſſus fugit, ſed qualis, quantaque eſt, ſeſe perpetuò palam, publicéque exerit. Verba ipſa D. Chryſoſtomi in partem referam: & τὸ ψεῦδος οὐδὲν ἀσθενέστερον, κἂν μυρίοις περιπλάσμασι συσκιάζηται. ἐφωρατὸν γὰρ καὶ ὑπὸ γῆν ᾖ), καὶ καταῤῥεῖ ῥᾳδίως. ἡ δὲ ἀλήθεια πάντων ἔστηκεν ἀσφαλεστέρα, δεχομένη μὲν μυρίας ἐπιβουλάς, μένουσα δὲ ἀκαταγώνιστος. καὶ τὰς μὲν λαθραίους ἐκτρεπομένη καταδύσεις, πᾶσι δὲ εἰς τὸ μέσον προτιθεῖσα τὰ παρ' ἑαυτῆς. Contingit iſtud ſæpiſſimè vbi de ciuili, capitaliue negotio agitur, in quibus propterea ſpectantur ſolæ probationes. Proinde quiſquis reo poſtulato bene conſulit, cùm ad principis gratiam decurrendum eſt, reſcripto adiicit non quæ affirmat reus, ſed quæ ex notoriis, ſeu informationibus, vt loquimur, conſtanti, veróque teſtimonio probata diligenter obſeruauerit. Aliàs enim reſcripti gratia nulla eſt, pluresque inſuperhabitis gratioſis ſuis codicillis, funeſtam carnificis manum experti ſunt quibus ea ratione, & cura proſpectum non fuerat: vulgatáque eſt in hunc diem arguta Antonij Pratenſis, Cancellarij Franciæ, depulſio, cùm de facilitate eius quereretur Senatus Pariſ. in dandis reſcriptis: membranæ nimirùm tenuiſſimo vinculo obligatos, ceuque vinctos Reos mitti in palatinum carcerem quos nè quidem perſæpè manus latrunculatorum ingentes corripe-reur.

rent. *Videte*, aiebat, *non quid in reſcripto mentiantur, ſed quid aduerſus eos probetur.* Iſta olim mihi Lud. Buiſſonius, ſummus in Senatu patronus, quem ſemper, honoris cauſa, nomino.

LEX 4.

Etſi non cognitio, ſed executio mandatur, de veritate precum inquiri oportet: vt, ſi fraus interuenerit, de omni negotio cognoſcatur.

Populariter Baldus: Iudex executionis habet cognitionem obreptionis. Notandum hoc *pour les Commiſſaires deleguez par la Cour*, de quibus ita Faber hic: ſi mandatur, inquit, aliquid fieri, &c, in caſum oppoſitionis, retineatur cognitio penes mandantem, tunc executor non debet cognoſcere de ſubreptione, ſed remittere, & ſic ſeruat curia Franciæ. ſunt eius verba. vide ad l. 1. ſup. hoc tit.

LEX 5.

Et ſi legibus conſentaneum ſacrum oraculum mendax precator attulerit, careat penitus impetratis.

Vt de gratioſo reſcripto agit hic textus, ita & ait iure optimo Baldus mendacium viriare priuilegium, id eſt grariam quæ confertur à principe. De pœna autem mendacij quæ ferè ſemper eſt vt quis mulctetur amiſſione rei, cuius cauſa mentitur, dixi ad l. vlt. ff. de rei vendic. & ad l. vlt. de reſcript. inf.

LEX VLT.

Nullum reſcriptum eſt, nulla Pragmatica Sanctio, nulla ſacra annotatio, quæ generali iuri, vel vtilitati publicæ aduerſa eſſe videtur.

Quod ait gloſſa ſacram annotationem fieri ipſo motu, hoc dicimus nos Galli, *du propre mouuement du Prince*. Eiuſmodi enim reſcripta non verſantur in cognitione vlla iudicum: ſtyluſque propterea hic eſt: *pour aucunes bonnes cauſes, & certaine ſcience, grace ſpeciale; pleine puiſſance, & auctorité Royale.* Quod fit præcipuè in euocationibus, quarum aliæ merum imperium, ex his quæ recenſeo, deſignant, aliæ cognitionem cauſæ exigunt, ſi nempe vulgari ſtylo concepta fuerit reſcripti impetrati formula. De clauſula autem, motu proprio, vide Molinæum ad Alexandrum lib. 5. conſil. 24. & Io. Bodin. lib. 3. cap. 4. de Rep. vbi docet euerti hac ratione quicquic boni eſt in reſcriptis, edictiſque principum.

Quæ generali iuri, &c.

Huc pertinent §. meritò. & §. ſi quis à principe. l. 2. nè quid in lo. publ. ff. ex quibus, atque ex hac l. depromptum eſt quod in conceſſionibus princeps ſemper ſubiicit, *ſauf en autres choſes noſtre droict, & l'autruy en toutes.* Inde, vt cognoſcere de his debent Iudices, certatur ſæpiſſimè acerrima contentione inter impetrantem, & eos qui intercedunt quatenus cuiuſque vatiis ex cauſis intereſt: vocaturque ea contentio interinimentum, ſeu, vt loquimur, *enterinement*, &c, *enteriner.*

TIT. XXIII. DE DIVERSIS RESCRIPTIS, ET PRAGMATICIS SANCTIONIBVS.

Obſeruabitur primùm in genere ex Molinæo ad conſuet. Pariſ. §. 52. glo. 1. num. 83.

mandata omnia, ſeu, commiſſiones, quas dicimus, Cancellariæ Regiæ, anno finiti, niſi cœpta ſit executio, aut niſi prorogetur exequendi facultas ſecundo reſcripto, vocamus, *lettres d'attache*, idque antequàm annus effluat. Dixi de vera acceptione Pragmaticæ Sanctionis ad finem primæ conſtitutionis codicis, ſup. Cætera vide, ſi lubet, in glo. Pragmaticæ Sanctionis, tit. vlt. in verbo, pragmaticam. eò & pertinet conſtitutio quæ inſcribitur, ſacrum pragmaticum Tyberij Auguſti, de confirmatione conſtitutionum Iuſtini Imperatoris, in Iuliani anteceſſoris Nouellis.

LEX I. & 2.

Si in communi cauſa libellus ab vno ex conſortibus datus eſt: reſcriptum principis, quod ex eo ſequitur, conſortes omnes reſpicit, licèt ad eius perſonam directum ſit qui libellum obtulit.

Hæc, *pour les lettres obtenuës par vn des coheritiers, ou par tout outre à qui le faict touche en commun*: eóque proinde referendus eſt titulus, ſi vnus ex pluribus appellauerit, inf. eum lege, hæredes. §. ſi vnus. ff. famil. herciſc. vbi de his dixi fuſiſſimè.

LEX 2.

Falsò aſſeueratur, auctoritatem reſcriptorum deuoluto ſpatio anni obtinere firmitatem ſuam non oportere cùm ea quæ ad ius reſcribuntur, perpetua eſſe debeant, ſi modò tempus, in quo allegari, vel audiri debent, non ſit comprahenſum.

Notandum ex hac l. ea omnia quæ ad ius reſcribuntur, nuncupari à noſtris generali vocabulo, *lettres de charte*, maximè ſi indulgeantur collegiis profanis, Eccleſiaſticis, ciuibus, aut vicanis. Speciales autem codicilli ſunt, veluti nobilitatis, legitimationis, ciuitatis, immunitatis, metœciæ, ſeu albinatus, confiſcationis, & ſimilia quæ non ad tempus, ſed in perpetuum ſunt. Gloſſa addit, ſi princeps conceſſerit alicui conſtruere molendinum in flumine publico. Secus, inquit, in nundinis, (dicimus, *octroy de foires, ou marchez*) cùm earum priuilegium pereat decennio per non vſum. Reſcripta autem alia ſunt quæ ad iudicia pertinent, & quæ propterea appellamus, *lettres de Iuſtice*, nempe reſcripta appellatoria, reſtitutoria, capita nouæ probationis, (vocant, *lettres pour articuler faicts nouueaux*) repetitæ aduerſus hæredem lites, aut, vt vernaculo forenſi, *lettres pour adiourner en repriſe de procez*: ſunt etiam ſubrogatoria reſcripta in locum defuncti, ſunt ſupplicationes ciuiles, propoſitiones erroris, & alia id genus iudicialia, quæ vt, imitatione prætoriæ Iuriſdictionis, annalia hucvſque dicta ſunt, ita & anno, quaſi inanes, vacuæque membranæ intercidunt, niſi alio, & ſecundo, ſubannaliq; reſcripto, quod annecti, alligarique eis ſolitum eſt, reuiuiſcant: vocant ex eo practici, *lettres ſurannées, & lettres d'attache.* Derogatumque in eo eſt apud nos huic legi 2. quæ vult reſcripta anno non perire. Seruamus enim capitulum 23. Plærumque. ext. de reſcript. quod nec prætermiſit Rebufus ad conſtitutiones reg. hoc cod. tit. in præfat. pag. 350. Imò in iſtiuſmodi reſcriptis perpetua hæc regula, vt numquam porrigantur, extrahantúrve aduerſus ſucceſſores, re integra, ſi videlicèt cõtra deceſſorem citatio nulla facta ſit, in quo etiam vtimur deciſione capituli 36. ſignificauit. vbi & glo. illo cod. tit. de reſcript. Nullius deinde momenti eſt impetratum ad gratiam criminis reſcriptum, niſi intra tres menſes ſe ſiſtat Reus, reſcriptumque illud proferat, ille enim vſus eſt articuli 35. conſtitut. Molin. idemq; in breui Principis, ſi vel aliquid donauerit, vel commeatum conceſſerit, (dicimus, *breuets de don & congé.*) Ita conſtitut. Molinenſ. artic. 8. ſin autem eiurandi, reſignandíve maioris alicuius beneficij Eccleſiaſtici gratia facta ſit, illa etiam deſinit, ſitque irrita ſtatim atque ſex menſes effluxerint, *& au cas qu'en vertu dudit breuet les lettres de prouiſion ne ſoient obtenuës dans ledit temps de ſix mois en Cour de Rome*: Ita enim in prima declaratione eiuſdem edicti Molin. ſciendum verò etiam in

genere,

Google

genere, reſtitutoria reſcripta impetrari oportere, ex conſtitut. Lud. XII. & Franciſci I. intra decennium: quod intellige non modò de impetratione reſcripti, ſed & de ipſa denuntiatione. Iudicatum enim an. 1615. 24. Ianuar. conſultis claſſibus, audiendum non eſſe eum qui reuera intra decennium diploma reſtitutorium habuerat, poſtridie autem decennij aduerſario denuntiauerat. de momento enim ad momentum tempora illa ſpectanda ſunt, l. 3. de minor. ff. litigatorum nomina, Willelmia, de patis, & Suſanna Baillet.

Lex 3.

Sancimus vt authentica ipſa, atque originalia reſcripta, & noſtra etiam manu ſubſcripta, non exempla eorum, inſinuentur.

Nimirùm vult textus fidem non haberi ſolis inſtrumentorum exemplis, (copias vocant) ſed authenticis, & originalibus, quæ proinde aduerſario edenda ſunt, & communicanda, vt loquimur, ſed nè dolo quid fiat in inſtrumento edito, néve ſubducatur malis artibus, (quod ſæpe contigit, queruntúrque in hunc diem montacutiani equites de ſubtracto donationis marcuſſianæ authentico per aduocati, cui cauſæ agẽdæ inſtrumenta credita fuerant, malam incuriam) vocatur aduerſarius, aut eius procurator, vt apud tabellionem, vel actuarium adſit certa die, & hora, viſurus, lecturúſque authenticum, quod in hac, vel illa lite proferẽdum eſt, dicturus verò etiam ſi quid vel de omni inſtrumento, vel de partibus, particuliſque eius ambigat: renuntiatur enim, quantum ſit ſatis, à tabellione, vel actuario quicquid aduerſus authenticum dicitur: poſteà autem ſubſcribitur manu publica, imò & ad oras circunducuntur chartæ ſingulæ, (dicimus, *parafer*) ne addatur vel literula ad exemplum deinceps publicum. Quo facto tollitur de medio authenticum: liſque ex ſolo exemplo dirimitur. Vocant iſtud noſtri practici, *vne copie collationnée, & vidimée partie preſente, ou appelée.* Si tamen poſteà falſi inſcriptio fiat ab aduerſario, referendum eſt, deponendúmque apud acta: fruſtráque obiicietur larum partibus auditis, omníque ope, & certamine defenſis, Senatuſconſultum, ſi modò ſecutos eſſe eius fidem iudices cõſtiterit, ait lex 3. Cod. ſi ex falſis inſtrum. iudicatum ſit, vulgò dicimus, *pourueu que ce ſoit vne piece deciſiue du procez, & ſur laquelle on ſe ſoit arreſté en iugeant.*

Lex 4.

Si qua beneficia perſonalia ſine die & conſule fuerint, deprahenſa, auctoritate careant.

Diximus nos Galli, *vn priuilege ſans datte eſt nul.* Notaui de inſtrumentis ſine die, & conſule ad l. cum tabernam. §. 1. de pignor. ff. aduertendum verò hîc, eſſe quædam reſcripta, beneficiáque principis, in quibus ſolus menſis, citráque diem, adiicitur, videlicèt beneficium legitimationis, beneficium vectigalis cuiuſdam annui conceſſum vniuerſitatibus, & collegiis, deinde edicta ipſa regia, & plura alia quæ prætermitto. Rationem aliquando ab Anton. Oyſellio, conſulto, & rei Gallicæ obſeruatore accuratiſſimo patrono, hanc didici, quod ſcilicét cogitandum ex eo velit princeps, tam diu, maturóque conſilio, nec vna die duntaxat perſpectam, deliberatamque fuiſſe antequàm ita fieret.

Lex 5.

Sacrilegij inſtar eſt, ſuper quibuſcumque adminiſtrationibus, vel dignitatibus promulgandis, diuinis obuiare beneficiis.

Hoc dicimus, *s'oppoſer à l'execution des lettres du Prince.* Iunge l. 2. de crim. ſacril. & l. quidam conſulebant, de re iudic. tanti verò faciendam eſſe auctoritatem Principis

docet Decius conſil.614. vt licèt eligat ſciens prudens indignum, dignus tamen cenſeri debeat quemcumque elegerit. Molinæus addit ad illud ipſum conſil. etiamſi, inquit, non ſit clauſula, non obſtante.

Id eſſe regni maximum pignus putant,
Si quicquid aliis non licet, ſolis licet.

Ita Senec. in Agamemn. act.2. rurſuſque in Thyeſte, act.2. ſub perſona Atrei,

Maximum hoc regni bonum eſt, quod fata domini
Cogitur populus ſui quàm ferre, tam laudare.

Verba denique regia hæc ſunt apud Iſocr. in tertia ad Nicocl. τοὺς λόγους τοὺς ἐμοὺς, νόμους εἶναι νομίζετε· καὶ πειρᾶσθε τούτοις ἐμμένειν. Elegantiæ ferè non minoris celtiſmus iſte eſt: *que mes paroles vous ſoient autant de loix, & donnez-y l'effect que ie deſire.* Vide & in id etiam, ſi lubet, Iuon. Carnot. epiſt. 66. vbi ſic ille de Epiſcopi Aurelianenſis electione: hoc quod dico clerus approbaret, hoc populus clamaret, niſi metu regis comprimerentur, &c. dixi ſup. ad l.9. leges ſacratiſſimæ, de legib.

Lex pen.

Sacri affatus (glo. id eſt reſcripta principis) *non alio vultu, aut colore, niſi purpurea tantummodò inſcriptione luſtrentur: ſcilicèt vt cocti muricis, & triti conchylii ardore ſignentur. Eáque tantummodò reſcripta proferri, vel dici fas eſt, quæ in chartis, ſiue membranis ſubnotatio noſtræ ſubſcriptionis impreſſerit. Hanc autem ſacri encauti confectionem nulli ſit licitum, aut conceſſum habere, aut quærere. Quod ſi quis hoc aggreſſus fuerit tyrannico ſpiritu, capitali pœna plectetur cum bonorum omnium proſcriptione.*

Cuiacius legit, *encauti*, quia ſic in omnibus exemplaribus ſcriptum inuenerit: at verò etiam in gloſſis veterib. vbi, encautum, redditur, ἐκ κεκαυμένου. Cur autem cocti muricis, & triti conchylii ardore ſignata eſſe ſua reſcripta voluerint Imperatores, duplex fuerit hæc ratio. Prima, quòd non eſſet materia cuius magis interdiceretur vſus populo quàm muricis, ſeu ad veſtes, ſeu ad cætera quælibet. Verba legis 9. de murileg. lib. 11. ſunt hæc: Si quis nauiculam functioni muricis, & legendis conchyliis deputatam auſus fuerit vſurpare, duarum librarum auri illatione teneatur. Altera ratio eſt, quia inuſto ſemel membranis nomine imperatorio, putabant nihil poſteà licere falſariorum ingeniis vt quid de ſacra illa mixtura tollerent, aut mutarent in totum. Sic enim Plinius cap. 11. lib. 35. de encauſto in picturis: hoc tertium acceſſit, reſolutis igni ceris penicillo vtendi, quæ pictura in nauibus nec ſole, nec ſale, ventiſque corrumpitur. Locus obiter oſtendit legi & poſſe, encauſto, in hoc textu. Ita enim in Plinianis omnibus exemplaribus, præſertimque in emendatiſſimis. Ita etiam apud D. Auguſtinum contra Fauſtum Manicheum lib. 13. vbi agit de librorum tecturis: imputet ergo, ait, ſibi encauſti munditia, quæ corio inhæſit agnino. Sic ille. Deinde verò vtrúmque admittit helleniſmus. Apud nos non ſubſignaſſe olim Reges, ſed eorum cancellarios, ſeu referendarios, vt vocabant, liquidò conſtat ex Gregorio Turonenſi, lib. 10. cap. 20. vbi de Othone, Childeberti referendario, id eſt cancellario, quem Ægidius, epiſcopus Rhemenſis, cùm aſſereret ſubſcripſiſſe donationi poſſeſſionum fiſcalium regiæ, prolatum inſtrumentum effictam referendarii Othonis manum habere compertum eſt. Subſcripſerunt igitur cancellarii vice regia: quem morem inualuiſſe vſque ad Ludouicum Craſſum docet Budæus ad tit. de off. præf. prætor. Hodie tria ſeruamus ſigilla regia, primum, maiuſquè eſt quod ſemper penes cancellarium, vt pote regni annulus, ea prorſus auctoritate qua olim fuiſſe penes Ioſephum, Pharaonis iuſſu, refert Ioſephus hiſtor. lib. 2. cap. 3. antiq. Iudaic. Alterum commune eſt, quod literis, ſeu diplomatis iudicialibus, cera impreſſa, appenditur. Tertium nuncupatur vulgò, paruum, eóque tantummodò vtimur in contractibus, qui vt effectum accipiant, præfectus Pariſienſis,

perpe-

perpetuus eius cuſtos, à creditore adeundus eſt. Vt autem cerea omnia illa ſunt, perſæpè etiam conficta, adulterat áque fuiſſe ab officinarum codicillarium flagitioſis miniſtris vidimus, qui, detecta tandem ingenioſæ ſuæ temeritatis audacia, ſupremam tortoris manum de ſumma trabe ſortiri ſunt. Encauti huius, ſeu encauſti, meminit Car. Loyſ. lib. 2. cap. 4. de offic. vbi plurima de vario ſigillorum vſu in hac noſtra Gallia. Vnum mihi ſupereſt de priuata Principis epiſtola quam interdum fatigatus importunis flagitationibus, quaſique impar, ſcribit vel ad iudices, vel ad alios quibus eo modo inuitus quippiam imperat: vulgò dicimus, *lettres de cachet*, quas vt nullius eſſe momenti volunt constitutiones, Aurelianenſis, art. 111. & Blæſenſis artic. 281. ſubiiciam opportunè memorandum ampliſſimi ordinis iudicium in hanc ſpeciem: Anno 1588. 26. Mart. cùm appellaſſet vidua Barbançonii equitis à iuridico Ratomagi, quod aliàs Remorantium vocant, id verò tanquam à denegatione iuris, in eo quòd, inſtructa lite cædis mariti, iuridicus ille, poſt acceptas ex ſolo ſigillo Principis literas, tuliſſet: quidem, atque apud acta conſignaſſet ſententiam, vetuiſſet autem actuarium tradere prohibente nimirùm ira Principe. Senatus probauit prudentiam iuridici, partibuſque ab omni iudicio dimiſſis, pronuntiari iuſſit ſententiam nihil morantibus ſigillaris literis. Prohibent enim edicta regia quæ ſuprà recenſeo, nè huiuſmodi literarum in iudiciis habeatur vlla ratio.

LEX VLT.

Vniuerſa reſcripta, quæ vel adnotatio, vel pragmaticæ quæuis ſanctio nominantur: ſub ea conditione proferenda ſunt, ſi preces veritate nitantur.

De pœna mendacii vide ſup. ad l. 2. & 5. tit. ſi contra ius, vel vtilitatem public. eleganter hoc dixit lex vnica. de iis qui à non dominis manumiſſi ſunt, Cod. Th. fallere conſcientiã Principis. Verſatur verò pręcipuè, ac ſępiùs pœna illa mẽdacii in reſcriptis pontificiis. Vt enim proſit reſcriptũ Rom. pontificis ſilendũ nihil eſt ex iis quæ vel ad dandũ, vel ad denegãdũ, mouere potuiſſẽt, ca. poſtulaſti ca. cũ adeò. ca. ſuper literis. de reſcript. in antiq iuncta gl. in verb. literas. quæ exprimendos omnes caſus enumerat. ca. nõ poteſt. de pręb. cap. vlt. de fil. presbyt. in 6. Obſeruandũ verò, eſt exprimi oportere non maiora tantùm, & mediocria beneficia, ſed omnia omninò, qualiacumq́ue ſint vſque ad leuiſſima: ita enim in cap. pen. cum glo. de reſcript. cap. gratia. eod. tit. in 6. cap. ſi proponente. eod. in antiq. cap. ſi motu proprio. de præb. in 6. Imò & ſi ius duntaxat ad rem habeat impetrans, veluti ſi electus ad dignitatem aliquam fuerit, nec dum confirmatus: ſi præſentatus, nec dum inſtitutus, cap. in noſtra. & cap. ad audientiam. vbi agitur de penſione. eod. de reſcript. in antiq. Item, ſi taceatur ſola dignitas impetrantis, cap. ad aures. 8. de reſcript. Deinde ſi ſecundum reſcriptum non faciat mentionem primi, valebit primum, non autem ſecundum, cap. 3. eod. illo tit. de reſcr. Tamen vt generales ſunt hæ regulæ, quinque exceptiones valdè notandas repetio. Prima eſt, niſi per ignorantiam tacuerit, d. cap. gratia. Secunda, niſi ſit beneficium temporale, nempe ſi non in beneficium eccleſiaſticum, ſeu in titulum datum fuerit, cap. cùm Martinus. vbi not. de conſtit. in antiq. Tertia, niſi ſit collator ordinarius, clem. 2. de off. ordin. quia epiſcopus noſſe præſumitur quis, & qualis ſit cui confert beneficium, & quale illud ſit, idq́ue ob viſitationem, quam fieri quotannis neceſſe eſt ex decretis eccleſiaſticis. Quarta exceptio eſt, niſi ſit annexa: tunc enim ſatis eſt ſi principalis beneficii mentio facta ſit, cap. ſuper eo. de præb. in 6. Quinta & vltima, niſi motu papæ proprio factam fuiſſe collationem appareat, cap. ſi motu proprio. de præb. in 6. & cap. ſi proponente. de reſcr. in antiq. Verſatur poſtremò pœna illa mendacii periculóque impetrantis maximo, in indulgentiis criminum, ſeu remiſſionibus, vt loquimur, at verò & in abolitionibus. Niſi enim ex veris referantur, aut potiùs exſcribantur verba ipſa notoriarum, ſeu elogiorum, (informationes dicimus) mendax impetrator traditur nihilominùs carnifici, laqueóque, aut capite luit cum impetratis, vt ſæpiſſimè viſum eſt. Admiſſum quidem fuerat ſub Henrico III. vt in abolitionibus ſufficeret attingeret facti ſpeciem in hæc verba: ***nous eſtans deuement informez & aduertis du faict arriué vn tel iour, en***

vn tel lieu,&c. atque vt leuiore cognitione tranſigeretur iudicium, mandari ſolebat iuriſdictio iudici prætoriano,ſeu aulico, qui quaſi anabatarum more,& clauſis oculis, iuſſa Principis faciebat ocyùs: durauitque paulùm ille mos ſub Herrico IV. ſed hodie facti integra, veriſſimáque ſpecies proponenda eſt in abolitionibus, quæcumque illæ ſint,remittiturque Reus ad ſuos iudices,maximeque ad ſuperiora tribunalia,ſi iam lato aliquo ſenatuſconſulto actum ſit. Quinimò & dari conſueuerunt cauſæ, ſeu rationes obreptionis, ac ſubreptionis aduerſus reſcriptum regium ab eo qui vltionem admiſſi perſequitur.In quo tamen vt conſtituatur ſtatus cauſæ à iudice neceſſe eſt, vulgò id dicimus, *qu'il faut qu'il y oyt reiglement entre les parties, & que l'on conteſte ſur ladite obreption.*

Pragmaticæ autem ſanctiones non ad ſingulorum preces ſuper priuatis negotiis proferri debent, ſed ſi quando corpus, aut ſchola, vel officium,vel curia, vel ciuitas, vel prouincia, vel quædam vniuerſitas hominum,ob cauſam publicam,preces fuderit.

Dixi de pragmaticis ſanctionibus ſuprà ad primam conſtitutionem Cod. &ad Rubricam huius tituli. eas vocat Baldus conſiſtoriales determinationes. Nec ſilendum hìc arbitror quod Molinæus claro,actique ſermone edidit,ad regul. de veriſ. not. num. 53. nempe Coſ. Guymerium nomen ſuum inſcripſiſſe commentario pragmaticæ ſanct. Caroli VII. cùm verus auctor ſit Marǫſcallius, in Senatu patronus, cui plagium illud à Guymerio,eius genero, factum eſt tam fœliciter, vt, Fidentinus licèt, ac plagiarius, præſes tamen ex eo in vna inquiſitionum factus ſit. Doctiſſimus enim, pro ſimplicitate ſeculi,commentarius,& qui plurima ad mores noſtro aperit.

Qui illicitè dictata ſcribere auſi fuerint cuiuſcumq́; ſcrinii memoriales, ſeu pragmaticarii, vel adiutores primicerii amiſſione cinguli ferientur.

Pertinet potiſſimum hæc pars legis ad fidem ſecretariorum, de qua notabo hoc vnicum ex Lampridio in Alexandro: Notarium, ait, qui falſum cauſæ breuem in conſilio imperatorio retuliſſet,inciſis digitorum neruis ita vt numquàm poſſet ſctibere, deportauit.Vt autem explanem paucis qui eſſent memoriales, & cuius ſcrinii, qui etiam pragmaticarii, & adiutores primicerii: quatuor erant ſacra ſcrinia in quibus reponebantut adnotationes, pragmaticæ ſanctiones, cognitiones, proces: dixerimus hodie, *boëtes,ou ſe mettent les expeditions*.Primum ſcrinium fuit memoriæ, alterum epiſtolarum, tertium libellorum,quartum diſpoſitionum. Qui igitur præerant ſcrinio memoriæ, dicebantur memoriales, qui ſcrinio epiſtolarum, epiſtolares, qui ſcrinio libellorum, libellenſes,qui ſcrinio diſpoſitionum,pragmaticarii,quorum ſcilicèt ingeniis, & mentibus committebantur ptagmaticæ ſanctiones, libelli, adnotationes, reſcripta, preces, acta cognitionum,& arcana. Omnes enim dicebantur militate in ſacris ſcriniis, qui & propterea vocabantur generali nomine,ſcriniarii. Atque vt,in quantum fieri poſſit,applicetur ſemper ad mores Gallicos quod ex antiquo accepimus, dixerimus hodie memoriales, *les Commiſſaires,ou Controolleurs generaux des guerres, qui tenoient le nom & le compte des ſoldats,& rapportoient à l'Empereur les merites,ou demerites d'vn chaſcun,pour en receuoir la recompenſe*: pragmaticarios,*les ſecretaires du conſeil, ou de la Cour.* Adiutores etiam, de quibus poſteà in textu, quæſtot habuit ex ſcriniis diuerſis memoriæ, epiſtolarum, libellorum. Qui autem primum locum obtinebant, vocabantur primicerii, id eſt primi: cuiuſmodi hodie quatuor habet noſtra Gallia, qui quia in faſtigio honorum ſunt, προεστῶτες τῶν σηκρέτων, notarii denique ſecretorum Principis, dicuntur ptoptereà illuſtri appellatione, *les quatre Secretaires d'eſtat*, de quibus intelligendus eſt titulus,de primicerio,& ſecundicerio,& notariis,lib. 12. tanta eſt eorum dignitas, vt, cùm collationes beneficiorum regias ſubſcribere ſoleant, admiſerint numquàm falſas eas dici dom. Chriſt. Thuanus, & Ach. Harlæus, nuper Senatus Pariſ. Principes. Quatuor enim

nota-

notarii ſecretorum Principis, aiebant, quatuor Euangeliſtarum inſtar exiſtimandi ſunt. Plura de his Cuiacius ad tit. de proximis ſactor. ſcrin. lib. 12. & aliis locis, Vid. Pancirolius ad notitiam imperii, & Curopalates in officiis Conſtantinopolit. eiuſque ſcholiaſtes accuratiſſ. Quinimò Cancellarius dicebatur Princeps Notariorum, apud Lazium in commentariis Reip. Rom. quemadmodum & apud antiquiores Galliæ Principes appellatum fuiſſe eum legimus, à ſecretis, vt cui videlicèt, & ſoli committerentur arcana regni, ſcribit Hincmarus, archiepiſc. Rhemenſ. cap. 16. epiſt. 16. pauca hæc è multis, ſed loco idoneo. Textus enim aliâs ſortiri ſuam interpretationem vix poſſit.

TIT. XXIV. DE STATVIS, ET IMAGINIBVS.

LEX 1.

Qui in adminiſtratione poſitus eſt, accipere æneas ſtatuas, vel argenteas, aut marmoreas prohibetur extra imperiale reſcriptum, (glo. id eſt ſine licentia Principis) *nec à periculo pudoris habebuntur immunes, qui adulandi ſtudio, aut metu inconſtantis ignauia ſtatuas illas dederint.*

Deſiit ad hunc tit. Per. à Bella Pert. doctor Gallus, epiſcop. Antiſſiodorenſ. cùm nec eò vſque cæteri commentationes ſuas, quales quales illæ ſint, protuliſſent. Tamen quod ſupereſt habet etiam ſuos angiportus, per quos nec tam facilè commeetur, vt Perticenſi noſtro viſum eſt, quamuis adiiciat curſim illud, & per ſe, ϗ μηδενὸς πρεσβευομένου, poſſe perfici. Docentur rectores prouinciarum ex hoc textu, nè quos honores admittant à prouincialibus qui ſpectent ad ſolum principem, neue quiequàm ad æmulationem eius affectare auſint: in hoc autem ſunt nec abs re conſtitutiones Franciſci II. an. 1560. menſ. Iul. Car. IX. eod. an. 1560. Aurel. & Henrici III. an. 1579 Blæſ. Cùm enim mitterentur imagines, aut ſtatuæ Imperatorum in prouincias quas ipſi non adibant, vt, ex earum aſpectu, iniiceretur tantò maior prouincialium animis erga Imperatores ipſos veneratio, vt notabo ad l. 2. inf. hoc tit. crimen fuit læſæ maieſtatis, & coercendum meritò pœnis ſolitis, ſi id fieret non impetrata à Princiqe venia. Titinius Capito ab Imperatore noſtro impetrauit vt ſibi liceret ſtatuam l. Syllani in foro ponere, ita Plin. epiſt. 17. lib. 1. veſtrûm numen precatur Senatus vt virum noſtra ætate mirabilem ſtatuarum diuturnitas tradat oculis poſterorum: ita etiam Symmachus Theodoſ. & Arcad. lib. 10. epiſt. 25. rerum tamen præclarè geſtarum memoriam longè potiorem eſſe eiuſmodi etiam æneis ſtatuis apud optimos, veriſſimóſque conditionis humanæ æſtimatores, dixit Demoſth. ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους in hæc verba: ἔστι δ' σώφροσιν ἀνθρώποις, καὶ πρὸς ἀλήθειαν βουλομένοις σκοπεῖν, πολὺ μείζων τιμὴ τῆς χαλκῆς εἰκόνος, τὸ καλῶν κ'ἀγαθῶν ἀνδρῶν κεκρίσθαι προτέρους.

LEX 2.

Cùm ſtatuæ, vel imagines Principis eriguntur, adeſſe debet iudex ſine adorationis ambitioſo faſtidio, vt ornamentum diei, & loco, & noſtræ recordationi ſua probet acceſſiſſe præſentia.

Hoc ex profeſſo explicant Vidus Pancirolius ad notitiam imperii, cap. 24. & Balduinus ad finem libri 3. Optati Milenit. ibi, dicebatur illo tempore venturos Paulum, & Macarium qui intereſſent ſacrificio, vt, cùm altaria ſolenniter aptarentur, proferrent illi imaginem quam primo in altari ponerent: ſic ſacrificium offerretur. Cicero

loco hunc textum quem & componit cum lege alia Theodoſii, lib. 15. tit. 5. Cod. The. vbi legitur non, faſtidio, ſed, faſtigio. & cum l. 1. inf. publicæ lætitiæ nuntiatores, &c. lib. 12. in fine libri. Plura ad vtrumque. Vide etiam Lazium in commentar. Reip. Rom. lib. 9. cap. 2. & 19. fiebat id cùm Auguſtus creabatur, vt liquet ex Zozimo lib. 2. & 4. ex Philone Iud. in legatione ad Caium, variiſque aliis locis. Dicebantur autem ex eo ritu ſtatuæ conſecratæ: atque ita accipi neceſſe eſt legem. 5. non videtur. & l. 6. qui ſtatuas. ff. ad l. Iul. maieſt. Imò & ſub Tyberio obiectum eſt Falanio equiti quòd venditis hortis ſtatuam Auguſti ſimul mancipaſſet, apud Tacitum lib. 1. Annal. quod tyrannicum eò magis accipiendum eſt, cùm conſecrata non eſſet. Imperitè ibi Lipſius, nimíſque arroganter in Iuriſconſultos ipſo longè prudentiores in iudiciis quæ per leges danda ſunt, nec more illo tyrannico quem apertè damnat Tacitus. Crimen enim maieſtatis non niſi in conſecratis imaginibus: eóque ſenſu accipiendus locus D. Ambroſii, cùm ait, *ſolo ære fuſa Principum capita, & ducti vultus de ære, & marmore adorari ſolebant*, &c. qui tamen conſecrandi mos vt accedere ad impias veterum adorationes viſus eſt, abiit iamdiu in deſuetudinem Chriſtianis, tantúmque hodie ex prouinciis conueniunt legati ad nouum Principem vt ei gratulentur, iurentque fidem, & obſequium. Solæ imagines, vmbilicatæ ſtatuæ, equeſtréſq; interdum: nouamq; hodie Herrici Magni ex ære operoſo, fuluo, ac micanti in pontis noui pyla ardua ſuſpicimus:

--- IVVAT ORA TVERI
PRINCIPIS EOVM FAMA QVI TERRVIT ORBEM.
VVLTV ISTO RVTILANS SVMMOVIT VBIQVE REBELLES:
TANDEMQVE EVINCTVS VICTRICES TEMPORA LAVROS,
DEPVLIT VRBE PROCVL DOMINA, SINE CÆDIBVS, HOSTEM.

Raròrectæ imponuntur foribus, locíſque aliis ædium ſeu publicarum, ſeu priuatarum honorarioribus. Vix enim vt eiuſmodi cernantur niſi in ſacris templorum veſtibulis, atque ad columnas, & parietes πτωδήμου illius fori Pariſienſis Baſilicæ, qua Regum ſerie nihil toto orbe auguſtius. At verò & ſunt ſpecioſo numero in metis viæ Dionyſiacæ quales eſſe oportere viſum eſt ad cohoneſtanda tantò magis D. Ludoici Iuſta anno 1270. refert, inter cæteros, Gagu. lib. 7. in Ludoico Craſſo.

LEX VLT.

Et virtutum præmia tribui merentibus conuenit, & aliorum honores aliis damnorum occaſionem fieri non oportet.

Sumitur inde argumentum, non eſſe onerandos, fatigandóſque prouinciales ære collatitio quod tribuatur alicui ob ſua in Remp. merita. Fuit ſemper illa liberalitas Principum. Ideò à Rege milites ſtipendia accipiunt, nè ab aliis quærant, ait Caſſiod. lib. 9. variar. epiſt. 13. quod & perſequitur varus aliis locis.

TIT. XXV. DE IIS QVI AD STATVAS CONFVGIVNT.

LEX VN.

Qui ad ſtatuas, creandæ inuidiæ cauſa, confugit, vltrix in eum ſententia proferatur.

Compone legem 19. ſciendum, de æd. ed. ff. ibi, planè ſi dixerit ad ſtatuam numquam confugiſſe, oportet id eum præſtare: & legem 38. Senatuſconſulto. ff. de iniur. Senatuſconſulto, inquit, cauetur nè quis imaginem Imperatoris in iniuriam vel inuidiam

diam alterius portet. Vide & Briſſonium lib.4. antiq. cap.11. referendum hoc ad morem quo, apud nos, qui timet ſibi ab aliquo, tuitionem petit ex fide, manuque publica, ſi minas ille iactauerit, ſique ſit potentior, vel audacia vulgari temerarius. In quo tamen leui inquiſitione opus eſt, nè, vt hîc dicitur, fiat iſtud malis artibus in alicuius iniuriam, vel inuidiam. Dixi de his ſuprà ad l.4. denuntiamus. in verbis, ſi quis aliquid. de his qui ad Eccleſ. confug. Tamen vt perfugium ſeruorum fuit ad ſtatuas, vel ad Eccleſias, ob dominorum frequentem ſæuitiam, obſeruandus hodie hic titulus aduerſus feudales patronos à quibus vexantur plus æquo vaſſalli: ſi enim intolerabilis ſit & ſæuitia, & felonia, iudicauit ſæpe Senatus liberum eſſe deinceps iugo illo feudali vaſſallum. Tractaui quæſtionem ad l.2. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. & ad l. in orbe Romano. de ſtatu hom. ff. vide etiam Chopin. ad conſuet. And. lib.2. tit.vlt.

TIT. XXVI. DE OFFICIO PRÆFECTI PRÆTORIORVM ORIENTIS, ET ILLYRICI.

LEX 3.

Iudices, qui inutiles reperiuntur, vel propter aduerſam, vel longam corporis valetudinem, vel propter negligentiam, aut furtum, vel ſimile aliquod vitium: ab adminiſtratione remouendi ſunt, & in vicem eorum alij ſubrogandi.

Vocant hodiè Illyricum, Eſclauoniam. præter ea autem quæ ex iure Romano, & Gallico ad tit. de off. præf. præt. ff. protulimus, obſeruabitur primùm placere doctiſſimis vt, cùm præfecti prætorio dignitas ſecūda eſſet à Principe, δευτέρα μετὰ τὰ σκῆπτρα, ait Zoſimus, appellari etiam poſſit præfectus prætorio vera, & perfecta denominatione Francica, *le Preuoſt de l'Empire.* Licèt non ignorem accedere potius ad id nominis quod ſcripſere Præſes Falcetius, & Io. Bodinus, de priſco magiſtratu, ſummóque omnium, quem noſtri dixerant, *le Maire du Palais*, cuius nullæ iampridem reliquiæ. Quanta autem eſſet Romana illa poteſtas, oſtendit tam ſingulari, & accurata obſeruatione Cuiacius ad l. In cauſæ.2. §. vlt. de minorib. vt, cùm cæteris dignitate, & imperio maximus ille præfectus antecelleret, rerumque ſummam obtineret, ac vice ſacra ſolus iudicaret, mirum non ſit quod dicatur in noſtra hac l.3. potuiſſe eum & remouere inutiles iudices, & vtiles alios ſubrogare. Nulli vnquam hoc licuit in Gallia, regium enim, ac pluſquam regium. Inſtituebantur initio à ſolis Iudicibus apparitores, quæ viliſſima eſſe Iuriſdictionum miniſteria nemo neſcit: poſtea cancellarij munificentiæ ſuæ aliquamdiu id fecerant: tandem verò ſibi eiuſmodi inſtitutiones vendicarunt Reges, tanquam ius regium. Tantum abeſt vt ſibi quicquam in iuridicinis regiis vllus arroget præter principem, niſi in iis quæ proceribus nonnullis vtenda fruenda conceſſerit κατ' ἀντίχρησιν, aut, vt vulgò loquimur, *ès lieux, terres, & ſeigneuries dont iouyſſent quelques ſeigneurs par engagement.* Veterem hunc morem adnotat Molinæus ad §.5. tit.3. tertiæ partis ſtyli Parlamenti. Deſtitutiones autem numquam fiunt niſi ex delicto: aut, in patronis feudalibus, niſi qui munere iudicandi fruitur, prouectus ad id gratis fuerit, citráque remunerationis debitæ ſpeciem. perſequor cætera ad l. cæcus. de iudic. ff.

TIT. XXVII. DE OFFICIO PRÆFECTI PRÆTORIO AFRICÆ, ET DE OMNI EIUSDEM diœceſeos ſtatu.

Lex I.

Africa per nos recepit libertatem, anteà nonaginta quinque annos à Vandalis captiuata, qui animarum fuerant ſimul hoſtes, & corporum. Nam animas diuerſa tormenta, & ſupplicia non ferentes, rebaptizando ad ſuam perfidiam transferebant. Ipſas quoque Dei Sacroſanctas Eccleſias ſuis perfidiis maculabant: aliquas verò ex eis ſtabula fecerunt. Vidimus venerabiles viros, qui abſciſsis radicitus linguis pœnas ſuas miſerabiliter loquebantur.

Cuiacius factum id notat ab Arrianis, lib. 19. cap. 6. obſeruation. duos autem loqui deſiiſſe, quia ſe eum ſcortis miſcuiſſent: citat Victorem Vticenſ. Paulum Diaconum, & Græca non modò Procopij, ſed & Æneæ Gazæi, qui teſtantur Catholicos plures articulatè locutos, licèt amputatæ eis fuiſſent iubente Hunnerico, (al. Honoricho,) Arriano, Vandalorum Rege, lingua, ac dextera. qui plura autem expetierit, adeat Euagrium lib. 4. cap.14. Gregorium Magnum cap. 32. lib. 3. in Dialog. & Nicephor. lib.17. cap.11. at verò maximè Balduinum qui nec prætermiſit noſtram hanc l. ad Victorem Vticenſ. atque ad Optatum Mileuitanum. Verba Optati hæc ſunt: quid eſt tam ſacrilegum, quàm altaria Dei, in quibus & vos aliquando obtuliſtis, frangere, radere, remouere. In quibus vota populi, & membra Chriſti portata ſunt? & pòſt, hoc tamen immane facinus geminatum eſt, dum fregiſtis etiam Calices, Chriſti Sanguinis portatores, quorum ſpecies reuocaſtis in maſſas, mercem nefariis nundinis procurantes, &c. Verba etiam Victoris Vticenſis lib. 1. de eiſdem Vandalis, ſunt: præſertim in Eccleſiis, inquit, baſilieiſque, & cœmeteriis, ac monaſteriis ſceleratiùs ſæuiebant. Et poſt de quodam Proculo quem Geiſericus, Dux vaſtationis Aphricanæ, miſerat: ipſe rapaci manu cuncta depopulabatur, atque de palliis altaris, pro nefas, camiſias ſibi, ac femoralia faciebat. Pauca hæc è multis apud Optatum, & Victorem, quorum ſcripta iuſti commentarij loco fuerint ad Imperiale hoc edictum. Damnabit verò & furores Gallicos poſteritas, cùm leget horreſcens diſſenſionum noſtrarum inſaniam, direptas, concrematas, euerſas Eccleſias, cædes ſacras, interneciones barbaras, & horrenda, ſtupendáque varia quæ cæperunt ab anno 1562. vſque ad annum 1572. menſ. Aug.

Exoramus, ſancta & glorioſa ſemper virginis, & Dei genitricis Mariæ precibus, &c.

Loquitur Iuſtinianus quo more & ante ſuam ætatem, & poſteà ſemper catholici Chriſtiani, vbicumque de precibus, eccleſiaſtico ritu, fundendis actum eſt. Sic enim D. Athanaſius ſermone, de ſancta Deipara, qui deceſſit an. 372. πρέπει σοὶ ὡς μητέρα τοῦ θεοῦ γενομένην, βασίλισσάν τε, καὶ κυρίαν, καὶ δέσποιναν, δι' αὐτὸν ὃν ἐκ σοῦ τεχθέντα βασιλέα, καὶ κύριον, καὶ θεὸν, καὶ δεσπότην μνημονεύειν, &c. Id eſt, *decet te, vt quæ mater Dei facta ſis, regina, & domina, ac hera per ipſum, qui ex te natus eſt, Regem, & dominum, ac Deum, & herum, recordari*, &c. *vultum tuum deprecamur, ad te clamamus, recordare noſtri, ſanctiſsima virgo*, &c. Latina nimirùm facio quæ in textu Græco traduntur fuſiùs. Nec verò ſolus Athanaſius.

ſius. Sic enim & Gregor. Nazianzenus qui obiit an. 389. orat. 18. καὶ τὴν παρθένον Μαρίαν ἱκετεύουσα βοηθῆσαι παρθένῳ κινδυνευούσῃ, &c. Agit de Iuſtina quæ virginem Mariam ſupplex obſecrabat, vt ei periclitanti ſuppetias ferret. Reperio & iſta apud D. Auguſt. ſerm. 2. de annunciatione dominica, in fi. *O beata Maria*, &c. *admitte noſtras preces intra ſacrarium exauditionis*, &c. *accipe quod offerimus, redona quod rogamus, excuſa quod timemus: quia tu es ſpes vnica peccatorum, per te ſperamus veniam delictorum, & in te, beatiſſima, noſtrorum eſt expectatio præmiorum. Sancta Maria ſuccurre miſeris, iuua puſillanimes, refoue flebiles, ora pro populo, interueni pro clero*, &c. Rurſus ille ipſe cap. 40. meditation. *Sancta*, inquit, *& immaculata virgo, Dei genitrix, Maria, & mater domini noſtri, Ieſu Chriſti, interuenire pro me digneris apud illum cuius meruiſti effici templum.* Definit prætereà actio ſexta ſynodi Nicenæ ſecundæ in hunc finem: *Igitur cùm, timore Dei, omnia agamus, poſtulantes interceſſiones incontaminatæ Deiparæ, & ſemper virginis dominæ noſtræ Mariæ*, &c. Conſtat denique Arrianum fuiſſe, ſtercoroſum illum Imperatorem Conſtantinum Copronymum, qui publico edicto ſtatuit nè quis Mariæ interceſſionem imploraret. Blaſphemias eius refert Suidas in verbo, Κωνσταντῖνος. Plurima etiam Cyrillus homil. 6. apud quem, & cæteros qui ante & poſt Iuſtinianum ſcripſerunt, tam frequens eſt denominatio τῆς κυρίας, καὶ δεσποίνης, cùm S. virginem memorant, vt mirum eſſe non debeat cur eccleſiarum magna pars quæ in metropolibus, non Mariæ nomine, ſed *Dominæ noſtræ*, ad noſtra hæc iſta tempora, appellata ſit.

LEX 2.

§. 2. *Iubemus vt in tractu, qui eſt contra Hiſpaniam, qui Septa dicitur, quantos prouiderit tua magnitudo, de militibus vnà cum tribuno ſuo, homine prudente, & donationem ſeruante Reip. noſtræ per omnia conſtituas, qui poſſint & ipſum tractum ſemper ſeruare, & omnia quæcumque in partibus Hiſpaniæ, vel Galliæ, ſiue Francorum, aguntur, viro ſpectabili, Duci nunciare, vt ipſe tuæ magnitudini referat. In quo traiectu etiam dromones, quantos prouideris, ordinari facias.*

Singularis hic textus ad limitaneos milites de quibus titulus, de fundis limitroph. inf. lib. 11. ac tit. de terris limitan. Cod. Th. vide & apud Suidam in verbo, λιμιτοδμαῖος, Lamprid. in Alex. Seuer. qui locus vulgatus, & apud auctorem de rebus Gallicis, qui extat hodie ad calcem libri, de notitia imperii. Plura dicam, Deo auſpice, ad illum tit. de fundis limitroph. Cùm autem ex noſtra hac l. atque ex Agathia, qui patronus olim Conſtantinopolitanus, conſtet plus ſatis Gallos, ætate Iuſtiniani, obnoxios non fuiſſe imperio Romano, exigit præſertim locus tam idoneus vetera quædam virtutis Gallicæ argumenta, quæ cùm, teſtante ipſo M. Catone, libro de originibus, & Soſipatro lib. 2. Grammatic. duas res induſtrioſiſſimè perſecuta ſemper fuerit, rem militarem, & argutè loqui, ferè literatorum nemo neſcit quantos olim terrores nationum reliquarum animis iniecerit. Primùm enim Ariſtoteles lib. 3. Ethicor. cap. 7. vocat eos φιλοκινδυνοτάτους, id eſt, periculorum amantiſſimos, quòd neque motus terræ, neque fluctus æquoreos pauèſcerent, μήτε σεισμούς, μήτε κύματα, ait ille, qui & rurſus eam de ipſis bellicam famam audiuerat, vt lib. 7. politic. cap. 2. ſcripſerit innatum eis eſſe vt poſſint bello, & armis plura ſemper ſibi quærere: ἐδύναντο, inquit, πλεονεκτεῖν, καὶ ἡ τοιαύτη τετίμηται δύναμις ἐν αὐτοῖς. Iuſtinus lib. 24. 25. 26. 27. & 32. tanti facit militares eorum animos vt loquatur lib. 25. in hæc verba: Reges Orientis, pulſi regno, ad alios quàm ad Gallos non confugerunt: tantus terror Gallici nominis, ſiue armorum inuicta fœlicitas erat, vt aliter neque maieſtatem ſuam tutam, neque amiſſam recuperare ſe poſſe, ſine Gallica virtute, arbitrarentur.

——— *dat Gallia robur*

Militis.

apud Claudian. in laude Serenæ. Longè autem anteà dixerat Cicero in Aruſpic. reſponſis, artibus Græcos, Gallos robore, Hiſpanos numero, Pœnos calliditate valere. At verò & maior Plin. lib. 33. cap. 1. vbi Gallos cum auro maximè pugnare ſolitos refert. Quinimò & cum parêrêt Romanis, teſtatur Procopius lib. 5. de bello Gotico, percuſſiſſe eos numiſma aureum effigie Gallica, non Imperatoria, quicquid in contrarium apud cæteras gentes fieret. Atque hoc, ait Procopius, in argumentum libertatis patriæ, quæ eiuſmodi ſemper fuit, vt nec in hunc diem Romanos Cæſares veneretur Gallia, quod latè Chopin. lib. 2. tit. 1. de doman. finem denique facio ex his quæ tribuuntur à quibuſdam Rabano, archiepiſcopo Moguntino, vel, vt malunt alii, Alcuino, præceptori Caroli Magni, quæ & repetit Rupertus Tuitienſis in cap. 8. Apocal. *Quamdiu Francorum Reges durauerint, qui Romanum imperium tenere debent, Romana dignitas ex toto non peribit, quia in Regibus ſuis ſtabit.* Addit verò idem Alcuinus ex antiquiorum ſcriptis, in hæc verba: *Vnus ex Regibus Francorum Romanum imperium ex integro tenebit, & ipſe erit maximus, & omnium Regum vltimus.* Plura in id eod. illo tractatu quem Alcuini eſſe aſſerit vir doctiſſ. Io. Sauaro, habétque manuſcr. eo nomine.

Qui ſepta dicitur.

Traiectus ille Hiſpaniæ appellatur hodie, ***Seuta***, paucis milliaribûs diſtans à freto Herculis, cui nomen, ***le deſtroict de Gibraltar***. Hiſpani verò & nunc occupant in ora partis illius Africæ quæ Mauritania Tingitana dicitur. Ciuitas eſt, condita olim à Romanis in Promontorio. Gotofredus notauit indiſtinctè traiectum dici, Gibraltar. Sed errorem facillimè aperient mappæ hydrographicæ, chartæ Aphricæ, & Hiſpaniæ quas propterea conſuluimus, facta earum copia à Io. Monſigotio, in Senatu patrono, ſolertiſſ.

Dromones.

Explicat Procopius lib. 1. de bello Vandilico, ait enim eſſe nauigia ſupernè tegminibus contecta, nè remiges ab hoſtibus legi poſſint. Dicuntur autem dromones, quaſi curſoriæ, excurrere enim celeriter poſſunt: dicimus vulgò nos Galli, *fuſtes.*

---

§. *In Sardinia.* *Sicut ex clauſuris, & burgis oſtenditur.* Item, *Ciuitates, quæ prope clauſuras, & fines anteà tenebantur*, &c.

Interpretantur hunc §. Briſſonius, Cuiacius, & Pet. Pithæus ex variis locis: Duos ſelegi, alterum ex Luitprandi lib. 3. de rebus per Europam geſtis, alterum verò ex Iſidori lib. 9. cap. 4. cùm ad Galliæ noſtræ hiſtoriam faciant. Agunt enim de Burgundionibus qui, ait Luitprandus, quoniam domorum congregationem, quæ muro non clauditur, burgum vocant, Burgundiones à Romanis appellati ſunt, id eſt burgo expulſi. Burgarios etiam à Burgis dictos notat Iſidorus, nimirùm à crebris per limites conſtitutis habitaculis, ſubindéque adiicit de Burgundionibus in hæc verba: Burgundionum genti inhæſit nomen quos quondam, ſubacta Germania, Romani per caſtra diſpoſuerunt. Originem à Gotis repetit Agathias lib. 1. Longè plura de his San Iullianus in Annalib. Burg. Quantum ad clauſuras, ſeu cluſuras, Cuiacius lib. 3. obſeru. cap. 24. & Pet. Pith. cap. 14. lib. 1. aduerſar. docent ex Suida, fuiſſe ὀχυρώματα τῶν εἰσβάσεων in Romani imperii limitibus: quod interpretatur optima ratione Curtius de anguſtiis adituum regiones aperientibus. Nec propterea tam impropriè cluſuras iſtas retulerimus ad arces limitaneas, vulgò dicimus, ***places frontieres***, de quibus compone etiam textum in §. quantos milites. hac ead. noſtra l. 2. & l. per prouincias. de ædif. priu. inf. vbi plura dicturus ſum ex vſu Gallico, quatenùs ſcilicèt, & quibus arces conſtruere liceat. Denique vt burgum factum à, πύργος, quod turrim ſignat, eruditi ſciunt, vnde & Vegetius caſtellum quoduis paruulum appellatum fuiſſe, Burgum, ſcribit lib. 3. cap.

10. ita

10. ita etiam nemo non dixerit, manaſſe illinc voces Gallicas, *bourg*, *bourgade*, *bourgeois*, *bourgeoiſie*. Taceo de exteris apud quos & iſta.

---

§. *Pro limitaneis ordinandis neceſſarium nobis videtur vt, extra Comitatenſes milites, qui per caſtra ſunt, milites limitanei conſtituantur, qui poſsint & caſtra, & ciuitates limitis defendere, & terras colere.* &c. Et poſt, *Nullum audeant duces, aut tribuni commeatalem de ipſis dimittere. Nè, dum ſibi lucrum ſtudent conficere, incuſtoditas noſtras relinquant prouincias. Quoniam ideò ordinati ſunt milites, vt per ipſos prouinciæ vindicentur.*

Pertinent hæc rurſus ad tit. de fund. limitr. lib. 11. vt & ſup. de §. 2. legis huius ſecundæ diximus, qui textus proinde cum iſto componendus eſt ad intermittendas numquam, laxandáſue curas ab iis quibus arx aliqua, præſertim limitanea, commiſſa eſt. Ad hoc enim diſpoſitæ erant legiones in imperii finibus

Quò nè per vacuum Romano incurreret hoſtis.

qui in eiuſmodi locis viuunt, in perpetuo mortis confinio ſunt, quaſique in peculio Proſerpinæ,

——— *nos præda furentum*
Primáque caſtra ſumus,

apud Lucanum. Vt ergo attentiùs proſpicerent ſi etiam ſua rura defenderent, refert Lampridius donaſſe Alexandrum Seuerum limitaneis ducibus, ac militibus prædia quæ de limitaneis hoſtibus capta eſſent. Quo exemplo pleniſſima apud nos, & vrbium eiuſmodi quarumdam ciuibus immunitas, vel ad iura vſque feudalia, data eſt, vt tantò vigilantiùs ſeruent, ac defendant patrium in re propria limitem. In quo tamen infœlix fuit Samarobriua Ambian. capta nimirùm ab Hiſpanis an. 1597. ob incuriam: receptaq; eſt periculoſa obſidione, maximóque totius regni periculo. Arcem proptereà paulò pòſt Henricus Magnus in parte vrbis lectiſſima condidit verſus hoſtile belgium, vt munitiſſimæ, ac inuictiſſimæ cluſuræ in extremis regni cuiuſque partibus erigi, conſtruíque ſolitæ ſunt, nè de improuiſo irrumpat, incautoſque opprimat hoſtilis impetus. Habent & ex ea cauſa Chriſtiani ſtatione in perpetua, & cuius ſaxum inexuperabile, Melitenſes equites, vt tanquam Thermopylarum ſeruent aditum, arceantque tyrannum, monſtrúmve potiús Aſiæ nè in Europam irruat. Comitatenſes autem, de quibus in textu, cenſet Briſſonius eos eſſe qui comitatui conceſſi ſunt, dixerimus, *la compagnie d'vn tel ſeigneur.* De Commeatali nemo, præter Gotofredum, attigit: putat ille eum eſſe qui, in ſtipendij partem alimenta accipit ex commeatu, atque alimento publico. Res tamen valde incerta eſt, de qua nihil apud Cuiacium.

Ideò ordinati ſunt milites, vt per eos prouinciæ vindicentur.

Prætermiſſo quod immenſum apud auctores, dicam in tranſcurſu inſtitutas ex ea cauſa fuiſſe in hoc regno legionarias cohortes anno 1534. nouamque in id tributi ſpeciem, quæ & in hunc diem inter cæteras ſupereſt, legionibus tamen eiuſmodi iamdiu ad alios militandi vſus tranſlatis, aut obſoletis potius, ac ſublatis. Dixi ad l. congruit. de off. præſ. ff. totum enim id hodie rectoribus prouinciarum, arciumque præfectis creditum eſt.

Nè dum lucrum ſtudent ſibi conficere, &c.

Emi cœperunt maximè ſub Henrico III. & limitanearum, & cæterarum quarumcumque arcium imperia. Quanto autem id malo publico, nemo non videt, querelæque de eo ingentes nuper in comitiis anni 1614. & 1615. apud dominam rerum

Lutetiam. *Sola enim tunc cura peculi, furórque lucri impius.* In quo & memini doluiſſe iſtud ſummopere vniuerſos Gallos an. 1597. cùm audiſſent expugnatum ab Hiſpanis intra octo dies Caliſium ob neglecta adeò aggerum munimenta, murorumque inſtaurationes, ac præcipuarum turrium, vt nè quidem Riſbanæ turris, quæ proximo in aditu eminet, refecta labes fuerit quam fecerat Dux Viſius an. 1555. quo Britanni illa tandem vltima regni totius cluſura pulſi ſunt, facillimuſque ex eo factus eſt obſeſſoribus impetus quem aliâs operoſiſſimum, ac periculoſiſſimum aduerſus generoſiſſimos ciues, quorum & tunc maxima pars interiit, habuiſſent.

---

§. vlt. *Annexa declarat notitia.*

Item, *quorum nomina in ſubiecta notitia continentur,* &c. *&* pòſt, *notitia conſuetudinum quas in ſacro laterculo, & in prætorio ampliſſimæ præfecturæ, & in officio magiſtri militum, pro tempore, dux præbere ſolet vniuſcuiuſque militis.*

Notitiæ verbum hîc intelligendum eſt de breui, ſeu libello, in quo deſcriptio officialium adminiſtrationis cuiuſque continetur. Hinc & libellus, qui de ſtatu imperij tractat, notitia Imperij Romani inſcribitur. Hinc verò etiam inuentarium bonorum dici poſſit notitia. vocatur enim ea ratione ſynopſis in l. magis puto. §. non paſſim. vbi locus ille reſtitutus eſt ex pand. flor. ff. de reb. eorum qui ſub tut. vel cu.

TIT. XXVIII. DE OFFICIO PRÆFECTI VRBI.

LEX I.

Nè præfectura vrbis abrogatum ſibi aliquid putaret ſi totum ad officium annonarium redundaſſet: eidem præfecturæ ſollicitudinis neceſſitatem mandamus, ſed non ita vt lateat officium annonariæ præfecturæ, ſed vt ambæ poteſtates, in quantum ſibi negotij eſt, tueantur ciuilem annonam: ſitq́ ſocietas muneris: ita vt inferior gradus meritum ſuperioris agnoſcat: atque ita ſuperior poteſtas ſe exerceat, vt ſciat ex ipſo nomine quid præfecto debeatur annona.

Sic igitur concurſu mutuo cognoſcebant præfectus vrbi, & præfectus annonæ de re annonaria, de qua tamen vt quæ potiſſimùm præfecto annonæ deberetur, vide Caſſiod. lib. 6. cap. 18. in formula præfecti annonæ. Hodie ſolius propræfecti Pariſienſis notio illa eſt niſi in certis annonis quas exponit Sequana, vt dicatur nempe illis primum pretium. Hoc enim quatenus præfecti mercatorum ſit, ſuprà diximus. Allegatur autem de more hæc conſtitutio ad præfiniendas inter ſe iudicibus, quibus conſiſtant, metas: aut, vt valdè propriè vernaculo noſtro loquimur, *pour les reglemens entre Iuges, & comme les Iuſtices ſuperieures, & generales, ont droict de preuention ſur les inferieures, & particulieres*, de quo iunge l.5. de off. rector. prouinc. & Nou. 24. de Præſide piſidiæ, cap.1. maximè in eis verbis, & videntes quòd neuter ad plenum ſorte ſua contentus fuerit, ſed ex ea cauſa per quaſdam noſtras prouincias, in quibus tam ciuilis quàm militaris magiſtratus exiſtit, ſemper inter ſe rixentur, ſemper pugnent, non quò ſubditis boni aliquid faciant, ſed quò eos magis atterant, &c. Plura in hoc ipſum Car. Loyſ. tract. 1. qui inſcribitur, *de l'abus des Iuſtices de village.* Valitura eſt deinde conſtitutio, ſi qui prior iudicat, nihil morante appellatione, ſuam executioni ſententiam mandauerit in caſibus non exceptis à l.2. de feriis. ff. præclarè enim in hoc D. Auguſtin. epiſt.

136. &c

136. & 137. *In ipſis cauſis ſecularibus*, ait, *quando ad maiorem poteſtatem refertur arbitrium iudicandi, manentibus, ſicuti erant, omnibus rebus, expectatur illa ſententia vnde iam non liceat prouocari, nè ſuperiori cognitori fiat iniuria, ſi, pendente relatione, aliquid fuerit commutatum.* Hoc dicimus nos Galli vernaculo forenſi, *vn attentat.* Notanda verò etiam eſt ipſa hæc conſtitutio in eos qui cum inferius aliquod feudum, nulliuſque Iuriſdictionis particeps, intra maioris feudi metas habeant cui aliunde Iuriſdictio triplex competit, qualem prouinciales mores ſtatuunt, tamen quia idem fortè nomen vtrique feudo eſt, denominari ſe indefinitè ex tota illa ditione geſtiunt. Frænos enim eiuſmodi ambitioni iniecit Senatus, vt patronis feudalibus vetuerit, quibus nulla Iuriſdictio eſt, nè aliud ſibi nomen faciant niſi ex feudo quod in hac, vel illa ditione ſitum eſt; atque vt res explicetur clariùs idiomatè patrio, *l'on a iugè que le ſeigneur haut Iuſticier peut faire defenſes à vn qui aura vn fief au dedans de ſa terre, de ſe qualifier autrement que ſeigneur d'vn tel fief, ſis en vne telle terre.* Ita decretum an. 1611. 24. Ianuar. in maiore auditorio, perorantibus Melchiſed. Garnerio, & Iac. Talæo, Audemari filio, inter ſanctimoniales muſſetianas, & equitem Boſſicrium, in conſuetudine Syluanectenſi. Hoc & ipſum iamdiu obtinuerant Budæi aduerſus Willerm. Meldenſem qui ſibi nomen Marliani agri arrogauerat, quia feudum inane, citráque Iuriſdictionis vllius notam haberet in magnæ illius Marlianæ ditionis territorio quæ Budæorum erat, & quam magnus ille Will. Budæus, eorum auus, deſcribit in Græcis ſuis epiſtolis. Perorabant in ea cauſa Riantius, & Berthius. Aſſeruo vnicè in aduerſariis meis areſtũ quod ex actis curiæ, adiectis patronorũ actionibus, exſcriptum eſt. Quod autẽ ſubiicitur in textu de nomine præfecti annonæ, vt quod admonere debeat præfectum vrbi, nè inane efficiat officium annonarium, idem argumentum aſſumit tragicus in herc. fur. ſub perſona Iunonis, cùm ait,

Soror tonantis, hoc enim ſolum mihi
Nomen relictum eſt.

queruntúrque in hunc modum D. Auguſtinus, & alij de Epiſcopis quos adminiſtrationis ipſius nomen monere officij ſui debeat vt attentiùs ad greges ſibi commiſſos aduertant. Epiſcopatus enim, nomen eſt oneris, non honoris, ait D. Auguſtinus, lib. 19. cap. 19. de Ciuit. Dei. Vide etiam textum ſingularem in l. 5. inf. de defenſor. ciuit. de argumento nominis.

Lex 3.

Præfectura vrbis cunctis, quæ intra vrbem ſunt, antecellat dignitatibus, & poteſtatibus, tantum ex omni parte deriuans quantum ſine omni iniuria, ac detrimento honoris alieni vſurpat.

Quanta fuerit præfecti vrbis auctoritas, vel ex eo facilé quiuis coniecerit, quòd in Senatu ipſo præſideret: vide Caſſiodorum lib. 6. cap. 4. in formula præfecturæ vrbanæ, & Cuiacium ad l. 3. de conſulib. lib. 12. perſequor cætera ad hunc eund. tit. ff. & tit. de off. vicar. inf. hoc lib. 1. ex variis quæ ad vſum Gallicum.

Lex vlt.

Primicerius tuæ ſedis officij curam per biennium ſuſcipiat: qui ſi quacumque ratione militiæ gradum amiſiſſe monſtrabitur, ſolitæ ambitionis iniuria vacante, locum is qui, iuxta matriculæ veritatem ſequitur, obtineat.

Inſcribitur ad præfectum prætorio: collocata autem ideò eſt, vt veriſimile ſit, ſub hoc titulo, quia agit potiſſimùm de debitis honorum, per gradus, & fines præfinitos, prærogatiuis, quod ex ſuperioribus legibus planum eſt. Compone titulum, vt dignitatum ordo ſeruetur, legem 1. de conſulib. lib. 12. Cod. legem, ſi quis in archiatri defuncti locum. de profeſſorib. lib. 11. titulum, de albo ſcrib. ff. in quibus tamen aduer-

Digitized by Google

tendum hoc, matriculæ videlicèt ordinem ſeruari quidem inter iudices, vt alij aliis, continua ſerie, ſuccedant, quatenus qui priùs recepti ſunt, moriuntur, aut magiſtratu ſuo excedunt. Sed apud nos excipitur ſemper caput, ſeu princeps ordinis, cuiuſmodi eſſe videmus in ſupremis curiis ſummos Præſides, ſeu Principes, atque in præfecturis legatos, proprætectos,& ſimiles. Regia enim illa cura, electióque eſt, vbi de ſufficiendo agitur qui præſit vniuerſo ordini, ceſſatque eo caſu locus matriculæ.

TIT. XXIX. DE OFFICIO MAGISTRI MILITVM.

Budæus ad tit. de off. præf. prætor. ff. hanc dignitatem refert iure optimo ad Comitem ſtabuli, vt cui, in noſtra Gallia, totius rei militaris cura commiſſa ſit. Maniſeſtiſſima in hoc ſunt edicta regia præter rerum noſtrarum ſcriptores claſſicos, inter quos præcipui fuerint Tillius, & Præſes Falcetius: licèt tamen noſtris moribus, illi magis conueniat nomen magiſtri equitum: quod etiam in clariſſ. Iac. Thuani hiſtoria, ad hoc ipſum frequenter legitur. Dixi quantum ſit ſatis ad tit. de off. præf. præt. ff.

Lex 3.

Vltra ſtatutos.

Hoc dicimus, ***outre le nombre de ceux qui doiuent eſtre en quelque ordre de Iuges, d'Aduocats, Procureurs***, &c. Vide l. vlt. de off. magiſtri officior. & Cuiac. ad tit. de Aduoc. diuerſ. iudic. inf frequentes de ſupernumerariis iſtis cauſas in maiori auditorio vidimus: totum verò id arbitrij, prudentiæque eſt iudicantium, vt nè quid malo more, καὶ κατὰ τὴν τῆς συνηθείας παραλογισμὸν, fiat, quod dixit Chryſoſtomus ad cap. 4. epiſt. 1. ad Corinth. homil. 12.

Lex 4.

Milites de locis, in quibus conſiſtunt ad alia loca, ſine ſpeciali noſtræ ſerenitatis auctoritate, nullatenus transferri præcipimus.

Notandum ad tranſlationes militum quas fieri non licebat niſi cauſa cognita. Quod hodie longè ſecus in tranſlationibus monaſticis, vt quæ fiant & citra cauſæ cognitionem, ac dicis cauſa, ſolóque nomine, ad obtinenda videlicèt huius, vel illius monaſterij indebita beneficia. Dixi de vſu Gallico ad tit. de ſeru. fugit. ff. & ad tit. de Epiſc. & cler. ſup.

Lex vlt.

Sed etiam de præſentalibus,&c.

Ammianus Marcellinus lib. 14. dicit non, *præſentales*, ſed, *præſentes*: notitia imperii, *præſentiales*: meminitque Simocatta lib. 1. hiſtoriæ Mauricianæ, armatam quamdam Ducis militaris dignitatem qui peculiari nomine dicebatur, Præſens. Verba eius ſunt: τὴν τοῦ Πρεσεντὸς, τὴν παρὰ Ῥωμαίοις λεγομένην ἔνοπλον ἡγεμονίας τιμήν. Vocabantur denique præſentales equitum magiſtri, de quibus hîc, qui in præſenti erant: dicimus, ***qui ſont en quartier, & en ſeruice***: in actu. quod nec omiſit hîc Gotofredus. plura etiam ad eam vocem Briſſonius. Perpetuum autem, miſerumque aulicorum omnium cùm ſit iugum, vt quos ſemper eſſe oporteat ſub conſpectu Principis, præſtóque eſſe ſemper actibus, nè ſibi ipſis deſint, quod præclarè, ac dilucidè lex vn. de Caſtrenſi omnium Palatinor. pecul. tit. 31. lib. 12. Cod. ideò & perpetuum habent ex neceſſitate illa miniſterii,

ad cæ-

ad cætera omnia onera immunitatis præmium. Et quamuis ad ſolos ferè Conſiſtorianos Comites referendas eſſe excuſationes à tutelis nonnulli dixerint ex l. Iuriſperitos. de excuſat. tut. ff. tamen & iſtud etiam tutelarum priuilegium ad ſacelli regii ſymphoniacorũ præfectos protulit ordo ampliſſimus in publicis cauſarũ actionibus anno 1615. die 24. Nouẽb. nempe ex ratione tam d. l. vn. de caſtr. omn. palat. pecul. quàm d. l. Iuriſperitos. Sic verò & fruuntur apparitores decuriæ ratiociniorum, ac magni conſilii, putà ob iuge eorum miniſterium, cum tamen ſit ſecùs in præfectis ipſis ratiociniorum, & iis qui à rationibus ſunt, ſeu auditoribus, vt loquimur. Sic & decani militiæ vrbicæ Pariſ. atque alii de quibus. dixi ad l. milites. & ad l. qui mittuntur. §. vlt. ff. ex quib. cauſ. maior. Perorabant in cauſa illa Symphoniacorum ſacelli Principis Germ. Feronius, & Pet. Tuſchesius: appellabaturque qui obtinuit in cauſa, Fabricius.

TIT. XXX. DE OFFICIO QVAESTORIS.

Lex I.

Ad quæſtorem inſcribitur in hęc verba: *Totius minoris laterculi curam ſcias ad tuæ ſublimitatis ſollicitudinem pertinere: ita vt tuo arbitrio & ſcrinio memoriæ totius minoris laterculi dignitates, hoc eſt præfecturæ*, &c. *iuxta conſuetudinem priſcam, clementiæ meæ auctoritate deinceps mittantur.*

Quid ſit laterculum, duplexque illud fuiſſe, maius ſcilicèt, & minus, cùm doceant Cuiacius ad l. 13. comperimus. de proxim. ſacr. ſcrin. lib. 12. & ad Nouell. 8. atque Briſſonius in voce, laterculum: vix tamen habemus hodie quod eò accedat in re quæſtoria. Quantum ad ſcrinia de quibus etiam in textu, ac in locis ſuprà citatis, ſpeciem aliquam eorum exhibent duæ illæ officinæ codicillares, quarum alteram maiorem, alteram minorem cancellariam dicimus: deſcribit viatoria maioris ſcrinia Budæus ad l. nec quicquam. ff. de offic. proconſ. Vt autem totus hic titulus eſt de cancellario imperii, nemo hactenus, quod ſciam, interpretatione idonea aperuit cur, ætate Iuſtiniani, appellaretur Quæſtor, variauitque apud nos tanti magiſtratus appellatio. Diu enim, atque initio ferè naſcentis regni Francici, nulla alia quàm referendarii appellatio fuit, vt diſcitur ex Gregor. Turon. lib. 10. cap. 20. & Aymoino lib. 4. cap. 4. plurimùm ſe torquet Bud. ad tit. de off. præf. prætor. vt reperiat à quo tẽpore Cancellarius dictus ſit, & cur, atque vnde nomen illud manauerit. *Nondum*, inquit, *regnante Philippo* II. *qui Auguſti cognomentum meruit, Cancellarius erat.* Sed quantopere fallatur, peregrineturque tantus vir in re ſua Gallica, docebit ad plenum Hincmarus, archiep. Rhemenſis, epiſt. 3. cap. 16. Cùm enim floreret ille ſub Carolo Magno, & Ludouico, eius filio, Imperatoribus an. Chriſti 800. ſcribit in hæc verba: *Apocriſiarius, quem noſtrates Capellanum, vel palatii cuſtodem appellant, omnem clerum palatii ſub cura, & diſpoſitione ſua regebat. Cui ſociabatur Summus Cancellarius, qui à ſecretis olim appellabatur, erántque illi ſubiecti prudentes, & intelligentes, ac fideles viri qui præcepta regia, abſque immoderata cupiditatis venalitate ſcriberent, & ſecreta illis fideliter cuſtodirent.* Hactenus Hincmarus. vide etiam, ſi lubet, Conſtantinum Porphyrogennetam. Nou. 10. vbi ſummus cancellarius appellatur πρωτοκαγκελλάριος. Quinimò diplomata, monumẽtáq; reperiũtur in priſcis archiuis lõgè plurima quæ hoc ipſum de celebri illo ſummi cãcellarii nomine teſtãtur. Non pauci à cãcellis deducunt per quos, imperãte primùm Regum familia, porrectas hinc illinc à circumſtãtibus ſupplicationes accipere ſoleret magnus regni referendarius qui & poſteà cancellarius dictus ſit. Sed narrantur in eo velut ægri ſomnia à noſtris chronographis, quæ proinde attigiſſe ſit ſatis. Aliis magis placet factum fuiſſe nomen à cancellando, quia nempe cancellarii cancellare, & concidere adacto cultro pennario poſtulata iniqua ſoleat. Suſpicatur hoc Budæus, licèt alioqui cancellationis verbum parùm Latinum eſſe adiiciat.

Tenuis iſta nihilominùs appellatio eſt, ait, *atque apud alias gentes proculcata, apud Gallos verò honorificentiſſima.* Sic ille, qui & eodem loco Cancellarium vocat, honorum verticem. Quàm verum autem id, nemo non videt. Theſaurus enim eſt famæ publicæ, μέγας λογοθέτης, legum præſidium, iuris aſilum, morum, inſtitutorumque ara, æqui, bonique columen, ſummus ſuperiorum regni tribunalium, vnde nec immeritò Iuris præfectum dixit Paul. Æmylius: ὅτι γὰρ τὰς ἀρχὰς ἐπαναγκάζει τοῖς νόμοις χρῆσθαι, quod etiam de Nomophylacibus Athenienſibus Suidas, & Harpocratio. Vniuerſa hæc vt de quæſtore ſacri palatii ferè tradit in Rom. imperio vetuſtas, conſule Cuiacium ad l. 2. de petition. bon. ſubl. lib. 10. & in paratitl. ad tit. de aſſeſſ. domeſt. & Cancell. Pe. Pithæum lib. 2. cap. 12. aduerſar. Caſſiodor. lib. 5. ep. 3. lib. 6. ep. 5. lib. 8. ep. 13. & 18. lib. 11. ep. 6. ipſumque Lazium in commentar. Reip. Rom. Accedat verò quod præ omnibus ſingulare eſt, numquàm ſcilicèt apud nos auferri dignitatẽ Cancellario niſi ob crimen, latóque iudicio, vt in Will. Poyetio viſum eſt ſub Franciſco I. Si tamen adimatur regni annulus, vt ab 80. annis ferè ſemper contigit, ingens tunc fungenti, ab ipſa annuli cuſtodia, titulus: iacétque ſecedentis quaſi intermortua poteſtas. Prætereo quę de quotidianis, déque vario, & priſco tanti apud nos magiſtratus proceſſu accurauit Pet. Miralmontius, vir eruditus, in Palatinis curiarum opuſculis. Longius enim eſſet, nec forſan abſque tædio, meum hocce limatum, καὶ ἀλγεινὸς, ſcholium.

TIT. XXXI. DE OFFICIO MAGISTRI OFFICIORVM.

Tria ſunt quibus hodie Palatinum iſtud magiſtri officiorum nomen applicari debeat. Eiuſmodi enim fuerit qui fabricis bellicis præeſt, dicimus vernaculo Gallico, *le grand maiſtre de l'artillerie.* Eiuſmodi etiam quem vocamus, *le grand maiſtre de France, qui a la ſurintendance entiere ſur les Officiers de la maiſon du Roy*, verè dux Palatinorum ordinum: ſic enim Zoſimus lib. 2. ἡγεμόνα τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων ὄντα, μάγιστρον τῶν ὀφφικίων καλοῦσιν οἱ Ῥωμαῖοι. Textus in aliquo deprauatus eſt, vide & lib. 4. & 5. ibidem. Eiuſmodi denique quatuor illi Palatini ductores ſub quorum diſpoſitione ſunt ſacræ protectorum excubiæ: Dicimus, *les quatre Capitaines des gardes du corps du Roy.*

Lex I.

Ad ducenariam, & centenariam, & biarchiam nemo ſuffragio, ſed labore vnuſquiſque perueniat: principatum verò adipiſcatur, matricula decurrente: ita vt ad curas agendas, & curſum illi exeant, quos ordo militiæ vocat, eorum laborum adiutor. Præterea in quo totius ſcholæ ſtatus, & magiſtri ſecuritas conſtituta eſt, idoneus probitate morum, ac bonis artibus præditus, noſtris per magiſtrum obtutibus offeratur, vt noſtro ordinetur arbitrio.

Hinc ferè ſemper de more in præfecturis obſeruantur tantò magis mores, ætas, peritiáque eius qui præficiendus eſt. Sic, inter cætera, videmus Proſeneſcallos, maioreſque iudices in prouinciis, numquam admitti, niſi peritiæ ſuæ, ſcientiæque iuris periculum, in ſupremis curiis, fecerint: ac niſi inſuper triginta annos exceſſerint. Quinimò & in ipſis ſuperiorũ tribunaliũ infulatis Præſidibus quadraginta annos præfiniunt edicta regia; neque vnquam annariis illis legibus derogatum eſt, niſi tanta aliunde & virtus, & ſolertia, prudentiáque eius qui ambit, perſpecta, probatáq; ſit, vt, quod olim de Auguſto facto ante ætatem conſule, annos præuenerit ſenilis prudentiæ dignitas: præclarè hoc Caſſiodorus lib. 9. Var. epiſt. 7. & D. Ignatius epiſt. 3. οἳ ἂν δοκῶσιν ἄξιοι εἶναι, ait Xenoph. lib. 4. κύρ. παιδ. de iis qui apud Perſas ad munera publica, honores,

res, magiſtratuſque admittebantur. Tota verò etiam eſt huius legis primæ ſpecies in deligendis idoneis ſcholæ aulicæ, ſub magiſtro officiorum, ductoribus, ad expedienda ſcilicèt domus Auguſtæ quotidiana negotia, atque vt nihil deſit ex aſſiduo, & ſpeciali ſingulorum agentium in rebus officio. Ducenarios enim ducentis miniſtris aulicis præfuiſſe, centenarios centum, conſtat manifeſtiſſimè ex hoc textu, atque ex Vegetio, lib. 2. quod & attigit Langlæus in otio ſemeſtri lib. 13. cap. 2. latè autem Briſſonius in dictionibus, centenarij, ducenarij. Biarchi etiam, qui nimirùm curabant annonam aulicam, varias hinc illinc ſibi comparabant operas, vt annona palatina æquali ſemper ope decurreret: vocare ſolemus, *prouuoyeurs*. Tria igitur exigit Conſtantinus, primum eſt, vt ducenarij illi, centenarij, ac biarchi eligantur ab omni agentium in rebus ſchola, deinde vt nominentur à magiſtro officiorum, quo poſteà renuntiante ille tandem ex electis, nominatiſque aſſumatur quem idoneiorem, vtilioremque Imperator exiſtimauerit. Totum id hodie, quoad eiuſmodi miniſtros rei annonariæ aulicos, in arbitrio eſt, & cura magiſtri officiorum, cuiuſmodi eſt Illuſtr. Comes Sueſſionius. Veriſimile autem ſit, cùm doctiſſimus ille Mich. hoſpitalius regni annulum teneret an. 1560. & 1566. ſancitum fuiſſe imitatione huius textus, conſtitutionibus, Aurelianenſi, artic. 35. & 39. ac Molinenſi, art. 9. & 11. vt electis, nominatiſque tribus ſpectatæ vitæ, ac peritiæ viris, ſubrogaretur quem magis probaret Princeps in locum vel Senatoris defuncti, vel maioris alicuius Iudicis quem prouinciales ſucceſſorem expeterent, ſed admittere hoc non potuit fracti ſeculi impotentia, vitioſioriſque ætatis colluuies. Auteæ enim mox compertæ ſunt eiuſmodi electiones, gratioſæ, fucoſæ, optimatumque amicitiis, & ambitionibus, auaritiáque corruptæ quibus infrunitos homines, taciris, emotiſque optimis ſufficere, admouere, ac laudare redempto ſuffragio compendij in partem præſentiſſimi fuit, itavt vileſcentibus intereà edictis quibus cauſam dederant intorti mores, quod & ipſum de Eccleſiaſticarum electionum commerciis prætexit fuſiſſimè Leonis X. ac Franciſci I. pactio, tit. de regia ad prælat. nomin. facienda. Ex qua tamen quaſi apertis valuis in peius poſteà itum eſt, itavt hodie, ad partem maximam, (plures enim eruditi, ac religioſiſſimi) non Epiſcopos, & Abbates, ſed caſſas tantummodò imagines dignitatum habeat ferè paſſim viduata Paſtoribus Eccleſia. Adeò magni illi duo medici, qui ad eam curandam conuenire ſe profeſſi ſunt an. 1517. τὸ ἀφάρμακτον, quo conualeſceret, inualeſcēte iampridem malo, componere non potuerunt. Quantò melius, tutiuſq; ſi ageretur ex commentario principis quale refero ad l. abeſſe. ſup. ex quib. cauſ. maiores.

Lex 2.

Is gradu cæteros antecedat quem ſtipendia meliora, vel labor prolixior fecerit anteire.

Ius tamen ex albo, ſeu matricula ſemper hodie præcipuum eſt etiam aduerſus eos qui maioribus ſtipendiis decorati ſunt, vbi de præcedendo agitur. Seruatur hoc non modò in academiis iuris inter antecestores, ſi accerſatur aliquis, eique augeantur ſtipendia ob meritum, ſed & in Academiis literarum reliquis inter Doctores Regios. Soli Andreæ Tiraquello indultum eſt ſingulari Franciſci I. beneficio qui eum per famam nominis, cùm doctiſſimos iam de vtroque retractu libros edidiſſet, in Senatum Pariſienſem ex Fontenacenſi tribunali Pictonum allegerat, vt, quia prouectæ ætatis erat Iudex, anteiret, iure matriculæ inſuperhabito, natu minores Senatores cæteros.

Lex 3.

Quicquid ad fouenda, ſeruandáque ſcholarium priuilegia poſtulatur, ſtatim credimus admittendum. Ideóque viris ſpectabilibus, comitibus ſcholarum, verberandi, degradandique Senatores, & ducenarios licentiam denegamus. Ea namque quæ tali commotione digna

ſunt, ad tuæ ſublimitatis volumus referri notitiam.

Vtuntur plures hoc textu ad priuilegia Academiarum, vt quibus fauor ſemper maximus impendi debeat, iuxta §. ſi quæ. ſup. de Iuſtin. Cod. confirm. & Nouel. Frid. habita. ne fil. pro patre, cùm tamen liquidò appareat, non agi hîc de Academiis, neque de ſtudioſis, ſed de agentibus in rebus domus Auguſtæ, quorum ingens fuit ſchola ſub diſpoſitione magiſtri offic. vt ſup. eod. hoc tit. ad l. 1. explicui. falleret præterea ineautos quod de verberandis, degradandiſque Senatoribus à Comitibus ſcholarum adiicitur. Senator enim hîc accipiendus eſt ex gradu ſolo militiæ quo cæteris militibus anteeelleret, quaſi dieas conſiliarium cohortis, quod nec prætermiſit Car. Loyſ. lib. 4. cap. 4. offic. tamen cõtra hunc textum ſeruamus latrunculatores poſſe exauctorare ſatellites ex cauſa legitima, arg. l. 2. §. 2. de his qui not. infam. at verò ex conſtitutionibus regiis, decretiſque curiæ, quæ tamen exauctorationes illas interdum pro cauſis, ac perſonis temperant, vt viſum eſt in cauſa ſatellitis euiuſdam, nomine, *moreau*, quem latrunculator Niuernenſis exauctorauerat ob euaſionem facinoroſi, quem ei ſeruandum commiſerat, cùm iuſſu principis eum cœpiſſet. Sola enim annali interdictione miſerum illum ſatellitem, cuius arguebatur tantùm culpa, interdixit ordo ampliſſimus, perorantibus, in maiore auditorio, Marcheſio, & Brienenſi, an. 1603. 9. Ianuar. pluribus iſta explico ad d. l. 2.

LEX PENVLT.

Magiſter officiorum debebat ſignificare quotannis Principi quemadmodum ſe militum numerus haberet, caſtrorumq́, ac clauſurarum cura procederet.

Hoc hodie rectores prouinciarum, & arcium, quæſtoreſque munitionum bellicarum iamdiu inſtituti, atque adeò obſeruatores actus, quorum ſcilicet curæ, & officio incumbit, vt renuntient ſi quid factum non fuerit, aut minùs rectè, (vulgò dicimus, *Controlleurs*,) vnde tamen anſa plæriſque corradendi ex publico.

TIT. XXXII. DE OFFICIO COMITIS SACRARVM LARGITIONVM. TIT. XXXIII. DE OFFICIO Comitis rerum priuatarum. TIT. XXXIV. De officio Comitis ſacri patrimonij.

Horum munera paucis explanat Theodoritus lib. 3. hiſtoriæ Eccleſ. cap. 12. cùm ait: φίλιξ μὲν ταμίας ὢν βασιλικῶν θησαυρῶν Ἐλπίδιος δὲ τῶν ἰδίων τοῦ βασιλέως κτημάτων, καὶ χρημάτων τὴν ἡγεμονίαν πεπιστευμένος. Κόμητα δὲ πριβάτων τὸν τοιοῦτον προσαγορεύειν εἰώθασι Ῥωμαῖοι. Id eſt, *Philix quæſtor cùm eſſet, ſacris theſauris præerat, Elpidio autem commiſſa, creditáque erat priuatarum Imperatoris poſſeſſionum, ac pecuniarum cura. Comitem verò rerum priuatarum vocare hunc ſoliti ſunt Romani.* ſic ille. Nec abs re proinde fuerit ſi & tres hos titulos vna, eademq́; ſerie, καὶ συνεχείᾳ, explicauero. Primùm enim eruditos noſtrates ad vnum ſentire video, vt dicant, Comitem ſacrarum largitionum eum fuiſſe, quem vocare ſolemus, *le Threſorier de l'eſpargne.* Comes etiam rerum priuatarum præeſt rei priuatæ Principis, vt fieri hodie cernimus in priuato patrimonio Nauarræ. Cùm enim Henricus Magnus fortitus eſſet ex regia geneſi, regnum Galliæ an. 1589. priuati eius patrimonij fuere Ducatus Vindocinenſis, Belmontius, & Albretius, Comitatus Marleus, Armeniacus, Bigerronenſ. Petrachorius, Viceeomitatus Lemouicenſ. & feuda alia plurima conceſſa olim à Regibus Francicis: fuere & plures Belgij primi, ſeu Flandriæ ditiones: at verò & qui ſummi imperij ſunt, Benearnij, ciſque Pyrenæos Nauarri, & qui propter Tholoſam principatus fundi perexigui, *Andorcus*. Egit ad hæc omnia per plures annos procu-

procuratorem rei priuatæ Aug. Gallandius, in Sen. patron. quem & eo titulo nuncupat Chopinus lib.1. tit.2. num.27. conſuet. Pariſ. nec illata eſſe voluit princeps patrimonio regni Franc. an. 1605. niſi ea quæ intra Galliam ſummi imperij non eſſent, ſuperioritatem vulgò dicimus: habentque in hunc diem Benearnij, & Nauarri Cancellarium, ſigillumque rerum ſuarũ proprium, ac ſuos ſummi imperij, ſeparatiq; conſeſſus Iudices. De comite autem ſacri patrimonij ſcribit Cuiacius quæ rem ad coniectutam interpretatione aliqua reuocãt, cùm ait fuiſſe quemdam procuratorẽ penus qui regias epulas ſolita ordinatione diſponeret. Iſtud equidem Caſſiodorus lib.6. cap. 9. in formula comitiuæ patrimonij. De quo cùm haud parùm ambigerem, propoſita Cuiacij coniectura, rogaui eruditiorum fori, peritiorumque rei aulicæ ſententiam, ac ſuo quiſque ſenſu, & captu expoſuit, aliis referentibus antiquum illud munus aulæ Imperatoriæ ad duo diſtincta hodie apud Principem officia, alterum quod dicimus, *le grand maiſtre*, vt cui, inter cætera quæ ad domum Auguſtam, cura potiſſimũ incumbat penus regiæ: ſub eo enim eſt quæſtor ille quem vocamus, *le maiſtre de la Chambre aux deniers*: alterum verò nuncupant, *le Threſorier de la maiſon*, à quo nimirum penſiones ſuas ſingula quæque domus Auguſtæ officia accipiunt: alij & aliud quicquam fuiſſe tam præfractè aſſerunt, vt vnde ad res noſtras reducamus Comitiuæ iſtius imaginem ferè nec eruditiſſimus vllus videat. Vtinam Franciſcus Pithæus, Petri defuncti frater, euulgaſſet quod tamdiu deſideratur, & quod inter illius ſchedas vidiſſe ſe mihi dixit aliquando Anton. Oyſellius, in Senatu patronus doctiſſimus, Pithæorumque amiciſſimus. Conferret enim tam accuratus labor ad diſiicienda abſtruſæ vetuſtatis nubila quibus multa huius libri pars obruitur, maximè quoad officia iſtiuſmodi aulica quæ dignitatem accipiebant maiorem, aut minorem pro arbitrio principis, & quantum indies attollendi, augendique occaſio magis placeret. Ita mihi aliquando eruditus aulicus, cùm ſermo de his incidiſſet. Putarim intereà tres iſtos titulos, ſi ſingula de illis ſumimus, proximè accedere ad vſum cameræ fiſcalis, ſeu computorum, vt loquimur, quæ hodie, atque à multis annis tanti ſemper fuit in hoc regno, vt Reges in ipſos arrogaret olim inconcuſſum imperium. Potiſſima enim eiuſmodi rationalium iudicum cognitio cùm ſit in probandis, aut improbandis donis, expenſiſque ſolitis, ac inſolitis Regum, non alia tunc fuit eorum ſententia, niſi vt hoc dicerent pro re nata, quaſique ex oraculo, *Nimis donatum eſt, nimis habuit, recuperetur*: Ita apud Io. Iuuenalem Vrſinum, in Carolo VI. ad annum 1389. Quinimò docent rationarij œconomicæ illius rerum Francicarum decuriæ codices ſubductam fuiſſe & ratiunculam de caligæ Ludouici XI. ſubſuto calcaneo, deque deterſa galero interioris limbi ſerici pinguedine. Denique ſumma ſacrarum largitionum, rerumque priuatarum Principis, atque adeò ſumma ſacri patrimonij hactenus penes hoſce potentes dominos ſtetit, qui cognoſcunt inſuper de reſtitutione natalium, de codicillis iuris Gallici, (literas naturalitatis vocant) de legitima principum familiæ regiæ, (appanagium etiam dicimus) deque nuptialibus eorum tabulis, de codicillis nobilitatis. Præſtantur deinde apud eos hominia, ſeu homagia regia: veráque, & integra Iuriſdictione de quæſtorum ærariorum rationibus cognoſcunt: vetus vernaculum eſt, *ils cognoiſſent en tout droict de Iuriſdiction de la ligne de compte.* Quod ſi aduerſus eorum iudicium quæſtor ſupplicet, agatq; ad retractationem, ſeu ἀναψήφισιν, (reuiſionem nuncupant) tunc in decuria conſilij, quæ in hoc ſolum inſtituta eſt, retractatur vniuerſa litis quæſtio, accitis vno ex præſidibus curiæ, & quatuor conſiliariis. Sin autem ſit iudicium capitis, tunc pari numero & rationalium Iudicum, & Senatorum, quibus omnibus præſit vnus ex infulatis præſidibus, res tota peragenda eſt. In cæteris nullus omninò cõſtituendæ Iuriſdictioni locus, ſeu, vt vulgari idiomate vtar, *ils n'ont aucune Iuriſdiction contentieuſe hors les cas cydeſſus.* In cæteris tota cognitio curiæ ſubſidiorum relinquenda eſt ex edictis, atque ex vſu.

TIT. XXXIII. DE OFFICIO PROCONSVLIS, ET LEGATI.

Lex vn.

Legati ciuiles cauſas, & criminales audiant: ſed ſi ferenda ſit ſententia, reos ad proconſules mittant.

Obſeruandus textus ad eos quibus mandata eſt Iuriſdictio. Diſtinguendum enim, an ad ordinandam duntaxat litem delegati ſint in hæc verba: *pour faire & parfaire le procez iuſques à ſentence diffinitiue excluſiuement: ou ſ'ils ſont commis pour inſtruire, & iuger, en ces mots: pour faire & parfaire le procez iuſques à ſentence diffinitiue incluſiuement, ou ſ'il eſt dit: iuſques à ſentence diffinitiue, ſauf l'execution, ſ'il en eſt appelé.* Primo caſu ſola inſtructio conceſſa eſt. Secundo caſu, nihil vlteriùs licet, iudicio ſemel reddito, nè quidem ſi condemnatus non appellauerit. Vbi enim de mandata Iuriſdictione agitur, tantum permiſſum, quantum commiſſum, & creditum, vt fuſiùs diſſerit Cic. in ea pro eluentio. Quò & pertinet lex 1. §. qui mandatam, de off. eius cui. ff. ad quam dixi. Tertio caſu, ſola executio realis prohibita eſt, non autem imaginaria, vt cenſuit Senatus in criminali auditorio. Refero Senatuſconſultum ſuprà ad l. 1. ſi contra ius, vel vtilitatem publ. &c.

Reos ad Proconſules mittant.

Notat hîc Io. Faber quod hodie citra controuerſiam eſt: nempe Iudicem ſecularem, cuius auctoritate, & iuſſu iniecta manus fuerit in clericum, debere tamen eum ad Epiſcopum remittere, ſi ita poſtulet. Addit Molinæus ad artic. 19. conſuetud. Matchienſis, remiſſionem illam fieri oportere inpenſis poſtulantis clerici. Imò in quacumque parte litis petierit, audiendus eſt, vel ſi conceptis verbis foro Eccleſiaſtico renuntiauerit, cùm in gratiam ordinis, non perſonæ datum ſit priuilegium, vt quotidiana in id gloſſa eſt ad cap. ſi diligenti. de fo. compet. in antiq. Exceptiones vide in criminalibus ad Auth. clericus. ſup. de Epiſc. & cler.

TIT. XXXIV. DE OFFICIO COMITIS ORIENTIS.

Quæ eſſent huius diœceſes, ac prouinciæ, quæ inſignia, & officia, vide in notitia imperii Rom. & Pancirolii commentarium ad eam partem notitiæ, quæ eſt de Comite Orientis, cap. 104. de vſu autem hodierno Ducum, Marchionum, Comitum, Baronum, eorumque omnium iure, vide Chopinum lib. 3. tit. 26. de doman. Argentræum, *en l'aduis ſur le partage des Nobles*, quæſt. 14. ipſumq; Neapolitanis præſtantiſſimũ Andr. Iſerniam ad primam conſtitutionem Neapolitani regni, vbi agit ille maximè de dignitate Comitis in re feudali, & quæ fides præſtanda ſit Regi Neapolit. à Comitibus. Ad pleniſſimum verò intellectum huius tituli, neceſſarius locus eſt Alberti Krantzii in Vandalia lib. 1. cap. 28. *Cùm Senatus*, inquit, *adminiſtraret Rempublicam, qui rexere prouincias proconſules, ſub Imperatoribus autem præſides prouinciarum dicebantur, aut præfecti prætorio: hi poſteà, iam imperio declinante, Comites dicti ſunt*, &c. *comites ergo in prouinciis habebantur qui in quaque prouincia publicum fouebant conſilium*, &c. Sic ille. Tamen vbi ad Caroli magni imperium ventum eſt, imminuta eſt ea tandom Comitis dignitas. Diſcimus enim ex Gregorio Turon. lib. 7. Duces fuiſſe totius regionis præfectos, Comites verò vrbis tantùm. Immò Duces habebantur quibus ſubeſſent duodecim Comites, vt videre eſt apud

apud Aymoinum lib. 4. cap. 16. cùm ſcilicèt dignitatis, & adminiſtrationis ſolius nomen fuit, vt in ſuperioribus titulis, de offic. Comitis ſacrar. largit. & ſequentibus, quod latè explicat Briſſonius. Imò & nomen etiam Iuriſdictionis eſt, tit. 27. lib. 2. feud. §. 2. 4. & 12. & lib. 11. legis Francicæ, de aduocatione ad Comites, cap. 6. vnde & in hunc diem variis locis apud Carnutes, & Neuſtrinos, iudices vocantur modò Comites, modò Vicecomites. Iſta verò ad Rubricam, cùm nihil habeat lex vnica quod ſit ex vſu.

TIT. XXXV. DE OFFICIO PRÆFECTI AVGVSTALIS.

Dixi ad l. Archigerontes. ſup. de epiſc. aud. doceri Principes ex hoc, & illo textu qua prudentia deligere debeant cuiuſque prouinciæ, & vrbis rectores ex natura populi.

LEX I.

Tributa omnia per Ægyptiacam diœceſim cura, & prouidentia claritatis tuæ à moderatoribus prouinciarum exigi iubemus.

Tributa penduntur in Gallia per electiones, & generalitates, quas dicimus, nec verò per diœceſes, aut prouincias Planum autem fit ex hoc textu, & variis aliis locis quæ percenſet Briſſonius, plures olim in diœceſi Romana prouincias fuiſſe, licèt aliquando & attributæ fuerint multæ diœceſes vni ſoli prouinciæ, vt tradit Cic. lib. 13. epiſt. famil. epiſt. 67. Poſteà autem commutato vſu, vt in multis eccleſiaſtica adminiſtratio ſuſcepit prudentiſſimæ illius Romanæ politiæ effigiem, diœceſis verbum non modò ad ſolas epiſcoporum, in rebus ſacris, adminiſtrationes redactum eſt, ſed, vt vnius prouinciæ eſſet, ſanxerunt edicta pontificia. Plus ſatis enim fore primis illis chriſtianiſſimi moderatoribus viſum eſt, ſi credita ſingulis epiſcopis vna prouincia diſpiceretur, luſtrareturque ab ipſis in annos ſingulos nè quid detrimenti Reſpublica chriſtiana caperet ab otioſis, ſecutis, flagitioſiſue quibuſdam curionibus parœcis, ac cæteris, quàm longa, latáque eſſet prouincia, clericis. Præclarè in hoc diuinus ille Euangelii tibicen cap. 1. ad Titum, variæque poſteà conſtitutiones eccleſiaſticæ in can. inter cætera. & can. placuit. 10. q. 3. can. 14. concil. Cabillonenſ. 2. cap. 31. concil. Pariſ. 3. lib. 1. parte 1. can. 4. ſub concil. Lateran. Alexandro III. cap. Romana. §. procurationem. de cenſib. in 6. at verò & recentioribus apud nos Caroli IX. atque Henrici III. edictis, quibus tamen vix eſt vt delicatuli, opulentioréſque hodie pareant, parati ſcilicèt ad aliud quiduis quàm ad docendi miniſterium, vt ſcribit liberrimè Claud. Eſpencæus, Theolog. clariſſ. ad cap. 2. epiſt. 3. ad Timoth. *Ideò altior locus poſitus eſt epiſcopis*, ait D. Auguſt. ad pſ. 126. *vt ipſi ſuperintendant, & tanquàm cuſtodiant populum* Quantæ autem ſit ſacrum illud munus operæ, quantíque laboris, legendus tractatus eiuſd. Auguſtini de paſtoribus. tomo 9. vbi explicat minas Ezechiel. cap. 34. legendæ & ſunt Syneſii duæ epiſtolæ, 57. & 105. nihil enim ad epiſcoporum curam actius, & ſanctius, de qua durat priſcum & hodie apud nos adagium, vt nimirùm, vbi quis aſperſus imbribus, lutoque hærente, cruſtarum in ſpeciem, aduenit, dicatur ille, epiſcopi in morē diœceſum luſtrantis accedere. Adagia, ait Ariſtoteles, ſemper faciunt ad hiſtoriam, patrio autem iſto docemur, fuiſſe olim fœlix adeò ſeculum, vt adeuntes, peragrantes, circumſpicientéſque propriis oculis epiſcopos ſingulas diœceſeωn ſuarum parœcias videret, coleretque vniuerſa paſſim Gallia. Quinimò & in hoc ipſum, vt nempe videretur quotannis quid per vrbes, & prouincias fieret, vſitatum fuiſſe epiſcoporum munus apud Ethnicos, commonſtrabit tam accurata eruditiſſimi Harpocrationis obſeruatio, vt pudore, ac rubore ſuffundere Chriſtianos noſtros epiſcopos debeat. Sic enim ille: *οἱ παρ' Ἀθηναίων εἰς τὰς ὑπηκόους πόλεις ἐπισκέψασθαι τὰ παρ' ἑκάστοις πεμπόμενοι, ἐπίσκοποι, καὶ*

φύλακες ἐγκαλοῦνται, οὐχ οἱ λύκοι τὰς ἁμαρτίας ἐλέγχει. D. Auguſtinus homil. 24. *Die omni, ait, & omni hora, & cura omninò continua cogitare debet epiſcopus quantæ diſpenſationis ſarcinam gerat, qualem de illa rationem domino ſuo reddat*, &c. Hoc rurſus perſequitur homil. ſeq. nempe 25. to. 10. Ἄθλιε αὐτὸς, καὶ ταλαίπωρε, ἐννόησον ὅσων κεφαλῶν ὑπεύθυνος εἶ τιμωρίᾳ. Id eſt, *infælix, ac miſer cogita quot capitum nomine pœnas daturus ſis.* Sic & longè plura D. Chryſoſtomus homil. 1. ad ep. ad Titum. Sed in ea iamdudum tempora incidimus, vt eadem ferè de pluribus epiſcopis querela animos ſubeat quam publicè olim inter conciones ſuas habuit idem Chryſoſt. homil. 86. in Math. Νυνὶ δὲ ἐπιτρόπους, καὶ οἰκονόμους, καὶ καπήλους παρῆλθον ἡμῶν οἱ ἐπίσκοποι τῇ περὶ αὐτὰ φροντίδι. Plura ſunt eo loco. Optimis autem qui ſuperſunt debetur ſua gloria. Eruditiſſimorum enim, & vigilantium ingens, atque hodie numerus.

TIT. XXXVI. DE OFFICIO VICARII.

LEX VN.

In ciuilibus cauſis vicarios Comitibus militum conuenit anteferri, in militaribus negotiis comites vicariis anteponi. Quoties ſocietas in iudicando contigerit: priore loco vicarius ponetur, comes adiunctus accedat. Siquidem præfecturæ meritum (glo. cuius eſt hic vicarius) *cæteris dignitatibus antiſtet: & vicaria dignitas ipſo nomine ſe trahere iudicet portionem, & ſacræ cognitionis habeat poteſtatem, & iudicationis noſtræ ſoleat repræſentare reuerentiam.*

Vide Caſſiodorum lib. 6. cap. 15. in formula vicarii vrbis. Multo autem vſui eſſe poſſit hic textus ad pangendos fines ambitioni variorum iudicum, vter alterum anteire debeat, locumve ſuperiorem occupare in conſeſſu ſeu iudiciali, ſeu politico, aliiſue ſimilibus. Si enim de politia agatur conuentu priuato, præeſſe debet præfectus minor, aut ſi de re alia qualibet quam includit ea iuriſdictio. Si verò curiata comitia fiant, & deliberetur conuentu ciuium publico, tunc edici comitia, ſententiáſque rogari à præfecto maiore, ſeu Bailliuo, aut Seneſchallo, neceſſe eſt. Ita Senatus inter Lauduni Clauati Iuridicos, maiorem, & minorem, anno 1610. pen. Decemb. perorāte dom Dolæo, hodie cōſiſtoriano Comite, & Pet. Germano. Vicarii autem nomen hîc accipiendū eſt vt variis in locis Notitiæ imperii Rom. quo in libello varii hodie rituli ſunt, opera & ſtudio Pācirolii, ſecundū prouincias, diœceſes, & tractus quib⁹ præficiebātur vicarij à præfecto prætorio, vt vice eius regerēt. Eiuſmodi enim fuerūt vicarius Aſianæ, vicarius Pōtiæ, vic. Thraciæ, vic. Macedoniæ, vic. Daciæ, vic. Hiſpaniarum, vic. Galliarum, vic. Britanniæ, vic. vrbis Romæ. In quo tamen aduertendum eſt, licèt mitterentur pro præfecto prætorio, habuiſſe tamen eos propriam iuriſdictionem datam à Principe, & cum præfectis prætorio portionem aliquam, quamuis aliud ſeruaretur in iis qui agebant vice prætorum, aut Præſidum, vt ſingulari diſquiſitione admonet Cuiacius, & quę ad mores noſtræ Galliæ plurimùm conferat. Si enim magnis parua componere liceat, & aliquid ſemper adſtruere de prudentia illa veterum, videmus eadem ferè ratione vicariis, putà præfecti Pariſienſis, Bailliui Aurelianenſis, Seneſcalli Pictonici, ac ſimilium in hoc regno, adeò propriam competere iuriſdictionem datam à Principe, vt eis auferri, ſubduci, mutariq́ue nihil poſſit ab iis quorum vicarii vocantur. Præſidendi interdum cum vicario ius eſt, deliberandi autem non: cùm ſeſſio illa ſit in argumentum duntaxat militaris imperii aduerſus temerarios, ac rebelles, atque vt legibus ſua ſemper conſtet dignitas, quemadmodum Homerus vocat in hymnis Martem, συναρωγὸν Θέμιστος, I. *ſuppetitias ferentem iuſtitiæ.* Hoc ſanxit Carolus IX. cōſtitutione anni 1560. art. 48. & 49. eóque ſenſu accipienda eſt conſtitutio Molinenſis art. 21. & Blæſ. art. 266. Nec

alio

alio iure, & more præſidet interdum Præfectus Pariſienſis cum vicario. Adſtant enim tunc duodecim ſagati, haſtatiq́ue ſatellites, rogarurq́ue ſententiam à vicario, dicis cauſa, non iudicii, ſeu pro tribunali ſedeant, ſeu in interiore decuria: in cæteris ſpectat ad ſolum vicarium auctoritas.

Lex 2.

Relationes iudicum libenter audimus, nè adminiſtratorum decreſcere videatur auctoritas, ſi eorum conſulta, velut profanorum preces à noſtris adytis repellamus.

Pro iuſto commentario vide titulum, de relationibus. inf. lib. 7. Ferebat enim Romanæ prudentiæ mos, vt, ſi in aliquo dubitatet iudex de litis apud eum motæ iudicio, referret quæſtionem ad Principem, miſſa nimirùm opinione ſua, vt loquitur Cuiacius ad illum tit. aut conſultatione, quod Imperatoris verbum eſt in l. 1. illo cod. tit. Notandum verò eſt inuectas ideò fuiſſe relationes, quòd iudices in prouinciis nihil per ſe ſtatuere auderent ex æquo, & bono. Legum contextui, & verbis obligabantur. Pro re autem nata ſi quippiam aduerſus leges ſuaderet æquitas, conſulebatur tunc Princeps, liſque ad eum referebatur: plura in id Io. Bodinus lib 6. cap. 6. de Rep. ſupplent apud nos eam vicem reſcripta regia quæ in officinis codicillaribus, maiore, & minore, (cancellarias dicimus) impetrari conſueuerunt. Deinde obſeruandus hic textus ad dignitatem iudicum, vt nè decreſcere eam patiatur Princeps, aut etiam Senatus, ſed audiatur eorum, præ cæteris, poſtulatio: imò & ipſis, ſi adſint, ius dicatur ſublata omni mora, vt ad prouinciales ſuos redeant repetituri intermiſſum tribunalis patrii imperium. Fieri hoc perſæpè in Senatu vidimus.

TIT. XXXVII. DE OFFICIO PRÆTORIS.

Lex 1.

Prætori defertur hæc iuriſdictio, ſancientibus nobis, vt liberale negotium diſceptator ipſe examinet.

Hæc planè imminutam poteſtatem prætoris arguunt, ita vt pauciſſima ſuperfuerint ex iuriſdictione, priſcóq; illo imperio. quod etiam adnotat ad hunc titulum Cuiacius. Acciſas eo modo iuriſdictiones videmus quæ latiſſimæ ſuperioribus annis fuerant, ductis nimirùm pluribus huc illuc ceu riuulis, vt de Gynde fluuio apud Herodotum legitur lib. 1 Inquiſitorum enim prima inſtitutio, ac deinde conſeſſus prouincialium, ſeu præſidalium iudicum, qui velut præfert minorem quemdam, in maioribus cuiuſque prouinciæ ciuitatibus, Senatum, poſteà verò tot optionum, arbitrorumq́ue regia munera ad diſpungendas rationes, edenda patrimonia, ſeu conficienda inuentaria, vt loquimur, ad ſumptus iudiciales æſtimandos, & varia id genus. Dici vix poſſit quantum hæc omnia ſigillatim, ac ſenſim ſubduxerint de ſummo illo iuriſdictionis faſtigio, qua ante annos 80. vicarii præfectorum prouincialium, (Bailliuos, Seneſcalloſque dicimus) eminebant per prouincias tanquam magiſtratu vnico.

Debita filiorum votis patrem vota non ceſſabunt, vt patenti copia liberos ſuos exuant poteſtate, magis obſequiis propriis mancipatos: cùm ſeſe intelligant his obſequii plus debere à quibus ſe meminerint ſacris vinculis exutos.

Doctrina ingens patribus, vt nè vnquàm nimia ſeueritate agant erga filios, ſi amari ſe mutuo affectu ab eis velint: ſed quo poſſint beneficio illos ſemper, pro re nata, per-

que idoneas,arreptáſque,& captatas hinc illinc occaſiones, afficiant. Nihil enim tam vices exigit, quàm amor, ait Petronius. In hanc verò ſpeciem aurei ſunt verſus in Adelp. act. 1. ſcen. 1.

—— errat longè mea quidem ſententia,
Qui imperium credat grauius eſſe,aut ſtabilius,
Vt quod fit, quàm illud quod amicitia adiungitur.

Et pòſt,

Hoc patrium eſt potiùs conſuefacere filium
Sua ſponte recta facere,quàm alieno metu.
Hoc pater, ac dominus intereſt.Hoc qui nequit,
Fateatur neſcire imperare liberis.

In promouendis etiam liberis,ſtatim atque peropportuna in id tempora emicant, hæc aliunde prudentia eſt apud Pindarum Od. 11. Nemeot. vt ſcilicèt numquàm pigtentur,differántur,vbi maturè facto opus eſt,

Ελπίδες,ait, ὀκνηρότεραι γονέων παιδὸς βίας ἔχον.

Id eſt, *ſpes ſegniores parentum robur filii impediunt.*
Pudore denique,& liberalitate liberos
Retinere ſatius eſſe credo, quàm metu.

dixit rurſus Comicus ibid. in Adelph. eod. act. 1. ſce. 1. Anno 1613. indignati patris Pariſienſis cauſa aduerſus filium,occluſis auditorii maioris foribus, perorata eſt, quòd filius eo inſcio,ac inuito, apud Montempeſſulum vxorem duxiſſet. Denegabat enim pater alimenta filio, paruiſque ex eo matrimonio nepotibus, ſed cùm Pet. Martellerius,& Aug. Gallandius hinc illinc dixiſſent, iudicéſque de more,auditis patronis,conſilium,ſtationibus ſeorſum factis,raperent, pater ille,cuius parco nomini, κατὰ θαυμαστήν τινα, καὶ στοργικὴν διαλλαγίας, motu denique inopino obtulit primùm filio 800. libras annui reditus,mox etiam 1200. ampliuſque ſeſe daturum profeſſus eſt, ſi modò paterno ſeſe amore dignum præſtarer. Quibus auditis Senatus iudicium quidem in patrem conſentientem intulit,damnauit verò filium vt gratias patri pro tanto, tamque liberali beneficio,ageret.

Adipiſci debet ſedula ſeruitus libertatem.

Iunge l. vlt. de vind. libert. & vulgatum hoc Comici, in Andr.

Quod habui ſummum pretium,libertatem
Perſolui tibi,quoniam ſeruiebas liberaliter.

Sic apud Liu. lib. 5. dec. 4. delectatus eſt officiis, referre voluit gratiam obſequio: alius ægrum curauerat,alius peregrinantem ſecutus erat,alius, inter tot occupationes domeſticas,cuſtodierat,&c. Latina verſio eccleſiaſtici, cap. 7. ſic habet ex Græcis quæ prætermittam: ſeruus ſenſatus ſit tibi dilectus quaſi anima tua, non defraudes illum libertate,neque inopem derelinquas eum. Eò etiam ſpectant duo ſingulares textus ex noſtris,alter in l. pen. §. illo videlicèt. Cod. de neceſſar. ſeru. alter in l. Thais. §. 1. ff. de fideicommiſſ. libert. factum denique ex his adagium Gallicum, quo dicimus ſedulæ illud ſeruituti accidere ſæpiſſimè, vt quis ex ſeruo dominus tandem fiat. Rithmici in hoc verſus vulgatiſſimi ſunt. Frequentiſſima verò inde olim,& nunc ſeruorum bene merentium ex facto, profanóque dominorum cælibatu præmia. Dixi tamen plura ad tit. ad l. Aquil. & ad tit. de ſeru. corrupt., de fallacis ſeruorum ingenio.

Lex 2.

Tres tantummodò prætores electæ opinionis in hac vrbe per ſingulos annos, iudicio Senatus, præcipimus ordinari. Et hi tantùm tres ex his qui proprium larem in hac alma vrbe habeant, domiciliúmque foueant, eligantur.

Iunge l. libertus. §. præſcriptio. ff. ad municip. vetabat id in Gallia vetus conſtitutio Phi-

tio Philipp. IIII. an. 1302. in hæc verba: *Ordonnons que nul ne ſoit Seneſchal, Baillif, ou Preuoſt du lieu là où il eſt natif.* Rurſuſque conſtitutio Carol. V. an. 1357. quæ duo ex mero iure ciuili deprompta ſunt in l. vlt. inf. de crim. ſacril. & l. vlt. de off. recto. inf. ex qua titulum ſpecialem fecit Cuiacius in paratitl. ratio eſt apud Caſſiod. lib. 1. variar. quia ſcilicèt periculum ob cognationes, affinitates, & veteres amicitias, at verò & familiarium hinc illinc antiqua, recentiáve odia. Paulus dixit lib. 5. ſentent. nè aut gratioſus, aut calumnioſus apud ſuos eſſe videatur. Contrario autem iure ita nunc vtimur, vt etiam in vno, eodemque tribunali, quinimò & in eadem perſæpe decuria pater, filius, aut gener, auunculus, ſeu patruus, nepoſque ex ſorore, aut fratre, duo fratres, duo aut plures conſobrini conſideant: atque id tametſi & conſtitutionibus ipſis poſterioribus cautum ſit nefas hoc eſſe, nec ferendum, quamcumque cognationis gratiam princeps diplomate ſuo fecerit: ita enim edict. Aurelian. art. 32. Molin. art. 85. & Blæſ. art. 116. dixi de generis ad l. 5. ff. de teſtib. quid Senatus decreuerit.

TIT. XXXVIII. DE OFFICIO RECTORIS PROVINCIÆ.

Vide l. vlt. inf. repetund. de Sacramento veteri rectorum prouinciæ. & Caſſiodorum lib. 6. cap. 21. in formula Rectoris prouinciæ. Sunt enim magiſtratus non militares, ſed ciuiles, quorum hodie imaginem quamdam referunt in prouinciis ij quos Seneſcallorum, & Bailliuorum vicarios, ſeu, vt vulgus vocat, *locum tenentes* dicimus, tranſlato etiam Rectoris prouinciæ nomine ad equites quibus militare prouinciæ totius imperium commiſſum eſt. His autem omnis omninò, ſeu ciuilis, ſeu militaris cognitio interdicta eſt, atque vt mihi ex ipſo Senatuſconſultorum neceſſario, ſacróque obice conſter fides, oſtendam paucis: An. 1591. 1. Martij, quæſtio mota eſt in auditorio Cæſaroduni Turonum, rebellante Lutetia, vtrùm ad equitem Rupepotianum, tunc Vindini Cœnomanorum Rectorem, iure facta eſſet à præfecto Cœnomano remiſſio cauſæ capitalis de militibus qui boues aliquot aratorios abegerant. Priuatus enim eorum dominus à remiſſione illa appellauerat. Senatus emendauit, prohibuitq; omnibus iuridicis, nè in re, quæ Iuriſdictionis cõtentioſæ ſit, remittant deinceps vllum negotium ad Rectorem prouinciæ. In quo & notandum illud eſt, nullos vnquam diæcceticos codicillos admitti à Senatu, niſi cum adiecta hac clauſula: eos nempe nullam Iuriſdictionem contentioſam obituros. hoc autem ex conſtitutio. Molin. artic. 22. & Blæſ. art. 274.

LEX 2.

Si quis potentiorum extiterit inſolentior, præſides prouinciarum de eius nomine ad principem, aut certè ad prætorianæ præfecturæ ſcientiam referre debent: quò prouideatur qualiter publicæ diſciplinæ, & læſis tenuioribus conſulatur.

Quid conqueratur Io. Faber de Baronibus Gallis, vide eius ſcholium ad tit. de teſtam. in inſtit. de illis verò iterum, & de Comitibus, Vicecomitibus, aliiſque huius regni potentioribus, agit fuſiſſimè Chopinus ad conſuet. And. lib. 1. tit. 5. cap. 47. & cap. 48. Tutabatur plebeios Ludouicus XII. aduerſus impreſſiones, inſolentiaſque procerum, feréque omnia ad infirmitates tenuiorum leuandas agebat: inde parentem populi vel ipſa in hunc diem edicta regia eum nuncupant. Dicebatur tamen inuidioſè propterea à nobilibus, Rex rotarius, ſeu, roturarius, vt loquimur: & quia ſucceſſor, Franciſcus I. ſecus faceret, Regem hunc Nobilem dicebant. Perſequor cætera ad l. in orbe Romano. de ſtatu hom. atque aliis locis primi voluminis pandectarum, de veterum Gallorum imperio aſſueto in plebem infimam.

Digitized by Google

Lex 3.

Iuſtos, & vigilantiſſimos Iudices publicis acclamationibus collaudandi damus omnibus poteſtatem: vt honoris eis auctiores proferamus proceſſus: & è contrario iniuſtos & maleficos querelarum vocibus accuſandi, vt cenſura noſtra vigor eos abſumat.

Grauiſſimæ ſemper cenſuræ Senatus fuerunt in plures, ſummoſque prouinciarum Iudices, quorum vt nominibus parco, ita & delibandum iſtud putaui, nè, locis conuenientiſſimis, agere videar indecens de tanti ordinis amplitudine, defæcatiſque in fæculentos Reos iudiciis, ſilentium. Primùm enim quanta olim fuerit decreti Senatorij grauitas in duos propræfectos Pariſienſes, tradit alterum Ioannes Galli q. 182. de altero recens adhuc infamia omnibus notiſſima eſt quam iuſſit cōdemnato iudicium anni 1555. ob corrupta ab eo teſtimonia vt innocentiam nobiliſſimæ cuiuſdam fœminæ opprimeret in gratiam potentioris. Paulò mitiùs actum eſt in prouincialem Turonum iudicem anno 1605. in Belfortianum, & Rupellanum: exauctorati tamen, atque abire magiſtratu iuſſi ſunt cum ea nota nominis, vt, infami accepto pretio nolentes, diro, famoſóque pudore melioribus aliis, quaſi mox exules, extorreſque ceſſerint. Dixi autem ad l. ceteræ. fam. herc. ad l. obſeruandum, de off. præſ. & aliis locis, quantæ venerationi eſſe apud omnes debeat maieſtas bonorum Iudicum, & quàm magni referat, cùm nullius lædi famam, tum eorum maximè qui iudiciis præſunt. Si enim à ſummis ordiamur, contempta illa maieſtas, læſáque etiam diſtricto quaſi gladio, vindicem habuit Senatum vel aduerſus Principes, mirante etiam, quinimò & vidente, ac probante Herrico ipſo maximo an. 1599. At verò & omnes iudices, ac magiſtratus, vel vſq; ad infimos, æquali adeò vindictæ metu defendendos eſſe viſum eſt aduerſus audacem perditæ mentis fiduciam, vt in Comitiis Tricaſſium iuridicis an. 1583. toi tot cœperit à capite Campani cuiuſdam nobilis qui etiam paganum procurationis Tricaſſinorum regiæ vicarium, decem antè annis, depalmauerat. Maximus enim eſt Iudex, quiſquis quocumque in loco vel cauſis audiendis præeſt, vel vt ius reddatur adiuuat, ait glo. & Io. Fab. ad l. vlt. Cod. de procur.

Lex 5.

Potioris gradus iudicibus ab inferioribus competens reuerentia tribuatur. Sed vbi publica tractatur vtilitas: etſi minor Iudex veritatem inueſtigauerit, nulla maiori irrogatur iniuria.

Dixi ad l. 1. ſup. de off. præf. vrb. vocat autem id Cic. lib. 1. off. τὴν εὐταξίαν, nempe ordinis conſeruationem, vt ille ipſe explicat, ſoláque ea ratione regnare Principes ſcripſit Greg. Nazianzenus, nempe δι' εὐταξίαν. Plura in id ex vſu ad d. l. 1.

Lex 6.

Ciuitas Rhodiorum iniuriam ſuam non tam decenter, quàm ſerò conqueſta eſt. Unde ſancimus vt quoniam tempore hyemis nauigatio ſæpe periculoſa eſt, & ſemper incerta: in illis quinque vrbibus quæ potiores eſſe cæteris aſſeruntur, viciſſim hyemandum ſibi iudices recognoſcant.

Obſeruabitur primùm ex nauigatione veterum, ceſſaſſe eam de more, ex die tertio Iduum Nouembr. vſque ad diem ſextum Id. Mart. vetatque Heſiod. ἐν ἔργ. nè quis

ſe mari

ſe mari committat poſt occaſum pleiadum, ſeu vergiliarum, nempe ob tempeſtates quibus impares eſſent naues etiam validiſſimæ ac munitiſſimæ, quod & ſcribit Vegetius cap.39. lib.4. de re milit. in hæc verba: ex die, inquit, tertio Iduum Nouembr. vſque in diem ſextum Iduum Martiarum Maria clauduntur. Nam lux minima, noxq; prolixa, nubium denſitas, aëris obſcuritas, ventorum, imbri, vel niuibus geminata ſæuitia, non ſolùm claſſes à pelago, ſed etiam commeantes à terreſtri itinere deturbat. Addit nihilominus ſub finem, neque per hyemes ceſſare negotiatorum maritimam induſtriam: quod vt feſtinanti audaciæ tribuit, ita & nemo neſcit tam audacter hodie frequentari maria priuatis mercatoribus tempore hyemis, quàm æſtiuo. Immò aiunt maritima eorum commercia fieri maximè, ac exerceri hyeme. Spectant tantummodò ſigna ex cœlo, ex auibus, piſcibus, igne, & aliis quæ de nauigationis commodo, vel incommodo enumerat Iullius Ferretus lib.9. de re nauali. Longè tamen tutius, ait ille lib.11. vt æſtiuo duntaxat tempore nauigetur, cùm in hybernis illis periculis ſola animos faciat negotiatori cæca auaritia.

Non tam decenter, &c.

Ita paſſim legitur. malunt autem eruditi legere, *indecenter*, & ſanè deciſio textus apertè mendum commonſtrat, decĕtemque, ac eiuſdem fuiſſe Rhodiorum querelam. Dixerimus vernaculo Gallico, *que la plainte n'eſt point ſi inciuile, que faicte à tard*. Hoc maximè in denuntiationibus neceſſariis ad euictionum amolienda pericula, vt quæ fieri debeant ante latum iudicium, l. ſi rem. §. vlt. de euict. ff. mota autem quæſtio eſt in retractu gentilitio, in hanc ſpeciem: mæuius vendit Sempronio fundum Tuſculanum auitum. Sempronius plures annos poſſidet, non accepta tamen poſſeſſione ciuili à feudali domino, aut, vt vulgò dicimus, *il ne ſe fait point enſayſiner par le ſigneur de fief*: Ita vt cuilibet venditoris conſanguineo pateat ſemper ad redemptionem aditus maximè ex moribus Lutetianis. Nulla tamen inſtituitur eo nomine actio. Emptor ille Sempronius reuendit (ita Iuriſc.) eumdem fundum Titio qui ciuilem à feudali patrono poſſeſſionem accipit, poſſidetque poſteà anno & amplius, interpellatus à nemine qui agat ad redimendum iure cognationis quod venditum eſt. Tutus ergo vt videtur exceptione conſuetudinis. Agit tamen conſanguineus aduerſus primum emptorem, vt qui ſtatuto non paruerit. Primus ille emptor denuntiat actionem ſecundo. Secundus de accepta ciuili poſſeſſione excipit. Fruſtrà hoc eſſe ait conſanguineus: habere enim ius ſecundum illum emptorem ab eo quem conſanguineus vinceret: reſoluto autem iure dantis reſolui ius accipientis, itavt, quod ait lex hæc, ciuitas non tam indecenter quàm ſerò conqueſtus ſit conſanguineus: aut, vt expreſſiùs loquitur lex, cùm poſtulaſſem. de dam. inf. ff. quia tardiùs experiri cœperit. Sentiebant nonnulli, ad hemicyclium, locum eſſe retractui gentilitio, quòd ſecundus ille emptor ius haberet ab eo qui peccaſſet in conſuetudinem: condictio enim eſt ex lege ſtatutaria, nata ſcilicèt ex primo contractu Sempronij qui, cùm emiſſet, poſſeſſionem ciuilem numquam acceperat: durare autem eo caſu actionem vſque ad 30. annos, quod vt in retractu feudali ſcribit Molinæus ad conſuet. Pariſ. §.13. glo.12. idem quoq; eſſe aiebāt in gentilitio. Alij contrà dicebant ſpectandum ſolum tempus ſecundi emptoris qui, pacata poſſeſſione, citráque vllius conſanguinei controuerſiam, fundum emptum anno amplius poſſederat. Cauſa autem propinqua ſpectanda ſemper eſt, non remota, arg. l. 1. de falſ. cauſ. adiect. leg. inf. diuiſæ equidem fuerunt ſententiæ: conſultiſſimis tamen deterior conſanguinei cauſa viſa eſt, quod, & emptore primo tamdiu ſpernente leges patrias, non egiſſet, &, præcluſo iam aditu ab emptore ſecundo accederet.

LEX 12.

Omnes prouinciarum apparitores pro inueterata auctoritate, iuxta motum Iudicis, nudatos verberibus (ſi ita res tulerit) ſubiacere præcipimus. Vt & facilis executio rerum publicarum ſit, & officiorum

inſolentia comprimatur, & Iudicum ſeueritati competens reddatur auctoritas.

Componendi textus legis, nè diu. de pœn. inf. & legis, ſi pignora. ad quam dixi. ff. de euiction. ſuccurrit verò hîc quod olim ab Illuſtr. Præſ. Briſſonio didici, cùm in deaurato auditorio cauſa ageretur occluſis foribus, quam mihi dom. Angenoüs, ſummæ exiſtimationis Senator, ſuo nomine agendam commiſerat de conuaſatis à viatore forenſi mobilibus. Reiecit enim ſtatim ab initio inueteratum loquendi morem quo viatoris patronus eum, decurrente ſpontaneo magiſterij titulo, nominauerat: miniſteria enim ſunt curiæ, inquit, quæ proinde magiſterij nomine donari non debent. Denique ſingularis hic textus ad pleniſſima Iudicum in apparitores ſuos iura, ſi qui in obſequio ſuo deliquerint. Imò inſtituere, deſtituetéque eos olim poterant, quaſi domeſtica mancipia, prout lubuiſſet, vt dixi ſuprà ad l.3. de off. præf. præt. Orient. & Illyrici.

LEX PENVLT.

Nulli Iudicum, qui prouincias regunt, in ciuitatibus, in quibus ſacra palatia, aut pratoria ſunt, liceat, his relictis, priuatorum ſibi domos, ad habitandum, veluti pratoria vendicare: ſed ſacratiſſima modis omnibus habitare palatia, ſeu pratoria cogantur: vt hac neceſſitate compellantur eorum reparationi prouidere. Vbi autem & palatium eſt, & pratorium: palatium quidem habitationi praſidis, pratorium autem vel ſuſcipiendis, conſeruandiſque ſpeciebus publicis, horreorum vice, vel alij neceſſaria rei deputentur.

Plures ſunt textus tit. de oper. publ. inf. ad reparanda vetera ædificia, præſertim publica. Condita autem eſt in hoc vnum lex vn. de palatiis & domib. dominicis, tit.76. lib.11. inf. vt nè priuati, & vulgares homines morentur in palatiis principum. Vixque alibi habitant hodie Rectores, ſi vtcumque, per quaſdam ædium partes integras, commoda ſit habitatio. id verò agunt potiſſimùm nè vileſcat apud oppidanos, prouincialeſque dignitas, ſed eos ſemper arce ex ſumma proſpiciant, quaſique ſub ictu habeant, quod ait tragicus. Palatium denique principis, caſtrum dicimus, vocabulo, vt videtur aptiore ad deſignãdum quàm tuta ſemper in ſede morari debeat Princeps. Regum enim ſemper fuit habitare in arcibus propter tutelam, ait Seruius ad lib. 4. æn. prætoria autem, de quibus etiam in textu, modò ad loca in quibus ius dicitur, referri mos eſt, vt in Nou.24. de Præſide Piſidiæ, in princ. modò ad lautiùs exſtructas villas, vocamus nos Galli, ***maiſons de plaiſance***, de quibus dixi ad l. ſi cum dies, de arbitr. ff.

TIT. XXXIX. DE OFFICIO PRÆFECTI VIGILVM.

Vide Caſſiod. lib. 7. cap. 7. in formula præfecti vigilum vrbis, & quæ notaui ad hunc eumd. tit. ff. cum autem auferatur lege vnica huius tituli pluribus præfectis vigilum quod Imperator vni, & ſoli tributum eſſe vult, vt nempe cognoſcat ſolus de capitalibus cauſis, hodie eiuſmodi cauſarum cognitio nec præfecto, ſeu equiti vigilum Pariſienſi conceſſa eſt, ſed ſola nocentum, furum, prædonumque prænſio quos noctu per vrbem eum ſatellitibus commeans habet obuiam. Vocabatur ſub vltimis Imperator Conſtantinop. ὁ τῆς βίγλης μέγας Δρουγγάριος, cuius cùm magna eſſet iuriſdictio, eam deſcribunt Curopalates, in officiis Conſtantinopol. & Manuel Comnenus Nouella

uella 2. Latinè dixerimus, ***magnum præfectum vigilum.*** βίγλη, enim corruptum eſt ex, vigilia. Δρουγγαρ etiam, Orientale nomen eſt, cœtum hominum vnà commeantium ſignificans. Ita variat vrbana hæc iuriſdictio munus, ac nomen pro locis.

TIT. XL. DE OFFICIO CIVILIVM IVDICVM.

Lex I.

Honorati, qui litem habere noſcuntur, iis horis vel temporibus quibus cauſarum merita, vel facta panduntur, reſidendi cum iudice non habeant facultatem.

Notandum hoc, *pour les ſeances d'honneur*, maximè in ſupremis tribunalibus, cuiuſmodi eas quotidie cernimus in Senatu, in quo modò Principes, modò Duces, Paréſq; Franciæ, epiſcopi, archiepiſcopi, conſiſtoriani Comites, magiſtri libellorum ſupplicum, interdum & aliarum regni curiarum conſiliarii conſidére ſoliti ſunt, cùm tamen his anteà controuerteretur, vt refert Ia. Langlæus, Armoricæ curiæ conſiliarius, lib. 7. cap. 15. ſemeſtrium. quod ſi aliqua, eorum nomine, citetur cauſa ex catalogo, vel libello præſidis, quam patroni agere incipiant, tunc quiſquis ille ſit, etiam Princeps, de ſummo in ima tranſit honoratorum ſubſellia, tamdiuque in eis eſt dum de cauſa pronuntiatum fuerit. Cæterùm agnoſco equidem quod ait gloſſa de aduocatorum munere, eorum ſcilicèt qui in maiorum tribunalium auditoriis, cuiuſmodi præſertim Lutetianum eſt, perorare conſueuerunt, vulgatæ enim in id ſunt lex, aduocati. & lex, laudabile. inf. de adu. diu. iud. antiquuſque in hunc diem ille mos: Sed honorati de quibus in textu, procul dubio intelligendi ſunt ii quos ſuprà recenſui: planumque hoc fiet ex l. vlt. inf. de off. diuerſ. iudic. Laudandus tamen vel ex eo tantus iuris interpres qui tam præclarè, ac magnificè de oratorio munere ſenſerit. Ῥητόρων γὰρ γένος ὅ ἡρωικὸν φῦλον, dixit Plato in Cratylo.

TIT. XLI. DE OFFICIO MILITARIVM IVDICVM.

Præcipui apud nos militares iudices ſunt, Comes ſtabuli, & ſeptē Mareſchalci, ſeu στρατοπεδάρχαι, vt vocāt Curopalates, & Choniates in imperio Balduini Flandri, quaſi στρατηγοὶ ... στρατοπέδου, vt explicat ipſemet Curopalates, id eſt caſtrorum præſides, qui proinde cum Comite ſtabuli, quaſi ſub dictatore, cauſas militares vel ipſimet in ſacro comitatu dirimunt, vel per ſuos vicarios. Locum autem, in quo vicarii illi ius dicerent, Carolus V. eſſe voluit Lutetiæ apud menſas Baſilicæ Forenſis marmoreas, anno 1374. 14. Decēb. facto in id Vicennis edicto. Capita iuriſdictionis ſigillatim enumerat Briſſonius in affecto ſuo codice quē Henrico III inſcripſerat: videlicèt delicta omnia quæ à militibus, vel in caſtris, vel in ſtatione, aut illuc eundo, redeundóue, vel emāſione facta, admiſſa ſint: item ſi, milites inter ipſos, & de re bellica inſtituatur actio, vel accuſatio: ac deinde ſi miles, ſine cōmeatu, exercitū reliquerit: item ſi agatur de exploratoribus, proditorib⁹, & trāsfugis, ſi immeritò, indictáq; cauſa, militis, ſeu ſatellitis alicuius nomen ex albo duces militares, latrunculatoréſue eraſerint, ſi de luitione ſeu vitæ pretio, ſi de duellis, an penſata, cōdictáq; illa ſint, an verò ex occurſu, ſi prætereà de nobilibus qui ad delectum non reſponderint, (vulgò dicimus, *qui ſeront refuſans d'aller au ban, & arriereban*) ſi de ſtipendiis in quibus moras longiores, atque nequiores nectant ærarii, ſiqúe oriatur quæſtio, ex cauſa militiæ, inter quæſtores militares, obſeruatores actus, ſeu ἀντιγραφεῖς, (vulgò, *controolleurs*) caduceatores, (vocamus, *Herauts d'armes*) duces fabricæ militaris vehicularios, & cæteros id genus, nec tantum ſi inſtituendæ ſint actio-

nes,ſed & ſi depellendæ.Iſta Briſſonius,vt dixi ſuprà. Maior ramen pars vendicatur vel à magno conſilio,vt à Iuridico Pariſienſi: ita vt mutila planè ſir in hunc diem iuriſdictio,pet eorum,qui antiquo huic tribunali præfecti fuerant, incuriam. Scripſir tandem Will. Iolyæus,tuendæ,recuperandæque illius cauſa, libellum eruditum ſermone Gallico. Adſtruere conatus eſt nuper magiſter peditum, quem aliàs vocant emphatico nomine, *le Colonel de l'infanterie*, noua quædam, & inaudira aduerſus ciues iuriſdictionis iura: ſed *πλεονεξίας* repreſſit conſiſtorium Ptincipis, cuius celebri, perfectóque pet omnes ſuos numeros iudicio, quod dixir Seneca,remiſſio cauſæ facta eſt ad conſilii magni iudices inter I. Paiotium, ciuem Pariſienſem, & quoſdam de prorectorum grege milites qui eum fuſtibus,gladiiſque atrociſſimè læſeranr. Adiectumque eſt conſiſtoriano illo iudicio competere magiſtro peditum inrer ſolos ſuos hinc inde milites iutis dicundi licentiam. Nec verò inrer cæreros qui ab eiuſcemodi miliribus iniuriam acceperint.Hæc anno 1612. 28. Iunii. Maxima aurem hodie magiſtri peditum digniras,vr quæ inrer regni officia,nec,vt anrè,ſub Comire ſtabuli. Perſequar de militari iuriſdictione ad l. magiſteriæ. inf. de iuriſd. inf. omn. iudic.

Lex I.

Numquàm omninò,in negotiis priuatorum, vel tritio militaris,vel executio tribuatur.

Exceptio,niſi qui iudicio ſuperarus eſt aduerſetur iudicaris. Tunc enim,auctore eodem iudice,manu militari agendum eſt,air lex,qui reſtiruere. de rei vendic. ff. ſeu per ſcholam Palatinam,vt loquitur Iuſtin. in l. properandum. §. ſin autem. & §. illo procul dubio. de iudic. inf. dixi ad vtrumque textum. vide etiam ad l. 3 ſi ſeruus. ſup. de iis qui ad eccleſ. confug. Proprereà Io. Faber hîc notat poſſe ordinarium iudicem acceſſere opem militarem,vt adhibitis apparitoribus ſuis, executioni mandetur aduerſus rebelles iudicium. Delegato aurem à Principe, vel Senatu, ſuſtinenda eiuſcemodi armata manus eſt,donec,renuntiata ab eo condemnati rebellantis ferocia, Princeps, aut Senatus conceſſerit, vt ad d. l. 3. adieci.

Lex vlt.

Duces militum, & præcipuè quibus gentes, quæ maximè cauendæ ſunt, appropinquant, in ipſis limitibus commorari, & milites ad proprium redigere numerum, imminentibus magiſteriis poteſtatibus, diuturniſq́ eorum exercitationibus inhærere præcipimus. Caſtrorum quinetiam refectionis, luſtrationiſq́ curam habeant. Quibus cum Principibus,caſtrorumq́ præpoſitis, pro laborum viciſſitudine, limitaneorum militum duodecimam annonarum partem, diſtribuendam videlicèt inter eos magiſteriæ poteſtatis arbitrio deputamus.

Præceptum militare eſt ex hoc textu ad duces limitaneos, tum vt perpetuis exercitationibus bellicis milites inſtituant,animóſque eis ad maiora faciant, tum vt ſarta, tecta,inſtauratáque omnia ſint in commiſſis arcibus, formidatis noctéſque, diéſque inſidiis quæ in propinquo ſint. Quòd à noſtris ſollicitè adeò, eaque militari diſciplina ſeruatur,præſertim Caliſii,in Morinis,& Diuodori Mediomatricum,vr ſtationarii illi milites ceu ſcholam, ludumque cuiuſuis exercitationis bellicæ habeant ad informandos iuueniles animos nobilium, capeſſandaque doctrinæ militaris initia, vt diſcant hoſtes ferire,præſidia agitare, nihil metuere niſi turpem famam, hyemem, & æſtatem iuxta pari,humi requieſcere,eodem tempore inopiam & laborem rolerare: præclarè ita Salluſt. in Iugurtha.De magiſteriæ aurem poreſtaris arbirrio. vide l.magiſteriæ poteſtatis. de iuriſd. l. certi iuris. de iudic. l. eo caſu. de appellat. inf.

TIT.

TIT. XLII. NE REI MILITARIS COMITIBVS, VEL TRIBVNIS LAVACRA PRÆSTENTVR.

Non plus in textu legis vnicæ, quàm in Rubrica. Verba tamen obſeruanda arbitrot: *nec ad adærationem aliquam pro hac cauſa profligare*: dixerimus enim nos Galli valdè propriè, *ne bailler aucun argent au gens de guerre logez ès maiſons des particuliers pour ſe decharger de telles preſtations de bains, & eſtuues.* Adærario namque eſt æſtimatio ſpecierum in ære. Componendus verò titulus, de Salgamo hoſpitibus non præſtando, lib. 12, vr conijciarut ex ambobus his locis quanræ moleſtiæ ſit ſeruitus illa militarium hoſpitum. Hodie prorectoribus, ſeu prætorianis militibus cuſtodiæ regiæ, quos & χολαείους vocant Baſilica, maximéque Agathias lib. 6. qui eos ingenioſè deſcribit, præſtari ſolent ſal, acetum, lintea, mappæ, mantilia, culcitræ, & cocturæ: id tamen non intra pomæriũ, ac muros, ſed extra, arque ab iis duntaxar qui ſuburbia Lutetiana incolunr, Germanico excepto ob prærogatiuas Principum, ac potentiorum, & nobilium quos loci amœnitas ad habitandum allicit. De aceto autem, ac cæteris quæ ſuprà attigi, præſtationes eaſdem eſſe audio in ſtationibus limiraneis.

TIT. XLIV. DE OFFICIO DIVERSORVM IVDICVM.

LEX I.

Nemo iudex aliquem officialem ad eam domum, in qua materf. degit, cum aliquo precepto exiſtimet eſſe mittendum vt eamdem in publicum protrahat, &c.

AVTH.

Sed hodie nouo iure pro fiſcalibus, vel priuatis debitis nulla mulier debet includi, ſed ad iudicem veniet per ſe, vel per procuratorem ſuum, &c.

Iunge aurh. hodie. inf. de cuſt. reor. ratio autem eſt in l. maritus. inf. de procurator. diſtinctio fieri ſolet noſtris moribus in nupta, vel vidua. Anno 1579. ad Naralitia domini, tria ſenatuſconſulta pronunriauit in purputis magnus ille Chriſt. Thuanus, curiæ primicerius, ex quibus hoc fuit: nempe mulierem nuptam claudi non poſſe carcare ex cauſa ciuili, tum quia matrimonium difinitur, maris, & fœminæ coniunctio indiuiduam viræ ſocietatem continens, tum quia ex l. ſicut. de oper. libert. ff. vxor debet eſſe in officio mariri. Licer proprereà hodie & nupram ipſam claudere ſi modò & ſimul claudatur maritus, ex obligatione ſcilicèt qua ſeſe ambo ſubeundo carceri ſubiecerint niſi conuenrioni iniræ pareant. Licèt verò maximè viduam, cùm rario indiuiduæ mariti ſocieratis eſſe deſierit. De quo cùm nihilominùs dubiraretur anno 1585. diſceptara acerrimè quæſtio eſt in maiore auditorio 22. Maii, ann. eod. à Lud. Buiſſonio, & Sim. Marionio, ſummis patronis: placuit autem poſſe includi viduam C. du Boys, quæ à coërcitione illa corporis appellauerat, nullo alio temperamento adiecto, niſi vr quadrimeſtres induciæ ſeruarentur ex conſtitutione regia in ciuilibus. Quæ proinde excepr io ad hanc l. primam, & d. auth. hodie. facienda eſt, vt ſcilicèt locum non habeanr in viduis.

Digitized by Google

Ζεὺς δὲ ἑὸν πρὸς δῶμα. θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἀνέσταν
Ἐξ ἑδέων, &c.

motem verò hunc de principibus, infulatiſque præſidibus, nè paribus quidem Franciæ, aliiſve, cuiuſcumque dignitatis ſint, communicari oportere, iampridem à dom. Harlæo, nuper Senatus Præſide Max. didici. in egreſſu autem principes ipſos incedere poſt infulatos Præſides, perpetui motis eſt.

TIT. XLIV. VT OMNES IVDICES TAM CIVILES QVAM MILITARES, POST ADMINISTRATIONEM depoſitam, 50. dies in ciuitatibus, vel certis locis permaneant.

LEX VN.

In celeberrimis locis, ante omnium, quos, nuper gubernauerant, ora verſentur: vt pateat omnibus facultas libera ſuper furtis, aut criminibus querimoniam commouendi.

Dixerimus hoc, *ſe preſenter à la veuë d'vn chacun pour eſtre accuſé.* Arguit intereà hic textus quàm verè D. Ambroſ. ſcripſerit ſerm. 7. ad verba, reddite Deo quæ Dei ſunt: inoleuiſſe ferè ſemper hoc malum, vt quaſi ex conſuetudine vendantur leges, corrumpantur iura, & ſententiæ ipſæ ſint vænales, &c. at verò & illud quod in libello de rebus bellicis, ad finem notitiæ Imp. Rom. adeò ſcilicèt execrandam ferè ſemper fuiſſe Iudicum cupiditatem, vt hi, deſpecta reuerentia dignitatum, velut mercatores in prouincias ſe miſſos exiſtimarent. Præſtat igitur Imperator, quantum in eo ſitum eſt, vt exulet deinceps cum ipſis auctoribus malum. In quo tamen notandum, ſolos olim populi Rom. cenſores fuiſſe extra cenſuræ metum, depoſito officio, nè videlicèt præberetur anſa ſingulis, quos cenſuiſſent, vlciſcendæ illatæ ſibi iniuriæ. Hoc Liu. lib. 9. dec. 3. in fi. quod apologeticum hodie cognitoribus regiis, quippe diſciplinæ publicæ vindicibus, conuenientiſſimum eſt, vt nè tam facilis in eos pateat calumniatoribus, ac delatoribus via. Summa enim illa ratio eſt quam præfert Iuriſc. in l. 5. ff. de his quæ vt indign.

---

§. *Adminiſtrationem deponere nolumus deceſſorem, antequàm ſucceſſor ad prouinciæ fines peruenerit.*

Idem in vulg. l. meminiſſe. ff. de off. proconſ. ad quam dixi. vide autem rationem ad l. illud. de off. præſ. ff.

Si intra 50. dies poſt adminiſtrationem depoſitam, fuerit lite pulſatus ſuper furtis, nec elapſo illo 50. dierum ſpatio lis finita fuerit, tunc dato procuratore inſtructo, diſcedendi habeat licentiam. Cæterùm intra 50. dies præfata litigia, poſtquàm orta fuerint, terminanda ſunt.

Hoc ſeruabat Gallia, regnantibus D. Ludouico, Philip. IIII. Philipp. VI. & Car. VI. vt liquet ex ſtylo Parlamenti, parte 3. tit. 6. §. 21. 53. 63. & 65. celtiſmus noſter eſt, *ſyndiquer les actions & deportemens d'vn Gouuerneur.* Temporales enim tunc erant magiſtratus, quinimò annales in Senatu, vt docet ibi Molinæus. Quod autem ait textus, ordiendas eſſe lites, terminandaſque aduerſus adminiſtratores intra 50. dies, eò pertinent lex, diffamari. de ing. manum. & glo. ad tit. vt nemo inuitus ag. vel accu-

ſare cogatur. inf. cum l. Titia. de accuſat. ff. vt nempe præcîdatur calumniandi libertas inimicis triconibus, ac vitilitigatoribus, præfinito tempore intra quod actiones, accuſationéſve prodeant. Præcipuè enim ſeruandum hoc in magiſtratibus, nè tam citò, tamque facilè per temerarios euileſcat eorum priſtina dignitas: tuenda enim potiſſimùm, nullóque caſu, ſi fieri poſſit, temeranda, quod pluribus explicat Cic. Phil. 1. vide Langlæum lib. 2. ſemeſtr. cap. 1. & quæ adieci ad l. obſeruandum. de off. præſ. ff. de iudicum erga prouinciales prudentia nè illis ſint contemptui.

TIT. XLV. DE OFFICIO EIVS QVI VICEM ALICVIVS IVDICIS, VEL PRÆSIDIS OBTINET.

Lex 2. quæ & vlt.

Poteſt omnia, quæ ad Iuriſdictionem Rectoris pertinent, actitare.

Scribit non immeritò Rebufus ad artic. 5. de expenſis, ordinarios Iudices eſſe qui à lege, vel à Rege præfecti ſunt: cuiuſmodi eſſe ait Bailliuos, præfectos, & locum tenẽtes, quo & nomine vtitur Iulianus anteceſſor in Nouellis, cùm reddit vocem, τοποτηρητάς: ſuſtulit verò eos Iuſtinianus Nou. 134. vide ad tit. de off. vicar. ſup.

TIT. XLVI. DE ASSESSORIBVS, ET DOMESTICIS, ET CANCELLARIIS IVDICVM.

Lex I.

Studiorum labor meretur vt ij qui in publicis adminiſtrationibus ſociari ſibi conſiliorum participes cupiunt, ſpe præmiorum, atque honorificentia ſua prouocent eos, quorum prudentiam ſibi putant eſſe neceſſariam, non metu terribili & neceſſitate incongrua libertati.

Dixi ad l. 1. ff. hoc tit. quòd autem hîc aſſeſſores ait conſiliorum participes, eadem ratione lex 6. Cod. quom. & quando Iudex, eos vocat adiutores præſidis, Baſilica συμπόνους, Plutarchus δίκης συνεργοὺς, ἐν πολλοῖς. τῷ δικαστῇ ἑδρ. Cæterùm vt Præſidum erat, non prouincialium, eligere ſibi aſſeſſores, Nou. vt iuſiur. quod præſt. ab iis. circa fi. quod & attigit Io. Faber ad hunc tit. ita & apparet manifeſtiſſimè ex fine legis, cò proceſſiſſe imperium, aut tyrannidem potiùs, vt, ſi quis officio illo defungi nollet, adigerent eum nihilominus metu, ac minis Præſides. Hoc damnat Imperator, vel ex eo maximè quia literæ ſint liberæ, ἐλευθέρας παιδείας, ait Plato, nec vllo proinde iugo moleſto premi literatos oporteat: quod vt magis indicaret ingenioſa vetuſtas, iniuges boues Mineruæ ſacrificari voluit, id eſt quæ numquam iugum tuliſſent, vt docet Lil. Gir. ſyntag. 17. Alliciendi ergo præmiis, & ſolatiis qui in earum ſtudio profecerint, nec verò auferendum id quaſi a cenſitis, latenter, per vim, ac ſuperciliosè ſine quo alioquin inanes, atque inglorij, inter ſuos typhos, vileſcerent qui ſacram illam libertatem vultu alto, ſuperbóque ingentis magiſtratus, nullóq; ferè laborum adiecto leuamento, opprimunt: quod damnatur hac l. ab Imperatoribus vt in priſcis illis prouinciarum adminiſtratoribus frequentiſſimum. *ſcis bonas artes honore nutriri, atque hoc ſpecimen eſſe Florentis Reip. vt diſciplinarum profeſſoribus præmia opulenta pendantur*: Ita Symmach. lib. 1. epiſt. 73. Apud nos verò aliquam aſſeſſorum de quibus in hoc titulo, ſpeciem

Digitized by Google

ſpeciem referunt præſidales cuiuſq; prouinciæ Iudices, inſtituti nimirùm ab Herrico II. an. 1552. ſolatio prouincialium, vt ſcripſi fuſiùs ad l. ſi idem cum eodem. ff. de Iuriſd.

LEX 2.

Præſides non per aſſeſſores, ſed per ſe ſubſcribant libellis.

Summa ratio eſt, vt nè quid nimium audeant aſſeſſores, nec indulgeant, aut addicant potiùs, fortè corrupti, quod ſine pleniſſima cauſæ cognitione expediri non debeat. Optimè igitur Bald. ad l. pen. qui teſtam. fac. poſſ. ff. per eum textum, decîdit, ſubſcriptionem non poſſe alteri committi, nè quidem notario, ait ille. Tantò verò magis in iudiciis, cùm in eis induatur Dei perſona, ait ipſemet Tullius lib. 1. off. Inde enim dixerimus nec alia ratione prohibere conſtitutiones regias ſupremorum tribunalium iudicibus, vt per ſe, nec verò per amanuenſes breuiaria litium conſcribant quæ, explicantibus ipſis, diiudicandæ ſint. Verba enim, & ſtipulatiunculæ ſæpiſſimè occurrunt in inſtrumentis, quæ quamuis ad deciſionem faciant, prætermittuntur tamen facilè ab amanuenſi imperito, cui proinde ſi fidem haberet dominus, non intellecta lite ferretur iudicium. Prudentiſſimum Iuriſcõſultorum omnium Scæuolam ſcripſit Duarenus in ſuo Scæuola, quod profiteatur paſſim numquam ſe niſi ex facto reſpondere, id eſt ait Duar. ex omnibus litis propoſitæ particulis accuratè enarratis, & perpenſis. Emendauit pręterea Senatus morem improbum quo plærique nummarij Iudices quotidianos, ex leui iſta libellorum ſubſcriptione, prouentus capiebant. Interdixit enim nèquid deinceps eo nomine exigerent, cùm inter concuſſionis ſpecies illud ſit: Turonenſique Iuridico, ſeparato accuſationis capite, obiectum eſt, quòd ex vnaquaque ſubſcriptione libelli duos aſſes acciperet.

LEX 3.

Conſiliarios Iudicum & cancellarios, & eos qui domeſticorum funguntur officio, poſt depoſitam adminiſtrationem, 50. dies in prouinciis reſidere præcipimus.

Cancellarij in hoc tit. erant hi propriæ qui in mundum redigebant, aut certè ſubſignabant acta, ſententiaſque Iudicum, ac litigatoribus tradebant, dicti ſcilicèt non à cancellando, ſed à cancellis, σηγκλίδας vocat Cuiacius hîc, in paratit. ex Agathia lib. 1. (dicimus vulgò *barreaux, ou treillis*) intra quos concluſi ſcribebant. Nec verò id prætermiſit Car. Loyſ. lib. 2. cap. 8. offic. Ratio deinde plana ſatis eſt cur eaſdem moras trahere in prouinciis deberent aſſeſſores, & cancellarij, id eſt actuarij, ſeu grapharij, vt loquimur, finita adminiſtratione, quas & ipſi præſides: domeſtici enim erant, vt hîc, & conſiliorum participes, vt in l. 1. ſup. eiuſmodique hodie fuerint flagitioſorum Iudicum amanuenſes, vt quos rarum ſit non dare operam rei illicitæ cum dominis. Recens exemplum vidit tota non modò Lutetia, ſed vniuerſa etiam ferè Gallia an. 1613. in delatis vna, eademque accuſatione procuratore in ſubſidiorum curia regio, eiuſque amanuenſi, vt quam participem concuſſionum habuiſſet ſemper dominus.

LEX 8.

Nullus Iudicum ad prouinciam ſibi commiſſam quemquam ſecum ducere audeat, cui domeſtici vel cancellarij nomen imponat: nec profectum ad ſe vndequáque ſuſcipiat, nè famæ nota cum bonorum publicatione plectatur. Periculo enim primatum officij, cancellarios ſub fide geſtorum, ex eodem officio electos iudicibus applicari iubemus.

Digitized by Google

que feſtinat, neutrum bene peragat: tamen poſt conſiliarii ſollicitudinem depoſitam, licet ei ad munus aduocationis reuerti.

Duas rationes aſſignat Langlæus lib. 1. cap. 3. ſemeſtr. cur aduocatos, dum perorant, ſtare oporteat. Prima eſt in gratiam iudicum, quibus non à litigatoribus tantùm, ſed etiam à patronis, & cauſarum actoribus honos habendus eſt, quod non, vt à ſtantibus, ita fieret à ſedentibus. Qui enim ſedens cauſam agit, dignitatem quadam tenus ius dicentis aſpernari videtur. Iudex autem ferè patronum odit ſeſe efferentem, taciruſque reuerentiam poſtulat. Altera ratio eſt, quòd non iidem impetus eſſe poſſint eius qui ſedens & eius qui ſtans cauſam agit. Imò ſedentibus accidit, vt hoc, quod ſedent, quaſi debilitentur, ac deprimantur. Sic ille loco ſupradicto, vbi longè plura. videndus autem in hoc ipſum Plinius lib. 1. ep. 23. & cõſtitutio. Molinẽſ. art. 19. atq; Blæſ. art. 115.

Perfectißimè patrocinari.

Nempe, ait Quintilianus lib. 12. cap. 8. ſi patronus intueatur omne litis inſtrumentum, quod videre non eſt ſatis, perlegendum erit, &c. Plura ille eo loco. Deinde ſi non tranſeat dicenda, ſed inculcet, infigat, repetat, neque curſim, & breuiter attingat. Aliâs enim præuaricari eſt: ita Plinius lib. 1. epiſt. 20. Eò verò etiam pertinet præceptum Ciceronis lib. 2. de orato. vt ſcilicèt quaſcumque cauſas erit acturus Orator, eas diligenter penitus cognoſcat. Et pòſt, non tam, inquit, vt proſim cauſis, elaborare ſoleo, quàm vt nè quid obſim: non quin enitendum ſit in vtroque: ſed tamen multò eſt turpius Oratori nocuiſſe videri cauſæ, quàm non profuiſſe. Præſcribit & aliud in Oratore ad Brutum in hæc verba: tenues cauſas tractabit vt tenues, vt quanta ad rem, tanta ad orationem fiat acceſſio. Cùm verò cauſa ea inciderit in qua vis eloquentiæ poſſit exprimi, tum ſe latiùs fundet Orator. Addit vnum ex præcipuis Quintilianus lib. 4. cap. 1. in hæc verba: mores quoque iudicis velim noſſe. Ex moribus enim iudicis dicendum eſt, vt poſteà ſubiicit. Nimirùm experimenta hæc fori perſtringo.

Nè cùm ad vtrumque feſtinat, &c.

Doctrina Platonis hæc eſt in Theæteto, *κρεῖττον γὰρ που σμικρὸν εὖ, ἢ πολὺ μὴ ἱκανῶς περᾶναι.* Id eſt: *ſatius eſt exiguum quid bene, quàm multum malè conficere.* Denique conatu illud quàm effectu grauius, dixit Liuius. Feréque nihil referunt qui ad hæc, & illa feſtinant, niſi vt dicantur ἀλλοπρόσαλλοι, & Chamæleontes. Cic. Philip. V. Accipiétne ait, excuſationẽ is qui quæſtioni præerit Græci iudicis, modò palliati, modò togati. Sic ille. Seruamus tamẽ vt qui in vno foro iudex eſt, poſſit nihilominus in alieno poſtulare, iuxta l. pen. cõſiliariis. ff. hoc tit. ad quam, in exemplũ, recẽſeo motã olim cõtrouerſiam inter pręfectũ Lochienſem, & pręfecturæ maioris, ſeu Bailliuiæ, vt loquimur, patronos, non, vtrùm aduocationib⁹ ei interdiceretur apud præfectũ maiorem, ſeu Bailliuum, ſed vtrùm ex eo ꝙ pręfecturæ minoris tribunali pręeſſet, anteire etiam patronos ſeniores, in alieno illo, nec ſuo foro, deberet. Notandus autem totus hic textus in eos qui cauſis litibuſq; curãdis occupari, anteceſſoris tamen graue, laborioſum, ſtudioſum, apprimè autem literatum munus obeunt, de quo dici oporteat iure optimo, *αἲ ἔλαχες Σπάρτην κόσμει.* Notandus etiam in *ἱεροβόσκεις*, qui, quod querebatur D. Bernardus, varias ſacerdotiorum curas ambiunt ſine curis: neutrum enim bene peragunt. Varia ſunt, nimiáque id genus.

---

§. ***Conſiliarii ſignum, quod ſolitum eſt, chartis imponat, neque alius quaſdam literas excogitatas aßimilet. In legem enim committunt ii qui vigorem eius ſcrupuloſis, & excogitatis artibus eludere feſtinant.***

De ſigillis adulterinis, vel furtiuis vide cap. Tertio loco. de probatio. extr. Falſi autem tantò peius crimen eſt, quantò grauius, decipere in publico. arg. l. illicitas. §. ſic-

Digitized by Google

uti. de off. præſ. textus ſingularis in cap. ad falſariorum. ext. de crim. falſ. Publicè enim intereſt vt ſigillo alicuius ſtetur in iis quæ ſunt ſuæ iuriſdictionis, quod latè explicat Faber ad §. poſſunt. de teſtam. in inſtit. & Bald. conſ. 464. vol. 1. Inde literis, & ſigillo epiſcopi creditur maximè in re epiſcopali, ex doctrina Baldi conſ. 319. lib. 3. & glo. ad cap. poſt ceſſionem. ext. de probat. atque ad cap. 2. de ſolution. diſtinguit tamen Faber ſigillum domeſticum à iudiciali, ad §. ſin autem. num. 17. tit. de ſatiſd. in inſtit. Si quis enim habeat diuerſa duo ſigilla, ait ille, alterum ad negotia propria, & domeſtica, alterum ad contractus, vel cauſas, quia ſit fortè Iuridicus, ſigillum ad cauſas fidem in rebus domeſticis non faciet, ſed in ſolis iudicialibus. Sed cùm nihil eo nomine præſtaretur, ætate Io. Fabri, à litigatoribus, vt notat Molinæus ad ſtyl. Parlamenti parte 3. tit. 6. alia hodie longè eſt ætas, aliiique mores, de quibus effundi poſſit, ſigi, ac renouari vetus iſta querela Senecæ epiſt. 115. *Magiſtratus*, inquit, *& iudices facit pecunia, quæ ex quo in honore eſſe cœpit, verus rerum honor cecidit. Mercatores, & venales inuicem facti quærimus non quale ſit quid, ſed quanti.* Quotidianus denique reditus ille eſt apud iudices Gallicos, in quo & peccari minimùm putant, ſpectatis reliquis.

In cauſis, quarum patrocinium adeptus eſt, quibuſque aduocationem ſuam præſtitit, non aſſideat: nè affectionis ſuæ, vel aduocationis memor, incorrupti iudicis non poſſit nomen proferre.

Dixi ad l. prætor. de iuriſd. & ad l. vlt. de teſtib. ff. Potiſſima autem affectionis, de qua hic textus, iſta ratio fuerit, quòd, cùm clientes vocare ſolerat literata antiquitas ſuſceptos, verè qui in opem cauſæ aduocantur, quique fidem eo nomine adſtringunt, amici putandi ſint, vnde & aduocati nomen. Deinde verò operis, negotiiue cui impenſus labor eſt, affectus ferè numquàm interit:

Μοχθήσας μὲν μέγα καθ' ἕκαστ' εἰργασμένα χαίρει,
Ὥσπερ πατὴρ παῖδας, τ' ἔργ' ἑαυτοῦ, ἐρᾷ.

TIT. XLVII. DE ANNONIS, ET CAPITV ADMINISTRANTIVM, ET EORVM ASSESSORVM,

aliorumue publicas ſollicitudines gerentium, vel eorum qui aliquas conſecuti ſunt dignitates.

LEX VN.

Omnibus, &c. Nec non Comiti commerciorum, &c. in præbendis ſolatiis annonarum hic fixus, ac ſtabilis ſeruabitur modus, vt ea pro annonis & capite dignitati ſuæ debitis pretia conſequantur, quæ particularibus delegationibus (glo. id eſt, ſingulorum deſcriptionibus) *ſolent contineri.*

Pulchrè Vegerius lib. 4. cap. 7. de annonis militaribus, & publicis. Cùm autem Cuiacius hîc probet ex Heſych. capita eſſe, pabula equorum, ac mularum: καπητόν, παράβλημα ἀλόγων, quod nos Galli dicimus, *fourrages*: addi & hoc neceſſarium eſt ex authore magni Etymologici, καπητὸν nempe factum videri à, κάπη, quod præſepè eſt. κάπη verò, ait Etymologicus, παρὰ τὸ κάπτειν (ὅ ἐστι, ἐσθίειν) ἱσταμένους τοὺς ἵππους ἐν αὐτῇ. Hæſerunt ante Cuiacium quaſi in vepretis vel eruditiores ad inflexionem hanc Græcam, *Capitu*, tam in hac l. quàm in l. vlt. de off. præf. præt. Afr. ſup. Alii enim legebant,

gebant, *capite*, alii, *capitatione*, non aduertentes ad patrii caſus helleniſmum. Iſta igitur de capitibus, ſeu pabulis equorum plus ſatis. Annonæ dictionē nemo niſi valdè ineruditus neſcierit. In qua tamen notandum & iſtud arbitror. Vt enim Annonæ in hoc tit. de militaribus potiſſimùm intelligendæ ſunt, tributi nimirùm ſolitæ proficiſcenti, agentiue in expeditione, & caſtris agmini, ita & annonaria illa intributio quæ fit epiſcopo, aut eius archidiaconis perluſtrantibus in annos ſingulos diœceſanas eccleſias, appellatur de more, procuratio à canoniſtis, cap. Romana. §. procurationes. de cenſib. in 6. & cap. vn. de cenſibus, exactionib. & procurationib. in extrauag. communib. Exhiberi autem procurationem illam in nummis, vt vetat d. §. procurationes. ita & edicta apud nos regia, neque etiam hoc fit niſi à volentibus curionibus parœcis: repreſſáque ſæpè eſt à Senatu archidiaconorum auaritia vocantium in ius curiones vt iura illa procurationum, ſeu, vt loquimur, viſitationum, ex pluribus annis penderent. Nihil enim debetur præter paſtum, vt vocant ipſi.

Comiti commerciorum.

Huius etiam fit mentio in l. vlt. de commerc. & in l. 2. quæ res vendi poſſint. inf. vulgò dicimus, *le Roy des merciers*, aduerſus quem cauſæ plures actæ ſunt in maiori auditorio, ob rapinas, & dolos quibus infeſtabat commercia. dixi an. 1586. pro mercatoribus Lucenſibus contra eiuſcemodi nebulonem: dixit Io. Amaritonius an. 1595. Tandem verò vbi paſſim à negotiatoribus, & populo conclamatum eſt, ſucceſſit edictum an. 1597. quo & nundinis, & emporiis quibuſcumque Gallicis eliminatus eſt. Dixerunt & poſteà Tuſ. Chauuelinus, Martinus, ac Mauguinius an. 1600. 9. Febr. in cauſa equitis Rupiæſuardii apud Pictones qui ius nundinarum impetrauerat in vico Blanzæio. Confirmauit autem Senatus præhenſionem corporis quam in Vappam iſtum decreuerat Auguſtoritanus Iuridicus, quia, nihil morante edicto, quaſique ſemper in regno ſuo eſſet, commercia noua conturbauerat. Tradunt Raguellus in Indice, & Car. Loyſ. tractatu *des ſeigneuries*, cap. 9. num. 30. quàm adulterina olim fuerit hæc per vniuerſam Galliam inſtitutio: adiicio verò nunc quàm bonis demùm, legitimiſque Senatuſconſultis edictum regium fulcientibus, profligata ſit.

TIT. XLIIX. DE CONTRACTIBVS IVDICVM, VEL EORVM QVI SVNT CIRCA EOS, ET INHIBENDIS donationibus in eos faciendis, & nè adminiſtrationis tempore proprias ædes ædificent ſine ſanctione pragmatica.

LEX VN.

Emptiones quarumcumque rerum mobilium, vel immobilium penitus interdicimus, &c. Hic autem ad domeſticos, & conſiliarios eorum trahi neceſſarium duximus: illud etiam adiicientes vt nec per interpoſitam perſonam aliquid eorum ſine periculo poſſit perpetrari. Quæ etiam ad præterita negotia referri ſancimus, niſi tranſactionibus, vel iudicationibus ſopita ſint.

Diſcimus primùm ex hac l. vn. nulli iudici fas eſſe, emere auctione publica ſi quid pro tribunali eius væneat, maximéque per perſonas interpoſitas, cùm ingens illud, ac ſolitum iudicibus, ipſiſque Optimatibus terrendi ſit malum. Secùs ſi aliena opera vti velint priuati emptores qui nomen ſuum in haſtis publicis tam citò euulgandum non putant: vide Chopin. in extremo fine commentarii ad conſuet. And. & lib. 2. tit. 1.

parte 2. cap. 2. ibidem: atque Cuiacium lib. 16. cap. 18. obſeruation. Quinimò prohibentur & ipſi actuarii, vt ſæpè iudicarum eſt. Nec murar ſi quis conſenſiſſe debitorem, aut credirorem dixerit vt in hoc, vel illo rribunali venditio fiar de quo poſteà alrerurer eorum ex ea cauſa queritur. Qualiſcumque enim conſenſus ille ſir, reſtitutioni in inregrum locus eſt. Ita an. 1614. 5. Seprembr. perorantibus Vid. Fauerello, & Iac. Talæo in auditorio edictali, contra Iac. Framery, Iuridicum Bononienſem, qui fundum in audirorio ſuo vænalem, conſentientibus crediroribus, emerar. Semper enim ſiniſtri quippiā aduerſus eiuſcemodi iudiciales regulos ſuſpicātur leges: itavr irritas eſſe donationes voluerint quæcumque ab vllo factæ ſint qui domicilium intra rerrirorii ipſorum meras defixerir: vide l. ſolet. §. vlt. de off. proconſul. & Nou. 17. cap. 1. vide eriā ex noſtro iure Gallico conſtirutiones Philippi IV. Car. VII Franciſci I. & Car. IX. quæ captioſas iſtas liberalirares prohibent, maléque mulctatus eſt procuraror regius apud Senones qui auſus ſimile quippiā apud nos fuerar, quicūq; induct⁹ color legaro ex officiis, meririſq; adſimularis fuiſſer, verus illud ſenatuſconſultum eſt anni 1557. 23. Ianuar. Hæc igitur de inhibitis donarionibus de quibus in rubrica. Quæſirum verò eſt ſi qui prohibetur emere, emerit nihilominùs, & parrono feudali laudemia prærogauerit, an locus ſit condictioni, infirmata addictione à Senaru. Negara aurem condictio illa eſt. Tamen ſi alrera eiuſdem rei venditio ſucceſſerit, runc conſecuturum iudicem à nouo emptore quicquid laudemiorum nomine dederit, iudicari non ita diu vidimus. Iſta quanrum ad iudices, eorumque domeſticos, interpoſiráſque perſonas de quarum fraude vide l. ſed erſi. §. 1. de vſufr. & l. ſeruus. §. 1. de acq. rer. domin. cùm ſcilicèt alius contrahit, alius numerat. Numeratio enim declarar cuius ſit res, air d. lex, ſed etſi. Verè equidem D. Chryſoſtomus homil. 41. in Mathæ. αἱ ἐξουσίαι πολλὰ τῶν παρὰ θεῷ μὴ δοκιμαζόντων ποιεῖν πείθουσι. Id eſt, *Auctoritates, ſeu dignitates quibus libera ſit poteſtas agendi quod velis, eò impellere conſueuerunt vt aduerſus Deum, Deique leges agantur plurima.* Ruinoſos inde honores dixit D. Auguſtinus, id eſt quibus paratur indies ruina, exitiumque animæ per ſordes, per gratiam, per vindictam, ac cærera denique quibus intumeſcit faſtus dominantium. Ad Optimates verò etiam ſpectat hæc imperatoria conſtiturio, de quibus & inrellige quod ſcribit Bartolus ad l. 12. ſi pater. §. vlt. ff. de pact. dotalib. quanra enim illa vis ſemper fuerit, quantumque ſibi vbique ſemper permiſerint potentiores, docer aliunde Euſtatius ad hunc verſ. ὀδ. α.

Αὐτὰρ ἐγὼν οἴκοιο ἄναξ ἔσομ' ἡμετέροιο.

Id eſt, *Ego autem Rex ero domus noſtra.* Notat Sophoclem vocare ex eo Thebanos nobiles, regionis ſuæ Reges, ipſoque eodem nomine dici iudices ab Heſiodo. Verba eius ſunt: παρὰ δὲ Σοφοκλεῖ γοῦν ἡ Ιοκάστη τοὺς ἐν Θήβαις εὐγενεῖς, χώρας ἄνακτας λέγει, καὶ Ἡσίοδος δὲ τοὺς δικαστὰς βασιλεῖς λέγει. Sic & ſcholiaſtes Apollonii ad hunc verſ. lib. 1.

—— οἱ δὲ φαεινοὶ

Ἀστέρες ὡς νεφέεσι.

Id eſt, *Lucidi, vt aſtra, nubibus*: Heroas, ſeu nobiles, appellat ſidera: turbam verò popularem, Nubes. ἀστέρας, inquit, τοὺς ἥρωας, νεφέλας δὲ τὸν δημοτικὸν ὄχλον. Plura in hoc ipſum de nobilibus Gallis apud Cæſarem lib. 6. de bell. Gall. Io. Fab. ad princip. inſtitut. Bened. ad cap. Raynutius. in verb. eondit. 1. De nobilibus verò Germanis verba hæc ſunr Munſteri lib. 1. de morib. German. *Gens plerumque inſolens, & inquieta ſubditos ruſticos irremiſſa ſeruitute exercet, miſeroſque, ac infælices dominos vexant.* Quinimò & D. Chryſoſtomus eiuſmodi immanes regulos vocat Titanas ferro accinctos. οὐχ ὁρᾶτε, inquit, τοὺς τιτᾶνας ξιφήρεις προϊόντας; ἐκεῖνα μανίας ὑποκρίσεις, &c. Id eſt, *Non videtis ferro accinctos prodire Titanas? ſunt illa figmenta vaſanta.* Sic ille homil. 17. ad epiſt. 1. Timorh. ἐν ἠθικῷ. Vbi longè plura. Remiſſiùs equidem iſta hodie apud nos, nempe ob auſtera, ſub optimis Principibus, ſuperiorum rribunalium imperia: ſæuitur tamen variis ſemper artibus in plebeios, maximè vbi in prouinciis bona publicè væneunt. Tunc enim quoridie in oculis iudicum, perque iuris noſtri inanes imagines, vis Oprimatum imminet de more, perſonis interpoſitis, atque terrirante ſingulos ſuſurro, adeò vr auferatur ſæpè vili prerio infœlicibus dominis quod aliàs væniret cariſſimè. Arcana autem

illa

illa manus potentiorum, ipſorumque etiam magiſtratuum, de qua frequentes querelæ in publicis cauſarum actionibus, per annos penè decem à compoſitis Galliæ noſtræ diſſenſionibus ciuilibus, purà ab anno 1595. afflixit longè plurimos quorum bona & in Senatu,& in præfectura Pariſ. diſtracta ſunt, quæcumque auſtera in id Senatuſcõſulta pro cauſis, & perſonis, acceſſerint. Vulgares denique inferioreſque iudices contineri poſſunt tandem, ſeuerioribuſque animaduerſionibus in officio nè peccent tam facilè in leges publicas. Regni verò proceres, de quibus, vt dixi, præcipuè agit hæc lex, atque Bartolus loco citato, ſunt ij qui per domeſticorum alloquia hunc vel illum quem vident multò inferiorem, quaſique eorum ferulæ obnoxium, ab inſtituta auctione blando imperio, aut etiam minis reuocant. In quo vt affectu, ſtudióque ferri ſuos quaſi Reges agnoſcunt emiſſarij, aut qui in eiuſmodi nexu viuunt, ac mancipio, dici vix eſt quale tunc iubentium dominorum ingenium induant. Nihil tanti cætera dum mandanti inſeruire poſſint κατὰ ζῆλον, κατὰ γνώμην, καὶ κατὰ τὴν τῶν κρειττόνων εὐτυχίαν, quod ait Schol. Eurip. in Hecub. inſtrumenta vocantur à Tacito, & Liuio. Martialis.

Nemo ſuos (hæc eſt aulæ natura potentis)
Sed domini mores Cæſarianus habet.

Et cùm in eiuſcemodi inuitis plærumque obſequiis periculoſum nihil, aut anceps habeant ſi ita iuſſerit, mandaueritve dominus, nè alioquin placentior altet, obſequioſiorque veterem caſu gratiam ſuffuretur, ac præripiat, finem facio ex his D. Auguſtini ad Pſal.131. *Multi*, ait ille, *non periclitabantur antequàm maioribus iungerentur: exoptarunt maiorum amicitias vt maiora pericula incurrerent.*

Quæ etiam ad præterita, &c.

Nota ex hoc fine legis, proficere nemini noua edicta, quæcumque illa ſint, ſi tranſactum ſit, vel iudicatum quippiam. Compone l.10. de infirmand. his quæ ſub tyrann. geſta ſunt, Cod. Theod. & §. leges, l. 2. ſup. de veter. iu. enucl. ad quam nonnulla adieci ex vſu.

TIT. XLIX. DE MODO' MVLCTARVM QVÆ A IVDICIBVS INFLIGVNTVR.

De his Briſſon. lib.1. cap.3. antiquit. iur. quem vide. Optimè Bodinus cum ait lib. 5. cap.3. de rep. ex Halicarnaſſeo, mulctas olim addictas fuiſſe gazophylaciis, ſeu theſauris templorum, vt loquimur, ad ſacrificiorum ſumptus. Inde enim eſt quod Sacramenta dicerentur, vt tradit feſtus in verb. ſacramentum. Poſteà verò applicitæ ſunt fiſco,vt in l. vlt. inf. hoc tit. & l. his quoque. de ſacroſ. Eccleſ. poſſunt tamen Iudices ex arbitrio ſtatuere ſi quid eis viſum fuerit cõuenientius ſeu ad pias cauſas, ſeu ad opera publica, iuxta legem 5. mulctarum, hoc eod. tit. Atque vt nihil antiquitatis Gallicæ ignoretur, notandum eſt mulctam vocatam olim fuiſſe à noſtris, fredum, vt conſtat ex Marculfo, lib.1. cap.3. & capitularib. Car. Magn. lib.3. cap.3. Grego. Turon. lib.4. cap. 26. de mirac. S. Martini. Wirgildum verò pecunia illa eſt quæ pro homicidio, aut alio delicto defuncti hæredibus, ac propinquis ſoluitur: reparationem ciuilem vulgò dicimus. quod Pet. Pithæus, & Hieron. Bign. latiùs explicant ſcholiis ad vtrumque accuratiſſimis.

Lex I.

Mulcta damnum famæ non irrogat.

Hoc intellige ex noſtris moribus, dummodo fiſco nominatim applicata non ſit, tunc enim inuſta infamiæ nota eſt, quam vt quodammodo deleant Iudices, pronuntiare humaniùs, pro cauſis, & perſonis, cõſueuerunt, erogandam ſcilicèt à cõdemnato certam pecuniam pauperibus: celtiſmus forenſis eſt, *que ledit tel aumoſnera aux pauures*

d'vn tel lieu la ſomme de tant. Quæſitum eſt, ſi fiſco addictio facta ſit, & duo mulctarum conductores contendant vter alteri præferri debeat, quis præferendus: forenſis autem illa doctrina eſt, ei ſoli mulctam pendi oportere, qui, cùm ferretur iudicium, fruebatur. Ita & Molin. ad Alexand. conſil.7. lib.3.

Lex 5.

Mulctarum ſeuera compendia ærario principis protinus quærenda ſunt, niſi ipſe Iudex id quod ad pœnam admiſſi facinoris exculpitur, vel publicis operibus, vel curſui publico, vel aliis neceſſariis cauſis ſpecialiter deputauerit.

Singularis textus ad quotidianas mulctarum addictiones, vel in gratiam pauperum, aut captiuorum palatini carceris, ſeu alterius, aut etiam vt pro ſalute occiſi celebretur incruentum Miſſæ Sacrificium: quæ & ipſamet mulcta irrogatur à Iuſtiniano, Nou. 115. vt cùm de appellar. cognoſc. §. ſi vnum ex prædictis, in hæc verba, ex antiquo interprete quem & probat Cuiacius: *Sed hac quoque institutione hæredum infirmata, & cæteris teſtamenti capitulis in ſuo robore permanentibus, ſubſtantia talium perſonarum ſimili modo Eccleſiis ciuitatum, ex quibus orti ſunt, applicetur, & multis aliis quàm in captiuorum redemptionibus expendantur: vt vnde à ſuis non ſunt redempti, aliorum redemptio procuretur, & ipſorum quoque animæ ex hac cauſa piiſſima ſubleuentur.* Præſtat Græcum ipſum textum ad hæc vltima ſubiicere, καὶ ἐκείνων, inquit, ὁμοίως ψυχὰς ἐκ ταύτης τῆς εὐσεβοῦς πράξεως ἐπικουφίζεσθαι. Hactenus Iuſtinianus. Dixit verò in hoc ipſum D. Auguſtinus in Enchiridio, cap.109. *Negandum non eſt defunctorum animas pietate ſuorum viuentium releuari cum pro illis ſacrificium mediatoris offertur, eleemoſynæ in Eccleſia fiunt.* Vocat emendatorium ignem, ad Pſal.37. purgatorias pœnas, cap.16. lib.21. de Ciuit. Dei, & tranſitorias, ad Pſal.118. ſeruarumq; à patribus morem deſcribit ſtudioſiſſima opera, ſermo.4. de omnibus ſanctis, & ſermo.32. de verbis Apoſtoli. *Quippe oblationes pro ſpiritibus dormientium verè adiuuare credendum eſt.* ait ep.64. ad Aurelium Epiſc. quod & ipſum rurſus ita exaggerat D. Chryſoſtomus ad cap.15. epiſt.1. Corinth. homil. 41. Εἰ γὰρ τοὺς παῖδας τοῦ Ἰὼβ ἐκάθαιρεν ἡ τοῦ πατρὸς θυσία, τί ἀμφιβάλλεις εἰ καὶ, ἡμῶν ὑπὲρ τῶν ἀπελθόντων προσφερόντων, γίνεταί τις αὐτοῖς παραμυθία; Id eſt, *ſi Iobi filios expiabat patris ſacrificium, quid dubitas an, nobis pro iis qui exceſſerunt offerentibus, eis exiſtat aliqua conſolatio?* Scholij leges vetant nè ex immenſo proferam quod rarum ſemper, certumque veris Chriſtianis. Cæterùm, vt interpretationem legis noſtræ perſequar, Seruius ad hunc verſum lib.1. Æneid.

——— *ſimul diuûm templis indicit honorem.*

docet paupertatem maiorum ex collatione, vel de bonis damnatorum ſacrificaſſe, atque inde ſupplicia dici ſupplicationes quæ fiunt de bonis ſupplicia paſſorum.

Ærario principis, &c.

Hinc arguit Baequetius cap.17. de iuſt. & iu. mulctas omnes inflictas à Iudicibus Regiis pertinere ad principem, niſi aliud ſententia adiiciat. Nec prætermittendum etiam quod habet Faber ad l. vlt. hoc tit. Eccleſiaſticos nempe Iudices non poſſe mulctare pecuniariter etiam pro crimine.

Exculpitur.

Id eſt, extorquetur apud Terentium, Plautum, & alios.

Lex vlt.

§. vlt. *Nec putent factu facile eſſe, vt aut præcipiti perſuaſione condemnent*

demnent quem culpa non grauat: aut erubeſcenda varietate iudicij, pro arbitrio proprio immutandum eſſe quod iuſſerint, niſi paupertas condemnati hoc perſuaſerit.

Variare non poſſe Iudices, vbi ſemel ſententiam, quæ litem finit, protulerint, liquet plus ſatis ex l. Iudex poſteaquam. de re iudic. ff. dixi plura ad l. ex diuerſo. §. 1. de rei vendic. ff. componendus etiam textus legis, illicitas. §. vlt. de off. præſid. vbi hoc attigi.

TIT. L. DE DEFENSIONIBVS CIVITATVM.

Succeſſerunt hi in locum πολιτευομένων, vide Nouel. 134. differebant à decurionibus in eo quòd decuriones conſilio publico, ſeu ciuitatis præeſſent, inde dicti βȣλευταὶ, à Modeſtino, id eſt conſiliarii, tit. de excuſation. tutor. quo & nomine hodie vtuntur ciuitates Gallicæ erga eos quorum conſeſſu delecto adminiſtrari ſolent negotia publica. Defenſores verò fiebant non conſilii publici cauſa, ſed defenſionis tenuiorum, plebeiæque ſortis hominum contra potentiores, proindéque ſumebantur ex plebe, comparati propterea tribunis. Hodie vicem eorum referunt Scabinei, conſules, ſyndici, Capitolini, & iurati quos habet vnaquæque Galliæ ciuitas: vide de his l. 5. 6. & 7. inf. hoc tit. Carolum Magnum cap. 75. & 77. capitul. additio. 4. Chopin. lib. 3. tit. 20. de doman. Car. Loyſ. lib. 5. cap. vlt. de offic. & quæ contuli ad l. vn. ff. ſi quis ius ius dic. non obtemper. Quinimò & inter eos qui ciuitates curant, connumerandum nec immeritò dixerimus illum quem Apoſtolus in fine epiſtolæ ad Rom. vocat, ὃν τῆς πόλεως οἰκονόμον. Vertit interpres vulgaris, arcarium ciuitatis, nec tam impropriè, cùm ærarium habere ſoleat vnaquæque ciuitas: appellamus nos Galli, *vn Receueur de ville.*

Lex 3.

Innocens, & quieta ruſticitas.

Pulchrè hanc deſcribit Virgilius lib. 2. Georgic. in fi. vide & l. 5. de agric. & cenſib. lib. 11. Agricultorum patrimonium, ait Colum. in præfat. lib. de re ruſt. caret omni crimine. Inde etiam ruſticorum iocis parcendum eſſe ſcribit Agellius lib. 10. cap. 3. quia videlicèt narura duce, citraque implexas fraudes, id agant. Vocat eos Ariſtoteles γνωμοτύπους, Latinis, *ſententiarum compoſitores*, fortè nobis Gallis, *fayſeurs d'adages, & ſerieuſes rencontres*, nihil enim ad fœlicem Græci ſermonis compoſitionem reperio aptius. Quòd ſi innocens, & quieta vnquàm ruſticitas apud veteres fuit, ſtetiſſe eam in Gallia fateri neceſſe eſt. Plebem enim penè ſeruorum loco habitam ſcribit Cæſar lib. 6. de bello Gall. ita vt per ſe nihil auderet, & nulli adhiberetur conſilio. Quinimò plæriquе cùm aut ære alieno, aut magnitudine tributorum, aut iniuria potentiorum premerentur, ſeſe in ſeruitutem dicabant nobilibus. Ita Cæſar. Delectus hic nihi ſummoperè ad l. noſtram facere viſus eſt, atque ad mores maioris partis ruſticanæ ſimplicitatis, innocentiæ, aut etiam niuis Gallicæ, vt de Gallis dixit Lipſius in epiſtolis. Cætera fuſè Chopin. libris de priuileg. ruſtic. Paucula enim hæc literati iamdudum otii noſtri fecimus.

Lex 4. Theodoro defenſori inſcripta eſt. Præclara autem hæc ſunt ex textu.

Imprimis parentis vicem plebi exhibeas: deſcriptionibus ruſticos, vrbanoſq; non patiaris affligi: officialium inſolentia, & iudicum proca-

citati, ſalua reuerentia pudoris, occurras: ingrediendi, cùm voles, ad iudicem liberam habeas facultatem.

Polybius lib. 4. tradit de Elienſibus agricolis, quæ ad huius legis illuſtrationem mirè conferunt. Ait enim eos tanto habuiſſe agriculturam ſtudio, vt ætatem omnem in agris exigerent numquàm proficiſcentes in vrbem: eamq́ue proinde defenſores, τοὺς πολιτινομφύοις, vt loquitur, adhibuiſſe ſemper prudentiam, vt & lites, ſi quas illi haberent, in agris ipſis, ἐπὶ τόπου, (*ſur le lieu*, vt celtiſmus noſter eſt) benigna, breuiq́ue cognitione diiudicarent, proſpicerent́que nè quis eos fatigaret, néue quid eis deeſſet. Denique nec regna, nec reges curare agricolas ſcribit Ariſtoteles lib. 6. politic. cap. 4. dummodò habeant qui operibus publicis intentos tueatur, occurratq́ue inſolentiæ, ſæuitiæ, ac temeritati ſeu militum, ſeu cæterorum id genus omnium quibus aliâs in prædam paulo momento cederent. Laudatur perpetuò Ludouicus XII. nomenque parentis populi ſortitus eſt vt iam ſuprà dixi, quòd agricolas vnicè in tutelam ſuam reciperet aduerſus infeſtationes nobilium. Dicam plura, Deo bene adiuuante, ad auth. agricultores. inf. quæ res pignori.

Deſcriptionibus, &c.

Quæ illæ eſſent, vide in l. dominicos. de agric. & mancipiis dominicis, lib. 11. Omiſſum id à gloſſa. Erant fiſcales illationes, ſeu, vt loquimur, *tailles, & impoſts dont on faiſoit rooles, comme à preſens*, vt ex illo textu planum eſt.

Lex 5.

Defenſores nominis ſui tantùm funguntur officio: plebem, vel decuriones ab omni improborum inſolentia, & temeritate tueantur: vt id tantùm quod eſſe dicuntur, eſſe non deſinant.

De conſilio ſimili ex ratione nominis magiſtratus, ac officii, vide in l. 1. & quæ ad eam perſtrinxi, ſup. de off. præf. vrbi. Plures hodie habemus dignitates, & munera, quæ ex ipſa denominatione produnt, atque indicant qua ex cauſa, & ad quid, initium duxerint.

Lex 6.

Per omnes regiones, in quibus fera, & periculi ſui neſcia latronum feruet inſania, probatiſſimi quique, & diſtrictiſſimi defenſores adſint diſciplinæ, & quotidianis actibus præſint qui non ſinant impunita crimina coaleſcere.

Totum id hodie latrunculatorum munus eſt, de quibus dixi ad l. ſolemus. §. 1. de iudic. ff. cæterùm numquàm lego verba hæc: *Fera, & periculi ſui neſcia latronum feruet inſania*: quin confeſtim miſeram ipſorum ex ea deſcriptione vicem, vitamq́ue dolere mihi accidat qua inſidentes itinera, & vias, laboribus inſanis, ſiti, inediæ, æſtui, frigori, pædoribus, pediculis, erroribuſque, ac tremoribus perpetuis, per ſyluas, & luſtra ferarum, interq́ue ſola belluarum contubernia, ſeſe in horas, & momenta modò huc, modò illuc mancipant. Non eſt locus apud auctores qui ferinam eiuſmodi vitam, ac inſaniam magis, dilucidiúſque breuitate iſta explicet, quicquid ſcribatur longiori ſermone de Procuſte, Viriato, Sini, Crocota, & aliis quos, vt flagitioſa prædoniæ vitæ exempla, memorauit vetuſtas. Inſtar omnium fuerint iſta D. Auguſtini libro, de patientia, cap. 5. *Quid de latronibus dicam*, ait ille, *quorum omnes, cùm inſidiantur viatoribus, noctes perpetiuntur inſomnes, atque vt tranſeuntes excipiant innocentes, ſub qualibet cœli aſperitate, nocentem animum,*

Digitized by Google

animum, corpuſque deſigunt? Quidam verò eorum inuicem torquere perhibentur, ita vt exercitatio contra pœnas nihil diſtet à pœnis. Non enim tantùm fortaßis excruciantur à iudice, vt à dolentibus veritas inquiratur, quantum à ſuis ſociis vt à patientibus non prodantur. Supplicium in eos inſtituit Franciſcus I. anno 1534. vt fractis membris ſemianimes in altum claris rotis ſupini imponantur: nimirùm ad terrendos eò magis graſſatorum immanes, belluinóſque animos, perpurgandáque latrociniis itinera publica, vt de Theſeo ſcribit Pauſanias lib. 2. in Sinim illum graſſatorem Iſthmicum, quem curuatis ad terram diuerſarum primum ramis alligatum, ipſiſque in contraria reſurgentibus diſtractum, diſcertumque reliquit, & viatoribus ſpectandum propoſuit. Rotæ autem ſupplicium multò aliter inferebatur apud veteres. Membra enim circumactis rotæ radiis comminuebantur, vt docet ex Demoſthene, Luciano, ac Nicephoro Cuiacius li. 3. cap. 28. obſeruatio.

LEX 7.

Defenſores ciuitatum. Mox ſub idonea proſecutione ad iudicium dirigant.

Hoc dicimus, *qu'il ſoit mené ſous bonne, & ſeure garde.* Sic in l. ſolent. de cuſtod. reor. ff. proſecutores dicuntur, *ceux qui conduiſent les criminels.*

LEX PENVLT.

Iubemus. Licentia eis tribuatur querelæ propriæ libellum in frequentioribus ciuitatum locis proponendi.

Citatur hæc pars conſtitutionis à mag. Præſide cap. 9. de bon. publicationibus, *pour les affiches qu'on doit mettre és lieux les plus eminēts.* Dixi ad l. ſed & ſi. §. 1. ff. de inſtitor.

TIT. LI. DE MAGISTRATIBVS MVNICIPALIBVS.

Nihil notandum ex vtraque lege huius tituli, quem tamen noſtris moribus referre meritò quis poſſit ad maiores ciuitatum, nuncupatos vulgari idiomate, *mayres.* Verè enim magiſtratus hi in vnaquaque ciuitate, ſeu municipio, curiæ Scabineorum præeſſe conſueuerunt. Differentia fuerit, quòd duumuiros, qui præerant curiæ decurionum, inſtar duorum Romæ conſulum quibus ſuberat ſenatus, ſumi oporteret ex ordine decurionum, quemadmodum defenſores è plebe, l. 2. tit. ſuperiore. at verò apud nos neceſſe illud non eſt. Dixi ad l. vn. ff. ſi quis ius dic. non obtem. quæ ſint eorum iura ex edictis. Præcipua enim vrbium cura commiſſa eſt, cùm ſint curatores Reip. & patres ciuitatum: quo nomine etiam vocabantur Romanis duumuiri, & decuriones in l. 3. de modo mulct. ſup. & l. 3. cum glo. de iis qui ſponte munera publ. ſubeunt. lib. 10. Sed & in hoc etiam nec ſoli ipſi apud nos imperitant, citraque ſuperiorem, quæ frænos iniiciat, manum, maximè in oppidis inferioribus. Ius enim conuocandi populi negatum eſt niſi conſcio, & permittente loci Iuridico, qui & præeſt comitiis generalibus, cognoſcit de re omni politica, de locationibus publicis, rationéſque apud eum gratuitæ redduntur de ærario vrbico, aut vt loquar populariùs ex idiotiſmo, *il connoyſt des deniers communs ſans prendre ſalaire.* Ita Senatus hoc an. 1616. die 6. Iunii, inter Flixianum Dynaſtam, & Iuridicum, perorantibus Pet. Mauguinio, & Per. Martellerio. Fortiſſimis patronis. Commiſſa autem fuerunt & capitalia iudicia ex edicto Molin. art. 71. prout, & quatenus obtinerent dum edictum latum eſt, cùm tamen iure Romano vetita eſſet omnis illa cognitio magiſtratibus municipalibus: quod proinde obtinuiſſe apud Iudæos, poſtquàm regio in prouinciam redacta eſt ab Auguſto, conſtat ex probatiſſimis Græcæ, Latinæque eccleſiæ ſcriptoribus qui interpretati ſunt caput 18. Ioann. vbi fateri coguntur Iudæi ademptum ſibi eſſe ius gladii, damnandique vllius ad furcas. Ita enim Ru-

pertus ad illud cap. 18. Caietanus Cardinalis, ibidem, Maldonarus in Math. cap. 27. verſ. 2. atque ante eos D. Chryſoſtomus homil. 82. Interpretatio verò illa eſt ex mera iuris Romani peritia, qua dicere ſolemus magiſtratus municipales nè quidem à ſeruo potuiſſe ſnpplicium ſumere, cùm ea quæ meri imperii ſunt, non haberent, ſed ſolus prouinciæ ſeu præſes, ſeu procurator, qualem in Iudæa Pilatum fuiſſe teſtatur ipſe Tacitus. vulgati textus de vetere iſta, coërcitáque iuriſdictione magiſtratuum municipalium, ſunt in l. ea quæ. cum glo. ad municip. & l. magiſtratibus. de iuriſdict. ff. pluráque ad eam quæſtionem Bodinus lib. 1. cap. 6. de Republ. quæ prætermitti à ſtudioſis non debeant. Arceri autem in genere voluit vſque adeò Chriſtianos Iulianus apoſtata ab omni adminiſtratione publica, maximéque à Iuriſdictionibus, vt ludere ſolitum impiè in verbo gladii, ſcribat Rufinus lib. 1. cap. 1. hiſtor. eccleſiaſt. *Procurationem*, ait, *prouinciarum, iuriſque dicendi Chriſtianis ſtatuit non debere committi vt pote quibus etiam lex propria gladio vti vetuiſſet.*

TIT. LII. DE OFFICIO IVRIDICI.

Cum nihil obſeruetur ad vſum ex textu, rectiſſimè tamen hîc adiicit Vueſembecius in paratitlo, appoſitum fuiſſe olim Iuridicum Alexandriæ quaſi ſpeculatorem præfecto Ægypti, ad exploranda ſcilicèt eius conſilia, ſi quid moliretur aduerſus Principem. Factitatum enim ita ſæpiùs à Regibus in ſuſpicionem rerum nouarum adductis: vulgatæque plus ſatis diffidentiæ Regum, Ioannis, Caroli V. qui aliâs, *Sapiens*, Ludoici XI. ac XII. qualis autem in eo fuerit Herrici III. ac Herrici Magni prudentia, mirantur qui & hactenus de ſollicita, & accurata tantorum Principum adminiſtratione audiunt.

Hîc deſinit liber primus Codicis.

OMISSA AD LIB. I. COD.

Ad Tit. II. De Sacroſ. Eccleſ. ad leg. 5. Placet. pag. 22. lin. vlt.

POST verb. *Presbyter.* add. Quantum ad decimas quæ etiam iure diuino tributæ in hoc ſunt clericis nè egeant, vt fusè alibi de earum vſu patrio diximus, ita & ſubnotaſſe ſufficiat, reliqua in eis, ſeu, vt loqui mos eſt, arreragia, poſt annum non poſſe exigi: ita enim ſeruamus, & ſumma ratione. relinquit enim de more, atque ex edictis in campo ipſo poſſeſſor quod decimarum eſt, decumaníque aduenientes illud auferre ſoliti ſunt. vide etiam Molin. ad conſuet. Pariſ. §.7. num.38. atq; ad ca. Tua nobis. de decimis. Secus autem in regalibus decimis, quæ videlicet prę̃ſtãtur in annos ſingulos ab ipſis clericis Principi. Quippe in iis reliqua plurium annorum peti poſſe non à ſucceſſore beneficij, ſed à deceſſore, vel eius hæredibus, docet idem Molinæus ad eamdem conſuetud. Pariſ. §.1. glo.1. num. 74. quod tamen hodie, nouiſſimiſque delegatorum cleri decretis, ad tres annos redactum eſt: illéque vſus eſt capitum 15. & 16. edicti, de Decim. an. 1599. menſ. Ianuar.

Ad Tit. II. De Sacroſ. Eccleſ. ad Auth. quibuſcumque. pag. 32. lin. 2.

Poſt verb. *augeant*, add. vide auth. licentiam. inf. de Epiſc. & cler.

Ad Tit. III. De Epiſc. & cler. ad l. 29. Si quemquam. pag. 60. lin. vlt.

Poſt verb. *de doman.* add. Claudam breue hoc, ſpiſſumque meum ſcholium laudatiſſimo Senatuſconſulto quod nuperrimè latum eſt hoc an. 1616. die 15. Iunij inter ambientes curam parœcianam S. Germani vetuſtioris, quæ in foro nouo. Cùm enim nominandus ſit curio per vices à corporibus, ſeu ſocietatibus Academicis, & caſu obtigiſſet vt nominare deberent medici, qui celeberrimum in Academia Pariſ. corpus conſtituunt, querelæ eiuſmodi factæ ſunt apud ampliſſimum ordinem de tabellarum, ſeu ſcrutinij, vt vocant, tacitis, opertis, ac redemptis fraudibus, vt interdictum ſit in maiore auditorio, velo reducto, occluſiſque, quod aiunt, foribus, nè aliter quàm per voces, & palam, perque emiſſa in duorum Senatorum oculis ſuffragia, fieret iſta inter candidatos ſtudiis, cognationibus, gratia, preſſiſque pollicibus, & prenſatis hinc illinc manibus concertata nominatio. quod vt conſtitutione Ludouici XII. an. 1499. ſancitum eſt, vide Boër. q. 1. vbi explicat cap. quia propter. de electio. Fœlix equidem ad ſacras, profanaſque iuuenilibus, generoſiſque animis dignitates auſpicium, de quo & nuper in pancelticis comitiis apud Lutetiam. Audietur tandem ex edicto vt ſpes eſt celeuſma hoc Claudiani publicum:

Creſcite virtutes, fœcundáque floreat ætas,
Ingeniis patuit campus, certúſque merenti
Stat fauor, ornatur propriis induſtria donis.
Surgite ſopitæ quas obruit ambitus, artes.

Iudicatum verò iſtud inter viros eruditos qui æqualia ferè ſuffragia ſortiti ſunt, ita vt alteri ambientium amplior duntaxat trium vocum numerus caſum victoriæ glomerauerit. Placuit tamen Senatui an. 1592. die 3. Febr. coniiciendas magis, de more veteri, arcanas tabellas in capſulam inter contendentes de gradu Theologici ſtudij honorario Theologos. Atque ita in hunc diem ſeruatur, nec tantùm inter Theologos, ſed & inter ipſos medicos, cùm de honoratis prolytarum, ſeu licentiatorum, vt vocant, gradibus agitur. vt liquebit fuſiùs ex nouiſſimo Academiæ ſtatuto anni 1600. artic. 29. 31. & 60. vbi de medicis. De Theologis autẽ eſt art. 35. vide quàm latè id differat Chopinus ad conſuet. Pariſ. lib. 2. tit. 7. num. 12. narro enim vt ille quæ noſtra hæc ætas ferat: nec ingratum fore ſpero bene animatis.

Ad eumd. Tit. III. ad Auth. Verum pag. 65. lin. penult.

Poſt verb. *diximus*, add. Si tamen tranſlatione facta monachi in aliud diuerſæ regulæ, diuerſive ordinis monaſterium, apiſcatur ille aliquod regulæ, ordiniſve illius beneficium, cuius ſit poſſeſſor cum decedit, pronuntiatum eſt hoc anno 1616. 23. Iun. prid. D. Io. Baptiſtæ, deberi fructus, penſioneſque beneficij, ſi quæ ſint, monaſterio cui ſeſe defunctus, ad conſequendum iſtud, applicuerit: cætera autem, præter eiuſcemodi penſiones, ac fructus, ſpectare ad vetus, in quo emiſſa ſit profeſſio, cœnobium: perorabant Herr. Petræus, & I. Cotnuallius, iunior. litigatorum nomina, Religioſi Cruciferi, Pariſienſes, qui agebant ad integrum profeſſi peculium, & Religioſi Dechage, de quorum ordine erat beneficium, cùm tamen vterque ordo Auguſtinianæ ſit regulæ. Notata autem fuit hæc diſtinctio accuratioribus patronis, vt æquiſſima.

Ad Tit. IIII. De Epiſcop. audient. ad l. 19. Memini. pag. 82. lin. vlt.

Poſt verb. *Iull.* 1614. add. Tandem ſecunda, vltimáque cognitione ex ſcripto, damnatus educationi Dux Tremulius, dom. Perfecto, litis interprete, an. 1615. die 7. Septemb. At verò & ſimilis iterum quæſtio orta eſt an. inſequenti inter Ducem Meduanum, & curionem parœcum, ob infantem expoſitum in oppidi, Meduanæ, Eccleſia apud Cœnomanos: auditique cùm eſſent longa oratione patroni in maiore auditorio, nutricandum à Duce, quippe Iuriſdictionis domino, pronuntiauit ex vindiciis, prouiſionaliſque, vt loquimur, iudicio, ordo ampliſſ. Cuius vindiciarij iudicij rationem hâc etiam poſteà didici, quòd ſcilicet in ea parte oppidi in qua Eccleſia ſita eſt, feudum quidẽ patronus alter habeat, Ducis autẽ vniuerſa ſit Iuriſdictio, qui propterea ſpurij iſtius infantuli educatione onerari debuit, cùm, vt & apud Pictones, ex perſcriptis Cœnomanorum moribus art. 48. bona ſpuriorum mobilia qui decedunt ſine liberis, ad locorum dominos ſpectent: in idiotiſmo eſt, *les biens meubles des baſtards, &c. qui decedent ſans hoirs appartiennent aux Seigneurs.* Quod Molinæus ad eam partem conſuetudinis de dynaſtis intelligit quorum ſit Iuriſdictio, nec verò de feudalibus. Idem verò in conſuet. Pictonũ, de quibus ſuperiore areſto, art. 299. & art. 302. Ad quos igitur commoda. ad eos & incommoda, ex natur. æquit. vulgatáque iur. reg. dicebant in cauſa Lud. Sammarthanus, præfecturæ militaris Iuridicus, & Io. du Sauzay, hoc an. 1616. 27. Iunij.

Ad eumd. Tit. IV. ad l. 20. De creationibus. pag. 84. lin. 7.

Poſt verb. *publicis.* add. Dixi longè plurima ad l. vlt. de diuort. ff. quid ex antiqua, nouâque Pariſienſium conſuetudine ſeruari debeat vt deſita, continuatáue dicatur ex inuentario ſolenni, vel non, connubialis inter liberos, atque alterũ coniugum ſuperſtitem ſocietas. Addendum autem & iſtud ex vltimis curiæ placitis vt res tantò fiat clarior. Cùm enim ante annum 1580. quodvis indicium voluntatis, nudáque, ac ſimplex declaratio ſufficeret, dummodò cum legitimo contradictore facta fuiſſet: atque id quicquid interuerſum diceretur de bonis ſocietatis, nec inſertum inuentario: quæ occurrerunt omnia non modò in Lauergnij patris inuentario de quo ad d. l. vlt. de diuort. ſed & in eo quod à clariſſ. Senatoris vidua confectum eſt defuncto marito. deficiebatur enim formulis, omiſſioneſque erant plurimæ, nec vlla rerum deſcriptarum facta fuerat æſtimatio: tamen quia quali quali voluntate declarauerat vidua nolle ſe prorogare, ſeu continuare, vt loquimur, ſocietatem cum liberis, id verò ſtante adhuc vetuſta conſuetudine quæ nihil de clauſura iudiciali cauerat, deſitam eſſe ſocietatem pronuntiauit ordo ampliſſ. hoc an. 1616. die vlt. Iunij, perorantibus Pet. Martellerio, & Dionyſ. Doujatio, inter C. Hellinias, & G. Tumerios, Senator. nituntur autem iſta maximè argum. l. recuſari, de acq. hæred. ff.

FINIS.

INDEX
RERVM ET VERBORVM
MEMORABILIVM, QVÆ IN OBSERVATIONIBVS HIS AD CODICEM CONTINENTVR.

A.

ABATVM dignitas qoanta 15

Abſens qoando præſumi poteſt mortuus 38. & quot annis expectari deber antequam bona eius inter hæredes diuidaotur 38

Adæratio quid 163

de Admortiſameoto 35.36

de Adoptione apud Romanos 61

Aduocati eccleſiarum qui 30. & cur inſtituti 34. 41

Æta Hiſpaniarum quando cœpit 3

de Agricultura, & agricolarum defenſoribus 176

Albinatus ſeo metæciæ ius 55

Alienationes rei eccleſiaſticæ omninò prohibitæ, niſi vrgeat neceſſitas. 28. & qualiter tunc fieri poſſunt ibid.

Andreas Tiraquellus Franciſci I. beneficio in Senatum Pariſienſem allectus 149

de Anoooaria re quinam cognoſcere debent 144

Annorom conuerſiones qualiter olim in Gallia computatæ 3. in Hiſpania quoque & Italia ib.

Apocriſiarius quis 147

Apoſtatæ qui dicti Chriſtianis 89

Appellationes tanquam ab abuſu, quando interiici conſueuę 26

Archidiaconatus an eſt collationis regiæ, vacante ſede 45

Archigerontes qui, apod Alexandrinos 75

Archimandritæ qoi, & vnde dicti 15

Archipreſbyteratus, an dignitas 45

Areſtum in fraudatorem Pigretium 10

Areſtum in Morgardum temerarium, ac ineptum Mathematicum 80

Areſtum de mulieribus matriculariis Sabbati, ne admittantur ampliùs 47. 48

Areſtum de quęſtibus prochotrophio legatis 56

Areſtum ſuper ſeſſioobus iudicum io eccleſia 19

Areſtum de tototibus teſtamento datis 81. 83

Areſta de donationibus, ac legatis eorum, qui monaſterium ingrediuntur 26. 27

Areſta de expoſitione infantium 82

Areſta de non habendis in gymnaſiis Academiæ Pariſ. mulieribus 54

Areſta de reſigoationibus in fraudem academicorum factis 5

de Aſſecuramentis 99

Aſſeſſores qui, & per qoos eligi ſoliti 166

io Auctioohibus publicis quinam emere prohibiti 171.172

B.

de BAptiſmatis ſacramento 89

Baſilica quãdo & cuius mãdato digeſta 1

Beneficia omnia, etiam leoiſſima, exprimi debent ab eo, qui reſcriptum aliquod Pontificium impetrat 135

Bona abſentis an poſt ſeptennium dioidi poſſunt inter hæredes 38

Bona clericorum, qui damnantur, qoibus applicari debent 40

Bona eccleſiæ nullis tributorum ooeribus ſubiacent, 21

Bona extranei qui in regno vxorem duxit, ac liberos ex ea ſuſcepit, an Principi debentur iore Albinatus 55

Burgos quid 142

Burgundiones vnde dicti 142

C.

CAncellarios, Princeps notariorum 137

Caocellarius à quo tempore ſic dictus, & cur 147

Cancellarii dignitas qoanta eſt in Francia 148

Cancellarii appellatio qoomodo variauit apud nos 147

Cancellarii, ſiue Refereodarii ſignabant olim vice Regom 134

Cancellarii iudicum qui, & vnde dicti 167.168

Canooicus ſimplex quis, & in quo à regolari differt 32

Canonici circa epiſcopos commorantes, 39. ſub iuriſdictione epiſcopi olim, ſed ab ea nunc omoes ferè exempti ibid.

Capellæ ſub nomine eccleſiæ contioentur 16

Capellani vnde dicti 16

Capitularium Caroli Magni liber qualis 2

Captiuum redimere negligentes, an ei ſuccedere debent 67. 68

Captiui in pręcipuis ſollemnitatibus relaxari vel ad paucos dies ſoliti 74

de Captiuorum redemptione 52

Carolus V. Imp. qualiter per varias orbis Gallici vrbes tranſiit 9

Catholici Chriſtiani, cur ſic appellati 7. 8

Digitized by Google

Chriſtiani populi ciuitas vna 7
Clerici, qui 39. & eorum bona quando damnantur, quibus applicari debent 40
Clerici apud quos iudices conueniendi 61. 62. 73
Clerici, vel aduocati munus, vel procuratoris in cauſis profanis obire non debent 52
Clerici per ſingularem iudicem condemnati degradantur, antequam ſententia mandetur executioni 62
Clericis interdictum ludere in publico cum laicis 52
qui Clericos verberant, aut occidunt, qualiter puniendi 48
Codex Gregorianos 1. Hermogenianus, ac Theodoſianus. ibid. Iuſtiniani ibid. Henricianus 4
Codicilli ſpeciales qui 132
Cohortes legionariæ quando, & ad quid inſtitutæ in Francia 143
Coloni an inter domeſticicos habendi 100
Comites ſacrarum largitionum, rerum priuatarum, & ſacri patrimonii, quinam 150. 151.
Cõmentarienſis laicus epiſcopalis carceris quam iuriſdictionem ſubire debet 57
Commerciorum comes quis 171
Concilia prouincialia cur præter œcumenica cogi ſolent 15. 16
Conciliorum œcumenicorum auctoritas 15
Confeſſio ſalſa non immutat veritatem 124
Coniuges an religionis cauſa à ſe inuicem ſeparari poſſunt, & quando 72
Conſilia cur in inſtruendis negotiis, & terminandis litibus habeorur 114
Conſtantinopoleos vrbis commendatio 116
Conſtitutiones vetuſtæ eccleſiæ teneodæ 15
in Contractibus verba adiuuari ſemper debent interpretatione veriſimili 2
Conuenricula quæ 51. edictis prohibita ibid.
Crimen ciuile quod 62
Crimen læſæ maieſtatis quibus caſibus vindicatur poſt mortem rei 87
Crucesignati indulgentiam habent, ne quis eos conueuire poſſit ante quinquennium 127
Cruciarius qui fracto fune cadit, vtrùm ſeruari ab vltimo ſupplicio debet 76
Cruciarius Cardinali obuius an ab eo liberari poteſt 76
Crucis figura à Chriſtianis adoratur, non materia 58
de Crucis veneratione 93. 94
à Curiis ſupremis iudicatum quibus modis impugnare licet 109. 110

D.

DEcani S. Sophiæ Conſtantinopolitanæ qui 20
Decanorum dignitas & prærogatiuæ 20
Decanica, carcer eccleſiaſticus 86
Decreta Iuonis ac Burchardi 2
Decretalium liber 2
de Decurionibus ciuitatum 42
Defenſores ciuitatum qui 175
Delationes omnium, cuiuſque conditionis & vitæ ſint excipiendæ, vbi de vindicando grauiori crimine agitur 127
Deſcriptionem lucratiuam eccleſiæ non ſoluunt 35
Diaconiſſæ olim in eccleſia inſtitutæ 47. quales eligebantur, & ad quid ibid.
Dierum nomina 2
S. Dionyſius Corinthius auctor libri de diuin. nom. & de cœleſt. hierarch. non autem Dionyſios Areopagita 114. 115
Domeſticurum oomine, qui debent intelligi 100
Donationes intra quatuor menſes ioſinuari debent 34. etiam eccleſiæ factæ ibid.
de Donationibus ac legatis eorum, qui monaſterium ingrediuntur 26. 27

E.

ECcleſia catholica cur ſic appellata 8
Eccleſiaſtici iudiciis capitalibus intereſſe non debent 49
Edicta ad quid promulgantur 17
Edicta nullam vim obtinent, niſi Senatus acceſſerit auctoritas 107. 108
Embola quid, & vnde dicitur 25
Emphyteuſis ad quot annos dari poteſt 38
Emphyteuſis amitti non poteſt ex decreto bonorum emphyteutæ 33
Emphyteuta qui malè verſatur, an & quando expelli poteſt 33. & ad quid tenetur emphyteuſi finita ibid.
Emptiones ab Eccleſiaſticis factæ quibus modis tutæ ſunt 29
Encauſtum quid 114
Epiſcopus in crimine læſæ maieſtatis epiſcopatu moueri poteſt 50
Epiſcopi qualiter iuſiurandum præſtant 46
Epiſcopi nullas mulieres ſecum habere debent 54
Epiſcopi quinam iuriſdictionem temporalem habent 73
Epiſcopi non eligebantur olim, niſi qui multum antea probati fuiſſent 60
Epiſcoposum cura quanti laboris 153
Epiſcoporum iuriſdictio in Canonicos 39. omnis ferè deſiit ibid.
Error facti, nom reuocari poteſt, & quando 125
Erroris propoſitio quando admittitur, 109. 110. 128.
Excommunicationis vis quanta ſemper inter Chriſtianos 20
pro Extraneis ac peregrinis quinam habendi in Francia 11

F.

FAlſum committit, qui tacet verum 46
Ferdinandus Nauarræ inuaſor, reſtitui eam iuſſit moriens 11
in Feſtis ſolennibus Sanctorum, choreæ, conuiuia, & alia lætitiæ ſigna an reprobanda 97
de Feudo eccleſiaſtico 32
Fides catholica cur ſic dicitur 8
Fiduciæ ſacerdotiorum quando vindicari poſſunt 61
Fredum quid apud Gallos 173
Fundum vel quid aliud vendere quando quis cogi poteſt 92

G.

GAllicæ virtutis argumenta vetera 141.142
de Gardiis Gardianis eccleſiarum 41
Gladius duplex, Regis, & Sacerdotis 49
Grandimontenſes monachi quando inſtituti 43
Gregorianus Codex vnde dictus 1
Guillelmitæ ſeu Albi manielli quando & à quo inſtituti 43

H.

HÆretici vnde nomen habent 85
Hæreticorum eccleſiæ quibus nominibus à catholicis Chriſtianis dictæ 86
Hæreticorum teſtimonia cur admittuntur in teſtamentis & contractibus, 88
Hegira Turcica vnde nomen accepit 3
Henricianus Codex à ſupremis Curiis non confirmatus, cur 4
Hermogenianus Codex quid continet, & vnde nomen accepit 1
Henrici Magni laus, & inſigne factum erga blaſphemum 110.111
Hoſpitalia num cenſenda conditionis eccleſiaſticæ 39

I.

IGnorantia iudicum arguitur 110
Immobilia eccleſiarum quando, & qualiter alienari poſſunt 28
de Indemnitate clericorum quoad eccleſiaſticas poſſeſſiones 21
de Indemnitate patronorum feudalium 36
Indictionum vſus quando cœpit 3
Infantes expoſitos tollere, ac alere, quorum eſt 82
Inſinuatio donationum etiam eccleſiis factarum, neceſſaria 34
Inuentarium ſemper conſcribendum vbi de vniuerſitate mobilium agitur 83
Inuentarium niſi ritè ac rectè fiat, dolo adſcribitur 83
Inuentarii confectio an remitti vel prohiberi poteſt à teſtatore 83
Iſidis Deæ templum & idolum, vbi hodie fanum S. Germani de Pratis 96
Iudæi adminiſtrationes, ac dignitates quaſcumque inter Chriſtianos exercere prohibiti 24
Iudæi è Gallia bis eiecti 94. areſto etiam nuper iuſſi finibus regni excedere ibid.
Iudæi cur tolerantur inter Chriſtianos ne occidere eos liceat 94.95
Iudices militares præcipui apud nos, qui, & eorum iuriſdictio 161
Ius vetus, obſcurum aurem Iuſtiniani ætatem 113
Ius ciuile quando, & à quibus editum eſt 112. 113
Iura cuiuſque nationis ac prouinciæ illibata eſſe debent 12. 13
de Iuriſdictione regia & eccleſiaſtica 77.78
Iuriſdictiones patrimoniales in Gallia 78
Iuſiurandum cur ab Eccleſiaſticis admota pectori manu præſtatur 46
Iuſtiniani Codex abſolutior ac vtilior aliis, 1. à Turcis etiam iudicibus ſua lingua habetur ibid.
Iuſtiniani magnitudo, ac impigrities ad ea quæ decreuerat perficienda 6

L.

LAbarum militare Conſtantini 92
Laici de fide catholica diſputare vetiti 2
Laici cur manum leuare iubentur, cùm iurant 46
Laici non minùs ſperare poſſunt de beato vitæ ſecundæ præmio, ſi piè viuunt, quàm qui ſe in montes ac eremos abdunt 44
Legata facere Chriſtianis collegiis, à quibus & cur prohibitum 16.17
Legata facta pauperibus fauorabilia, etiam in ambigua voluntate teſtatoris 56
Legati Pontif. Rom. in Franciam Lugduni ſemper gradum ſiſtunt, donec legationis ſuæ capita temperata ſint à Senatu 10
Legitimatio facta à Principe quid proficit 10
Lex ſemper potior quæ vetat, quàm quæ permittit 106
Leges & conſtitutiones futuris dant formam negotiis 106.107
Libellus Principi oblatus quando litis conteſtationem facit 129
de Literis ad renuntiandum prouocationi 124
Ludouici XIII. laus & elogium 105

M.

MAgiſter officiorum quis apud nos hodie 148
Magiſtratus municipales qui, & eorum iuriſdictio 177.178
Maiores ciuitatum qui, & eorum dignitas 42. 177
Manichæorum hæreſis 87
Manum leuant laici cùm iurant, Eccleſiaſtici verò pectori admouent, cur 46
Manus mortuæ ius 35.36
Maria virgo qualiter à catholicis Chriſtianis obſeruari ſolita 140.141
Mathematicorum pœna, deportatio 89
Matrimonii definitio 163
Memoria quàm vtilis & patronis, & iudicibus 119
Memoriales qui 136
Mendacium, etſi innumeris obtegatur velamentis, ſemper tamen depræhenditur 130
Mendacii pœna 133. in quo potiſſimùm verſatur ibid. & 136
Mendici & pauperis differentia 66
Mendicitas in Chriſto qualiter intelligenda 66. 67
Miſſa S. Martini vnde habet originem 3
Miſſæ Sacrificium pro defunctis 174
Mobilia Eccleſiarum priùs alienari debent quàm

immobilia 28
Monachus olim fieri nullus poterat, niſi impetrata à Principe venia 43
Monachi quænam reſeruare poſſunt, cum Monaſterium ingrediuntur. 26. ſe ſuáque tunc Deo dedicant. ibid. & an ea quæ ab eis Monaſterio dantur intra annum profeſſionis, auferri poſſunt 26. 27
de Monaſtica profeſſione 65
Monaſtici voti libertas quanti facienda Chriſtianis 43
Monitiones in Eccleſiis ad quid, & qualiter hodie publicantur 90
Mulctæ olim addictæ gazophylaciis templorum, poſtea fiſco 173
Mulier nupta claudi non poteſt carcere ex cauſa ciuili 163
Mulieres in gymnaſiis Academiæ Pariſienſis morari prohibitum. 14
Mulieres quibus caſibus tueri ſe poſſunt ex iure ciuili, vt vel non cogantur, vel excuſentur 116
Mulieres nullæ cum Clericis aut Epiſcopis morari debent 53. 54
Muricis vſus populo interdictus 134
ad Murorum refectionem qui tenentur 23

N.

NAuarra à Ferdinando inuaſa 11
Nauarri ao pro extraneis habendi 11
Nauigationis tempus 139
Neſtoriana hæreſis 89
Nicænum Concilium primum vniuerſale 12
Notarij Apoſtolici munus cum rapexitæ, ſimul exercere prohibitum 31
Notarii ſecretorum Principis quatuor. 136. 137. & eorum dignitas 136

O.

OEconomi temporales Eccleſiarum qui, quando, & ad quid inſtituti. 29. 30. quo nomine admittuntur ad cauſas 30
Olympiades quando ſublatæ 5
Orphani qui dicuntur 39
Oſtiariorum vſus in Eccleſiis 45

P.

PAgani vnde dicti Latinis 95. 96
Palatium Principis caſtrum dicitur, vnde 160
Panis ex Rege, incluſis diſpenſari ſolitus 80
Papa pro Epiſcopo apud veteres 13
Patres nimis ſeueri eſſe non debent erga filios 155. 156
Pauperes an ad poſtes Eccleſiarum ſtare debent 101
Pauperes incluſi Lutetiæ, atque innutriti prochotrophiis publicis 101. 102
Pons minor Lutetianus qua pecunia extructus 21
Pontifex Romanus totius Eccleſiæ caput 14. Regnum Franciæ, aut eius pertineotias in prædam dare non poteſt ibid.
Pontifices Romani nomen ſuum poſtponebant olim oominibus eorum quibus ſcribebant, nunc contra. 13. modò Epiſcopos ſe, modò Papas vocabant ibid.
Præfecti vrbis auctoritas 145
Præfecti prætorio dignitas quæ 139
Præſcotales quinam 146
Pragmatica, quid 3
Pragmaticæ Sanctiones duæ potiſſimum apud Gallos celebres 3
Pragmaticarij qui 136
Preces ab antiquo fundi ſolitæ ad Virginem Mariam, quales 140. 141.
in Preſbytero quot anni deſiderantur 47
Primicerij qui. 136. & eorum dignitas quanta ibid.
Priuilegium Eudonis Maioris 103
Priuilegia in ſuis terminis ſeruanda ſunt 103
Priuilegia nullius ſunt momenti niſi confirmentur à Senatu 4
Priuilegia non tolluntur noua lege Principis, niſi ſpecialis abrogatio facta ſit 4
pro Priuilegiis & iuribus Galliæ magno ſemper æſtu certatum 26
Prouocationi quando & qualiter à prouocante renuntiari poteſt 114
de Purgatorii pœnis 174

R.

RAptus Virginum Deo ſacratum quale crimen, & quomodo puniri debet 144
Rectoribus prouinciarum omnis cognitio tam ciuilis quàm militaris interdicta 157
Reditus, qui propriè 31
de Regaliis, ſeu Regia adminiſtratione, redituum Epiſcopalium, cum Sedes vacant 29. 30
Reges Franciæ magnam ſemper curam habuerunt, ne quid de priſco imperii Gallici iure decederet 8
Reges Gallorum in ipſa inauguratione iurant ſe defenſuros ſtatuta antiqua Eccleſiæ Gallicanæ. 13. regnum ex parentibus ſuſcipiunt 15
Regum poteſtas in ſuos quanta 9. 10
de Regum officio & moribus 104. 105
Relatiui ſeu Relationis interpretationes 10. 11
Reliquiæ Martyrum ſeruatæ ſemper precioſiſſimè à Chriſtianis 18
Reliquias Sanctorum vendere prohibitum 19
de Renuntiationibus quædam in foro ſcitu digna 68. 69
Reſcripta authentica & origioalia aduerſario edendá 133
Reſcripta cur muricis & triti conchylii ardore ſignata ab Impp. 134
Reſcriptorum genera & nomina varia 132
de Reſignationibus in fraudem Academicorum factis 5
Reus, qui omnibus viribus experitur ne capiatur, impunè cædi poteſt 98

S.

SAcerdotii dignitas quanta 69
Sacerdotia per pecunias nundinari prohibitum 60
Sacræ probatoriæ quæ 11
ancti o

Sanctitatis Apoſtolicæ titulus, ac veneratio 12
Scholæ ſub magiſtris officiorum 4
Scholarum nomine quid hodie comprehenditur 4
Scholares aulici, qui 4
Scrinia quot olim. 136. & qui Scriniarii ibid.
Sedes chori ſuperiores quibus competunt 19
Senatus Pariſienſis laus & dignitas 107
de Sepulchrorum iure in Eccleſiis 18
Sigilla Regia quot hodie. 134. & eorum vſus. ibid. ac 135. ſæpe adulterata 135
Sigiſmundi Imp. aduentus Lutetiam, & quid ab eo geſtum in Senatu 8. 9
Signa inter Iuriſconſultos quæ, & cur ſublata 6
Sigla, vel ſingla, quæ 117
Silicis primi impenſa à quo debetur 23
Singulari qui, & vnde ſic dicti 117
S. Sophiæ Eccleſia Conſtantinop. cur ſic dicta. 20. & quantæ amplitudinis 21
Statua Henrici Magni ex ære in pontis noui pyla 138
Statuæ fori Pariſienſis & viæ Dionyſiacæ 138
ad Statuas confugere mos olim, tanquam ad aſylum 139
Stylus Curiæ quando, & à quo ſcriptus 2
Styli vltimi ſeu teſtamentarii libertas quanta 17
de Stylo forenſi, & ferreo 17
per Subſtitutum ſeruire quinam poſſunt 55
Summa Ruralis Io. Butillerii 2
Supernumerarii non gaudent priuilegiis 19
de Supplicatione ciuili, quam requeſtam ciuilem dicimus 109. 110. 128
Synodi locales variæ ante Concilium Nicænum 22

T.

TEſtaudi libertas 57
Theodoſianus Codex cuius eſt 5
in Titulis honoris deferendis quid cauendum 164
Tribonianus defenditur aduerſus eos qui illi detrahunt 6. 57
Triboniano quantum debetur 128
Tributa qualiter penduntur in Gallia 153
Tutela & cura quale munus 45
Tutores teſtamento dati, num præferendi electis, vel contra 82. 83

V.

VAndali qualiter ſæuierunt in res ſacras 140
Vaſſallus an poteſt inſeruire feudo per ſubſtitutum 55
Veritas, etſi variis circumueniatur inſidiis, inuicta tamen & inexpugnabilis eſt 130
de Viarum publicarum munitionibus 123
Vicedomini qui, & quot hodie ſuperſunt in Francia 30
Vrbium vultus ac ornatus, non lædendus 97
Vſurarum coërtio ad quos pertinet 22
Vvilelmus Brolius auctor ſtyli Curiæ 21
Vvirgildum quid apud Francos 173

X.

XEnodochia per quos primùm Conſtantinopoli, ac Romæ inſtituta 64
de Xenodochiorum Iuriſdictione, & adminiſtratione 64

FINIS.

MANDATVM REGIVM.

LVDOVICVS Dei gratia Francorum, & Nauarræ Rex Chriſtianiſſimus, ſanxit nè quis Regnicola, vel extraneus, intra ſuæ ditionis fines, ante annos duodecim, à die primæ editionis, typis mandet, néve vendat ſeparatim, aut ſimul, ***Antonij Mornacij in Senatu Pariſ. Patroni in viginti-quatuor libros Digeſtorum, & librum primum Codicu, Obſeruationes ad vſum fori Gallici***, præter Nicolaum Buon, Bibliopolam Lutetiæ Pariſiorum commorantem. Qui ſecus faxit, duorum millium librarum turonenſium, confiſcationiſque Librorum pœna mulctabitur, vti latiùs patet in Regio diplomate dato Pariſiis die 16. Iulij, 1615. ſub ſigno,

RENOVARD.

Ad Mandatum Regiæ Maieſtatis.

Hæc prima Editio perfecta eſt vltima die menſis Iulij, 1616.

ERRATA LIB. I. COD.

VTilior. *non*, vilior. pag. 1. lin 4. à fi. Sceptro Francico. *non*, ſceptro ſenatus Francico. pag. 9. lin. 8. à fine. Munitiſſimis. *non*, munitiſſimus. pag. 14. lin. 8. à fi. Leg. facta à morientibus. pag. 16. lin. 9 à fi. Relata. *non*, relicta. pag. 17. lin. 21. In Auguſto. *non*, in Auguſtino. ibid. lin. 25. Plano. *non*, planè. pag. 38. lin. 32. De orbitate nimirùm. *non*, de orbitate, nimirum. pag. 39. lin. 5. à fi. In Pluto. *non*. in Plato. pag. 64. lin 12. à fin. Sacro ore. *non*, ſacro ordine. pag. 69. lin. 20. ἑαυτὰς. *non*, ἀυτὰς. pag. 72 lin. 28. Iuriſiurandi. *non*, Iuſiurandi. pag. 78. lin. 6. Aut ſi relicto. *non*, aut relicto. pag. 82. lin. 9. à fi. Parietibus *non*, parientibus pag. 91. lin. 24. Equitantes, *non*, æquitantes. pag. 104 lin. antepen. à fi. Vt tradunt. *non*, tradunt ſine dict. vt. pag. 110. lin. 25. Bonique conſulant. *non*, boni conſulant pag. 115. lin. 8. Domini. *non*, dominii. pag. 127. lin. 6. Prima Regum familia. *non*, primùm Regum familia. pag. 147. lin. 6. à fi. Soleant, *non*, ſoleat ibid. lin. 2. in fi. Conſtruique. *non*, conſtruiquæ. pag. 143. lin. 28. προηγούμενα. *non*, προηγούμενα. pag. 161. lin. 25. Salutatione, *non*, ſolutatione pag. 164. lin. 12. à fi. Leg. φίλου. pag. 172. lin. 32. Succreſcunt, *non*, ſuccreſcant. pag. 43. lin. 8. à fi.



Digitized by Google

Digitized by Google

ANTONII MORNACII IN SENATV PARIS. PATRONI

IN LIBROS CODICIS
Secundum, Tertium, & Quartum

OBSERVATIONES.



LVTETIAE PARISIORVM
Sumptibus NICOLAI BVON via Iacobæa ſub ſignis
D. Claudij & Hominis ſylueſtris.

M. DC. X X.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

ILLVSTRISSIMIS DD.

D. VIRDVNIO SENAT. PARIS. PRINCIPI, D. POTERIO *D. Seguerio, D. Aqueuillio, D. Iayo, D. Scaloperio, D. Beleuræo, inſulatis Præſidibus.*

VOBIS Fori noſtri numinibus, ILLVSTRISSIMI PRAESIDES, offero, quādo ita vultis, contextas denuò Obſeruationes meas ad hanc partem Codicis. Oracula nempe veſtra ſunt, quibus vt latior, longiórque Gallię pars regitur, ita & mihi hodie ingentis boni loco eſt, quòd gratus adeò auguſtiſſimæ veſtræ cenſurę primus ad Pandectas, Li-

brúmque primum Codicis conatus fuerit, vt & in nomine veſtro apparere deinceps totum id velitis. Auctior certè mihi ex eo ad maiora animus, cùm *præſentes habeam diuos*, quibus hortantibus curſus relictos iterem. *Beatæ artes ſi dii erunt artifices.* Sed elegãtiùs id Orator Grecus πρέπει ταῖς ἀγχινοίαις χάρις ἀρχόντων. Ampla mihi merces, ſi ſecũdus hic meus labor placeat, editus in hoc, vt ex erudito Pariſienſis Aduocationis collegio, ſanctíſq; purpurei, auguſtíq; veſtri conſeſſus decretis, ſuſpiciant exteri, de more, ac tantò magis, quanta ſit & nunc veſtri Imperii forenſis maieſtas. Fælix equidem infelicis huius ſeculi tempeſtas, quæ tã peritos, ſagaces, auſteros, Aſtreæ Gallicæ vindices ardere ſublimibus purpuris, ad incîdendas nõ modò lites videt ſed compeſcenda etiam, fuganda,

profligandáque, exemplo ſingulari flagitiorum vndequaque erumpentium prodigia. Quippe

--- ordinem
Rectum euaganti fræna licentiæ
Iniicitis, amouetiſque culpas,
Et veteres reuocatis artes
Per quas Francicum nomen, & Francicæ
Creuere vires. --

Pariſiis Idib. Iun. M. DC. XIX.

Veſter, obſequióque veſtro addictiſſimus,

ANT. MORNAC. in Sen. Pariſ. Patron.

Digitized by Google

1 De edendo.
2 De in ius vocando.
3 De pactis.
4 De tranſactionibus.
5 De errore calculi.
6 De poſtulando.
7 De aduocatis diuerſorum iudiciorū.
8 De aduocatis diuerſorum iudicum.
9 De aduocatis fiſci.
10 De errore aduocatorum &c.
11 Vt quæ deſunt aduocatis partium iudex ſuppleat.
12 Ex quibus cauſis infamia irrogatur.
13 De procuratoribus.
14 Ne liceat potentioribus patrocinium litigantibus præſtare, vel actiones in ſe transferre.
15 De iis qui potentiorum nomine titulos prædiis affigunt, vel eorum nomina in lite prætendunt.
16 Vt nemo priuatus titulos prædiis ſuis, vel alienis imponat, vel vela regia ſuſpendat.
17 Vt nemini liceat ſine iudicis authoritate ſigna rebus imponere, quas alius detinet.
18 Ne fiſcus vel reſpublica procurationē alicui patrocinii cauſa in lite præſtet.
19 De negotiis geſtis.
20 De iis quæ vi metúſve cauſa geſta sūt.
21 De dolo malo.
22 De in integrū reſtitu. minorū. 25. ann.
23 De filiofamiliàs minore.
24 De fideiuſſoribus minorum.
25 Si tutor vel curator interuenerit.
26 Si in communi eademque cauſa in integrum reſtitutio poſtuletur.
27 Si aduerſus rem indica, eeſtitutio poſtuletur.
28 Si aduerſus venditionem.
29 Li aduerſus venditionem pignoris.
30 Si aduerſus donationem.
31 Si aduerſus libertatem.
32 Si aduerſus tranſactionem vel diuiſionem minor reſtitui velit.
33 Si aduerſus ſolutionem à debito. vel à ſe factam.
34 Si aduerſus dotē reſtitut. poſtuletur.
35 Si aduerſus delictum ſuum reſtitutio poſtuletur.
36 Si aduerſus vſucapionem reſtitutio poſtuletur.
37 Si aduerſus fiſcū reſtitutio poſtuletur.
38 Si aduerſus creditorem reſtitutio poſtuletur.
39 Si minor ab hæreditate ſe abſtinuerit
40 Si vt omiſſam hæreditatem, vel bonorū poſſeſſionem, vel aliud adquirat.
41 In quibus cauſis reſtitutio in integrum non eſt neceſſaria.
42 Qui aduerſus quos in integrum reſtitui non poſsint.
43 Si minor ſe maiorem dixerit, vel probatum fuerit.
44 Si ſæpius in integrū reſtitu. poſtuletur.
45 De iis qui veniam ætatis impetrauerunt.
46 Si maior factus ratum habuerit.
47 Vbi & apud quem cognitio in integrum reſtitutionis agitanda ſit.
48 De reputationibus quæ fiunt in iudicio in integrum reſtitutionis.
49 Etiam per procuratorem cauſam integrum reſtitutionis agi poſſe.
50 In integrum reſtitutione poſtulata ne quid noui fiat.
51 De reſtitutione militum, & eorum qui Reipublicæ cauſa abſunt.
52 De vxoribus militum, & eorum qui Reipublicæ cauſa abſunt.
53 De temporibus in integrum reſtitutionis tam minorum & aliarum perſonarum quæ reſtitui poſſunt, quàm etiam hæredum eorum.
54 Quibus ex cauſis maiores in integrum reſtituantur.

55 De alienatione mutandi iudicii cauſa facta.
56 De receptis arbitris.
57 De ſatiſdando.
58 De formulis & impetrationibus, actionum ſublatis.
59 De iureiurando propter calumniam dando.

LIBER TERTIVS.

1 DE iudiciis.
2 De ſportulis & ſumptibus in diuerſis iudiciis faciendis, & de executoribus litium.
3 De pedaneis iudicibus.
4 Qui pro ſua iuriſdictione iudices dare dariue poſſunt.
5 Ne quis in ſua cauſa iudicet, vel ius ſibi dicat.
6 Quid legitimam perſonam ſtandi in iudiciis habeant vel non.
7 Vt nemo inuitus agere vel accuſare cogatur.
8 De ordine iudiciorum.
9 De litis conteſtatione.
10 De plus petitionibus.
11 De dilationibus.
12 De feriis.
13 De iuriſdictione omnium iudicum: & de foro competenti.
14 Quando Imperator inter pupillos & viduas, vel miſerabiles perſonas cognoſcit, & ne exhibeantur.
15 Vbi de criminibus agi oportet.
16 Vbi de poſſeſſione agi oportet.
17 Vbi fideicommiſſum peti oportet.
18 Vbi conueniatur qui certo loco dare promiſit.
19 Vbi in rem actio exerceri debeat.
20 Vbi de hæreditate agitur, vel vbi hæredes ſcripti in poſſeſſionem mitti poſtulare debeant.
21 Vbi de ratiociniis tam publicis, quàm priuatis agi oportet.
22 Vbi cauſa ſtatus agi debeat.
23 Vbi quis de curiali vel cohortali aliáve conditione conueniatur.
24 Vbi ſenatores vel clariſſimi ciuiliter vel criminaliter conueniantur.
25 In quibus cauſis militantes fori præſcriptione vti non poſſunt.
26 Vbi cauſæ fiſcales, vel diuinæ domus, hominúmque eius agantur.
27 Quando liceat vnicuique ſine iudice ſe vindicare, & ob publicam deuotionem reſidere.
28 De inofficioſo teſtamento.
29 De inofficioſis donationibus.
30 De inofficioſis dotibus.
31 De petitionibus hæreditatis.
32 De rei vendicatione.
33 De vſufructu & habitatione, & miniſterio ſeruorum.
34 De ſeruitutibus & aqua.
35 De lege Aquilia.
36 Familiæ erciſcundæ.
37 Communi diuidundo.
38 Communia vtriúſque iudicii tam familiæ erciſcundæ, quàm communi diuidundo.
39 Finium regundorum.
40 De conſortibus eiuſdem litis.
41 De noxalibus actionibus.
42 Ad exhibendum.
43 De religioſis, & ſumptibus funerum, & aleæ luſu, & de aleatoribus.

LIBER QVARTVS.

1 DE rebus creditis, & iureiurando.
2 Si certum petatur.
3 De ſuffragio.
4 De prohibita ſequeſtratione pecuniæ.
5 De condictione indebiti.
6 De condictione ob cauſam datorum.
7 De condictione ob turpem cauſam.
8 De condictione furtiua.
9 De condictione ex lege, vel ſine cauſa, vel iniuſta cauſa.
10 De actionibus & obligationibus.
11 Vt actiones ab hæredibus & contra hæredes incipiant.
12 Ne vxor pro marito, vel maritus pro

vxore, vel mater pro filio cõueniatur.
13 Ne filius pro patre, vel pater pro filio emancipato, vel libertus pro patrono, vel ſeruus pro domino conueniatur.
14 An ſeruus ex ſuo facto poſt manumiſſionem teneatur.
15 Quando fiſcus vel priuatus debitoris ſui debitores exigere poſſit vel debeat.
16 De hæreditariis actionibus.
17 Ex delictis defunctorum inquantum hæredes conueniantur.
18 De conſtituta pecunia.
19 De probationibus.
20 De teſtibus.
21 De fide inſtrumentorum, & amiſſione eorum, & apochis, & antapochis faciendis: & de ijs, quæ ſine ſcriptura fieri poſſunt.
22 Plus valere quod agitur, quàm quod ſimulatè concipitur.
23 De commodato.
24 De pignoratitia actione.
25 De inſtitoria & exercitoria actione.
26 Quod cum eo qui in aliena poteſtate eſt negotium geſtum eſſe dicatur: vel de peculio, ſiue quod iuſſu, aut de in rem verſo.
27 Per quas perſonas nobis adquiritur.
28 Ad Senatuſconſultum Macedonianum.
29 Ad Senatuſconſultum Velleianum.
30 De non numeraria pecunia.
31 De compenſationibus.
32 De vſuris.
33 De nautico fœnore.
34 Depoſiti vel contrà.
35 Mandati.
36 Si ſeruus extero ſe emi mandauerit.
37 Pro ſocio.
38 De contrahenda emptione & venditione.
39 De hæreditate vel actione vendita.
40 Quæ res vendi non poſſunt, & qui vendere vel mercare vetantur.
41 Quæ res exportari non debent.
42 De eunuchis.
43 De patribus qui filios ſuos diſtraxerant.
44 De reſcindenda venditione.
45 Quãdo liceat ab emptione diſcedere.
46 Si propter publicas penſitationes venditio fuerit celebrata.
47 Sine cenſu vel reliquis fundum comparari non poſſe.
48 De periculo & cõmodo rei venditæ.
49 De actionibus empti & venditi.
50 Si quis alteri vel ſibi ſub alterius nomine, vel aliena pecunia emerit.
51 De rebus alienis non alienandis: & de prohibita rerum alienatione vel hypotheca.
52 De communium rerum alienatione.
53 Rem alienam gerentibus non interdici rerum ſuarum alienationem.
54 De pactis inter emptorem & venditorem compoſitis.
55 Si ſeruus exportandus veneat.
56 Si mancipium ita veneat ne proſtituatur.
57 Si mancipium ita fuerit alienatum vt manumittatur, vel contrà.
58 De ædilitijs actionibus.
59 De monopolijs, & conuentu negotiatorum illicito, vel artificio ergo laborum, necnon balneatorum prohibitis, & pactionibus illicitis.
60 De nundinis & mercatoribus.
61 De vectigalibus & commiſſis.
62 Vectigalia noua inſtitui non poſſe.
63 De commercijs & mercatoribus.
64 De rerum permutatione, & præſcriptis verbis.
65 De locato & conducto.
66 De iure emphyteutico.

Digitized by Google